

Sed nihil illa: & lata, opinor, cum marito perit, cum quo tot annos iam ante fuerat sepulta.

DVOS FRATRES EGO NVRER AMISI.) Hectorē & Nicanorem: Hectorē in Nilo submersum, vt lib. 4. cap. 21. Nicanorem morbo extictum lib. hoc c. 12.

PATREM NEC POSSVM OSTENDERE.) Procul hinc in Media versantem, & triginta aut quadraginta dieum interruoulo remotum, vt Strabo in 15. narrat, quod tamen iter Polydamas camelis dromadibus vectus vndecim diebus confecit.

TIBI CARNIFEX SPIRITVM ADIMET.) Cleander is fuit. plura de cæde Parmenionis infra lib. 7. c. 2.

NATVRA REPOSCEBAT.) Septuaginta quippe annos natus erat, maturus fato & morti, si non hanc infelix casus occupasset.

ADMOVIT ME PATRIS MEI MENTIO.) Confirmat exemplo patris, quod supra dixerat de non suppresso, sed contempto indicio.

VENENVM A PHILIPPO MEDICO PARARI.) De hac re supra lib. 3. ca. 10. cognovisti.

E CIRCVMSTANTIVM TVRBÆ.) Stolidus aliquis & incoctus Martis satelles: quid enim tota causa aliud egit Philotas, quam ut ostenderet se non insidiatum.

CAPVT XIX.

ARGUMENTVM.

Oratio Belonis ducis in Philotam, qui vitam eius & delicias, superbiam & contemptum aliorum ostendit, totamque concionem iam quietam & hærentem in illum accedit.

ERat inter duces manus strenuus Belon quidam, pacis artium, & civilis habitus rufus, vetus miles, ab humili ordine ad eum gradum in quo tunc erat, promotus, qui a centibus ceteris, solida audacia ferox, admonere eos coepit quotiens suis quisque diuersorū quæ occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta seruorum Philota reciperenetur eo, unde committiones expulisset: auro argentoq; vehicula eius onust a totis vicis stetisse: at ne in vicinia quidem diuersorū quenquam commilitonum recepium esse; sed per dispositos quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos, ne fæmina illa murmurantium in ier se silentio vereius quam sono excitaretur. Ludibrio ei fuisse se: rusticos homines, Phrygasq; & Paphlagonas appellatos, qui non erubesceret Macedo natus, homines lingua sua per interpretem audiire. Nam cur Hammonem consuli vellet: eundem Iouis arguisse mendacum, Alexandrum filium agnoscens, scilicet veritum ne inuidiosum esset, quod dī offerrent. Cum insidiaretur capitri regis & amici, non consuluisse eum Louem: nunc ad oraculum mittere, dum pater eius solicitetur, qui præsit in Media: & pecunia, cuius custodia commissarit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. Ipsos missuros ad oraculum, non qui louem interrogent, quod ex rege cognoverint, sed qui gratias agant, qui vota pro incolumentate regis optimi persoluant. Tum vero uniuersa concio accensa est. & à corporis custodibus maxime in iurum factum, clamoribus disperendum esse parricidam manibus ipsorum. Id quidem Philotas, qui graniora supplicia mitueret, haud sane iniquo animo audiebat.

PACIS ARTIVM ET CIVILIS HABITVS RVDIS.) E colono & rustico, martis operâ ad praefecturam militarem aspirauit, vt hodie paſsum fieri videmus. Artes pacis sunt literæ, studium sapientia, pingendi fingendique artificia, aliaq; opificia, à castris abhorrentia. Civilis habitus, hoc est, ab eloquentia, etiam & foro, iudicijs, magistratibus ciuilibus alienus erat Belon.

PVRGAMENTA.) Mancipia Philotæ, ministros à cubiculo, mensâ, balneō, vnguentis, stabulis. TOTIS VICIS STETISSE) hæc omnia nihil ad causam Philotæ pertinebant. Nec Philotas tantum magnus in aula Alexandri, & princeps in luxum effusus, sed plerique omnes duces Alexandri nobiliores. Plutarchum audiamus : *Quum amicos suos totos in luxum effusos cerneret, victus, & In Alex-sumpribus licentiores, atque Agnonem Teium clavis argenteis suffigere crepidas; Leonato multis camelis andro-puluerem ex Aegypto usque ad exercitationes supportari, Philotam ad venationem centum stadiorum aulaas (è Graco οὐδείς) habere vnguento plures quam oleo delibutos ad balneum, trahere eos secum fratores & cubicularios, castigauit eos placide & philosophicè, & quæ sequuntur.*

Idem refertur apud Athenæum Phylarchus lib. 23. histor. & Agatharchides Cnidius lib. 10. de Asia, Alexandri familiares in luxum nimium effusos, inter quos, inquit, unus Agnon clavis aureis confixas crepidas & calceos gestabat : Cleitus vero cognomine Candidus, quoties adeuntibus respondere vellet, amictus veste purpurea & obambulans cum ijs, qui compellauerant, sermones conferebat : Perdiccam verò & Craterum exercitatione corporu delectari solitos, pone sequebantur pelles magnitudine stadij, in quibus circumscripto loco, vel castris positis exercerentur. Quin & multis iumentis ferebatur, illis puluis ad luctas utiles. Leonato & Menelao venationis studiosis * aulaa centum stadiorum ferebantur, quibus circumdatas feras insectarentur. Quid ergo stolidus hic & ferox Belon, hæc in Philotam solum confert, ut illi inuidiam apud commilitones conciliet ? Quod de aulais, quæ centum stadiorum spaciū occupabant, sanè mirum est, cingebant enim amplius tria millaria Germanica, Aulæ intellige telas, linteas, plasgas, retia, non tamen cancellata, aut reticulata.

PHRYGASQUE.) Solidos, parum sanos, stupidos. Nota de Phrygibus pars emia : serò sapiunt Phryges.

PAPHLAGONAS.) Phrygibus ut terrâ, sic ingenij vicinos, bards, barbaros, insanos, furiosos Paphlagonas. Apud Athenienses Paphlagonem appellari, conuitum erat. Suidas: Παφλαγόν. ὁ Κλέων ὁ τῷ Αθηναίον στρατηγὸς, διάτοτης φωνής ἀπυκχέσ. ἀπὸ παφλάζειν, ζεν Θ. γάρ οὐ καβάρει. Accepit appellatio originem à Cleone duce Atheniensium, qui absonam habebat vocem. παφλάζειν enim est lingua offendere, hærere, & iterare verbum. Cleon autem erat peregrinus Athenis & hōsses & barbarus. ἀνὴρ παφλάζειν, vir astuat, spumat, insani, qui dum loquitur hæret, & offendit, ut fecit Cleon. propriè παυλάζειν dicitur mare astuans & furens, cum vastos voluit ad littora fluctus. à φλέω φλῶ, & per paragogen φλάζω παφλάζω, ut φέπτω φεπτάζω. Hunc Cleonem Paphlagonem Aristophanes tota comœdia, quæ in πάτητis Equites inscribitur, exagitauit, unde conuitum in Paphlagonas natum est. Rethores quoque clamosi & insulsi dicti Paphlagones, ut Euastathius docet commentario ad Homerum. Παφλαγόνων δὲ ήγειτο Παλαιμένει. λάσιον κηρύξει εντελεῖ. οὐδεν ή μόνων γένει αρχοτεράων. Pa- Iliad. 6. phlagonibus autem præter Pylämenis densum cor. ex Enetis, ubi genus mularum agrestium, seu agro colendo aptarum generatur.

Παφλαγόνες μὲν οὖν ἀπὸ Παφλαγόν. εἰδέξαρχης καλεῖται. οὐ δὲ καμώ διὰ τὸ λέξιν παρέσυρεν εἰς ἄναιρόντος, οὐ παφλαγόνας τοιούτους, παφλάζειν, παφλάζω c. δημητρίου. Paphlagones ergo ab inclito duce Paphlagone dicuntur, * Comicus autem traxit vocem ad impudentem Rhetorem, quem Paphlagonem. Aristophanes scommati exagitauit, quasi qui in concionibus popularibus vociferaretur & fremeret. Lege quæ idem Euastathius ad Iliados N. de eodem Cleone Attico Paphlagone scribat, & Suidas in voce Cleon, ubi σύδρα μανιάδη γενan virum, hostē Niciæ & Nicerati vocat. plura de eisdem, ut dixi, Aristophanes & in equitibus.

PER INTERPRETEM AVDIRE.) Quasi patriam linguam, vel nesciret, vel fastidiret & contemneret, quod magnopere ad superbiam, insolentiam, & inuidiam Philotæ pertinet.

HAMMONEM CONSULI VELLET?) Belon hanc Philotæ ad oraculum Hammonis appellationem & prouocationem pessimè interpretatur; qua re non parum accedit concionem militum aduersus reum, quasi insidiosissimè hoc dixerit, ut interim pater moneri, sibi & filio consulere posset.

ET PECVNIA, CVIVS COMMISSA SIT, PER D. HOM. AD SOCIET. SCVL. IMPELLAT.) Centum & Pecunia sanè ingens erat, centum octoginta millia talentum, hoc est, centies octuagies millies gen- octo mil- tena millia philippæorum.

QVI GRAVIORA SVPLITIA METVERET.) Præsigiebat animus futurum, ut ad quæstiones ductus, ultimos cruciatus, ante mortem, sustinere cogeretur.

CAPUT XX.

ARGUMENTVM.

Philotas torquetur, scelus facetur, cum coniuratis,
saxis obruitur.



Ex in concionem reuersus, siue ut in custodia quoq; torqueretur, siue ut diligentius cuncta cognoscere, consilium in posterum diem distulit: & quamquam in vesperam inclinabat dies, tamen amicos conuocari iubet: & crateris quidem placebat, Macedonum more obrui saxis; Hephaestion autem & Craterus & Cœnus tormentis veritatem exprimendam esse dixerunt; & illi quoque qualiuad suaserant, in horum sententiam transiunt. Concilio ergo dimiso, Hephaestion cum Cratero & Cœno ad questionem de Philota habendam consurgunt. Rex Cratero accessito & sermone habitu, cuius summa non edita est, in intimam diuersorū partem secessit, & remotis arbitris in multam noctem questionis expectauit euentum: tortores in corpore Philota & omnia crudelitatis tormentia proponant. Et ille vltro: Quidcessati, inquit, regis inimicum, interfectorum, confiteente occidere? quid questione opus est? Cogitanti, voluit. Craterus exigere, ut qua confiteretur, in tormentis quoque diceret. Tum corripitur, & dum obligantur oculi, dum vestis exiuitur, deos patrios, genium tura, nequicquam apud surdas aures inuocabat. Per ultimos deinde cruciatus, vi poete & damnatus, & inimici in gratiam regis torquentibus, laceratur. Ac primò quanquam hinc ignis, illinc verbera iam non ad questionem, sed ad pœnam ingerebantur, non vocem modò, sed etiam gemitus habuit in potestate. Sed postquam intumescens corpus ulceribus, flagellorumictus nudis osib; incusso ferre non poterat: si tormentis adhibiti modum essent, dicturum se, qua scire expererent, pollicetur. Sed finem questioni fore, iurare eos per Alexandri salutem volebat, remoueriq; tortores. Et utroque impetrato, Cratero, inquit, dic quid me velis dicere. Illo indignante ludificari, rursusq; reuocante tortores, tempus petere cepit, dum recipere spiritum, cuncta qua sciret indicaturus. Interim equites, nobilissimus quisque, & q; maximè qui Parmenionem propinquā cognatione continebant, postquam Philotam torqueri fama vulgauerat, legem Macedonum verit, qua cautum erat, ut propinquū eorum, qui regi insidiati essent, cum ipsis necarentur: alij se interficiunt, alij in deuios montes vastasq; solitudines fugiunt, ingenti per tota castra terrore diffusso donec rex tumultu cognito, legem se supplici comunctis sonum remittere edixit. Philotas verōne an mendacio liberare se cruciatu voluerit, anceps conjectura est; quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur. Craterum pater, inquit, meus Hegelochus quam familiariter usus sit, non ignoraris. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit. Ille omnium malorum nobis fuit causa. Nam cùm primum Iouis filium se salutari iussit rex, Id indignè ferens ille: Hunc igitur regem agnoscimus, inquit, qui Philippum designatur patrem: actum est de nobis, si ista perpetu possumus. Non homines solum, sed etiam deos despicit, qui postulat Deus credi. amissimus regem, incidimus in superbiā, nec dīs quibus se exequat, nec hominibus quibus se eximit, tolerabilem. Nostrōne sanguine Deum fecimus qui nos fastidiat: qui grauerit mortaliū adire concilium? credite mihi, & nos si viri sumus, à dīs adoptabimur. Quis pro auctūm huius Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccam occisos vltus est? Hic quidem interfectoribus patris ignorant. Hac Hegelochus dixit super cœnam, & postero die prima luce à paire arcessor. Tristis erat, & me mæstum videbat. Audieramus enim quā solitudinem incuterent. Itaque ut experiremur utrūne vino granatus effudisset illa, an altiore concepta consilio, accersi eum placuit, venit, eodemq; sermone vltro repetito, adiecit se, siue auderemus duces esse, proximas à nobis partes vindicaturum: siue deesset animus, consilium silentio esse teclurum. & armemni, viuo adhuc Dario, intempestiuā res videbatur, non enim sibi sed hosti esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublatō, primum regis occisi Asiam & totum Orientem interfectoribus esse cessura: approbatoq; consilio in hac fides & data est & accepta. Quod ad Dynnum pertinet,

EXPLANATIONES.

391

tinet, nihil scio: & haec confessus intelligo non prodesse mihi quod proximi sceleris expersum. Illi rursus tormentis admotis, cum ipsis quoque hastis oculosq; eius euerberarent, expressere, ut hoc quoque crimē confiteretur. Exigētibus deinde, ut ordinē cogitati sceleris exponeret, cum dū Bactra retentur a regem viderentur, rimuisse respondit, ne pater LXX natus annos, tāti exercitus dux, tantā pecunia custos, interim extingueretur, ipsi spoliato rātis viribus occidēti regis causa non esset: festinasse ergo se, dū praeiū in manibus haberet: representasse consilium, cuius patrem fuisse auctorem si crederent, tormenta quanquam iam tolerare non posset, tamen non recusare. Illi colloqui, satis quæsumū videri, ad regem reuertuntur: qui postero die, & que confessus erat Philotas, recitari: & ipsum qui ingredi non poterat, iussit affiri. Omnia agnoscēte eo. Demetrius qui proximi sceleris particeps esse arguebatur producitur, multa affirmatione, animique pariter constantia & vultu abnuens quidquam sibi in regem cogitatum esse. Tormenta etiam deposcebat in semet ipsum. Cum Philotas circumlati oculis, ut inciderat in Calin quendam hanc proculstantem, propius eum iussit accedere. Illo perturbato, & recusante transire ad eum. Patieris, inquit, Demetrium mentiri, rursusque me excruciarī? Calin vox sanguisque defecerant, & Macedones Philotam inquinare innocios velle suspicabantur: quia nec à Nicomacho, nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adolescens: qui ut praefectos regis circumstantes se vidit, Demetrium & semetipsum id facinus cogitasse confessus est. Omnes ergo à Nicomacho nominati more patrio dato signo saxis obruti sunt. Magno non salutis, sed etiam vita periculo liberatus erat Alexander, quippe Parmenio & Philotas principes amicorum, nisi palam sentes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quaestio fuit. Dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur: post confessionem ne amicorum quidem misericordiam meruit.

C O N S I L I V M I N P O S T E R V M D I E M D I S T V L I T) Non paſſus est ſententiā mortis illo die in Philotam pronunciari, non quod ipfe dubitaret reūm eſſet, ſed vel vt in vinculis clam prius ad pœnam cruciaretur, vel ex ipsis confessione conſtarēt, ipsum sceleris participem fuīſe, adhuc enim inficiatus erat, cum cauſam ita dixiſſet, ut ſapientes etiam, & à ſtudijs partium odioque alieni hærerent, nocenſe an innocentia eſſet, vel denique ut de conſcijs etiam alijsplura & certiora cognoſceret.

C A E T E R I S Q U I D E M) Erigo, Perdicca, & Leonato.

M A C E D O N V M M O R E S A X I S O B R V I) Hoc parricidatum reorumque maiestatis & cædiis ſupplicium erat, vel vt telis confoderentur. Hoc ſupplicium etiam Orestes timuit apud Euripi- dem:

— κυρία δ' οὐδὲν μέρα
ἐν διοῖσει ψῆφον Αργέων πόλις
εἰ χρὴ θανάτῳ λευσίμω πετρώματι
ἢ φάσγανον θηζαν τ' επ' ἀνχένθε βαλέν
---- Hac dies autem eſt dicta,
In qua ferent ſententiā Argiū,
An oporteat nos mori lapidante ſaxo,
An acuto eneſeriri collum.

Philotam Curtius lapidatione ſepultum teſtatur, Arrianus & Philotam & conſcios iaculis cōdūt, foſſos. Siculus genū mortis non exprimit, ſed tantum xata rō ταῦ πακεδόνενθε ἐβαντάθη, more patrio occiſus eſt.

O M N I A C R V D E L I T A T I S T O R M E N T A P R O P O N V N T) Inſtrumenta tormentorum, ardentefaces, laminas cädentes, vngulas ferreas, flagra, equuleos, ſtimulos, hastas, quibus oculos etiam fodicarenti.

Cum antea ſemper crimen coniurationis inficiatus eſſet, nec ſuppreſſum indicium, ſed contemnum teſtaretur: iamque propositis tormentorum instrumentis vltro fateatur, fides Philotæ meritū ſuſpecta iudicibus ſuit, indeque torqueri präterim propter ſocios potuit. ff.l.48.tit.18.de quaſtionibus. Si quis vltro de maleſicio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt, nonnunquam enim aut me- tu, aut qua alia de cauſa in ſe conſtentur.

D V M C O R R I P I T V R) vides obſeruatum torqueridi modum, nudandi prius corpus, aſtrigen- di, veſelandi oculos, torquendi, qua omnia horriſcam animo rei ſpeciem lubijcīunt: & eſt hypotyphoſis.

D E O S P A T R I O S) Iouem, Mineruam, Herculem, aliosque, ſurdos omnes ad preces Philo- tæ.

I V R A G E N T I V M) Quod ſi reūs vltro confeſſus, nunquam neget crimen, ſemperque conſta- ter

ter respondeat, non solet torqueri, nisi forte alios quoque implicet, illique inficias eant.

NON VOCEM MODO, SED GEMITVS ETIAM IN POTES TATE HABVIT) vt nec clamaret, nec ingemiscere. ff. l. 48. tit. 18. de quæstion. Quæstiōnē non semper, nec tamen nunquam fidei habendā constitutionib⁹ declaratur. Etenim est fragilis & periculosa, & qua veritatem fallat. nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi + eis veritas nullo modo poscit. ali⁹ tanta sunt impatientia ut * quouis mentiri, quam pati tormenta velint, & ita sit ut etiam vario modo fateantur, vt nontantum se, sed etiam alios criminentur.

Philotas ergo primum iano adhuc & integro corpore fortissimè & constantissimè verbera, facies, & cruciatus pertulit; at ubi corpus exulceratum est, coepit fateri . His plane contraria scripsit Plutarchus, illum muliebriter eiulasse, & Hephaestionem infimis precibus rogitasse , vti sibi parceret. Inde, inquit, correptum torserunt assistentibus quæstiōni regis amicis & Alexandro pone obtensam au-
leam, foris exaudiente. Quo tempore + eum dixisse aiunt , cum miserandis & abiectis vocibus precibusque Philotas Hephaestionem compellaret. Adeone mollis tu, Philota, & effeminatus tantas res moliebare? Alijs ut strenuum, ferreum & laborum tolerantem laudarat Plutarchus. Ne tamen videantur pugnare inter se Curtius & Plutarchus, dici potest primum tormenta fortiter à Philota exantata, dein lacerato & exulcerato corpore ad preces descendisse.

PERSALVTEM ALEXANDRI) per genium, seu r̄x⁹ regis, aut Cælaris iurabant veteres pa-
gani, per salutem principis, Christiani, vt in Apologet. docet Tertullianus. Imperatores Acdius &
Honori⁹ in l. Si quis maior. c. de transactionibus. Eos etiam huius legi vel iactura dignos esse jubemus
vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes SALVTEM PRINCIPVM confirmationem initiarum
iurauerint esse passionum. Ita Theodosius minor Eudociam coniugem suam adegit , vt per salutem
suam iuraret, se comedisse pomum.

LEGEM MACEDONVM VERITI) huius legis, qua reorum propinquai pari supplicio afficie-
bantur, infra quoque lib. 8. fit mentio, ubi Hermolaus cum conscijs in concilium adducitur. Poste-
ro autem frequens concilium adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant , ne
de sua quidem salute securi, quippe Macedonum more perire debebant, omnium deuotis & apitibus, qui san-
guine contigissent eos. Et sequenti capite: At nunc mones me, vt vestris parentibus parciam. Non oportebat
quidem vos scire, quid de his statuisse, quid tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria & cura est:
sed olim istum morem occidendi cum scelētis insontes propinquos parentesque, solvi. Nec hæc Macedonum
duntaxat lex erat, exempla apud Persas & in libris de ludeis habemus. De Persis Brislonius ex Am-
miano Marcellino, Herodo: o. Esther: Planè dura lege viuebant Persæ, apud quos vnius ob noxiā ple-
neræ Pers. runque propinquai omnes plebebantur. Ammianus Marcell. lib. 22. Leges apud eos impendio formidata: inter
quas, diritate exuperant lata contra ingratis & desertores, & abominanda alia, per quas ob noxiā vnius
omnis propinquitas perit. Atque ita cum Intaphernes ex septem magicidis unus, contra vetitum, regiam in-
gressi, rege cum uxore cubante ausus, ianitori ac cubiculario, aditu eum prohibentibus , aures naresque am-
putasset, Darius rex ἔλαβε αὐτὸν τε τὸν Ινταφέρνον, καὶ τὸν παῖδας αὐτῷ, καὶ τὸν δικῆρον πάταξ· ἐπίδαις πολ-
λὰς ἔχων μετὰ τῶν συγγενῶν μὲν ἐπιβλέψειν οἱ ἐπανάστατον, συλλαβὼν δὲ σφαῖς, ὅπης τὴν ἐπιθανάτῳ: quem-
admodum Herodotus lib. 3. scribit. Vicitum tamen uxoris Intaphernes precibus, fratrem eius & liberorum na-
tu maximum dimisisse, ibidem Herodotus refert. Sic & in epistola Artaxerxi apud lxx. Interpretes cap.
8. Esther δὲ Αμανεδιὰ τὸ διπλόν ταῦτα ἔργα σπουδεον, πρὸς τὰς Σεστῶν πύλας ἐσαρφόδαι σὺν τῇ πανοικίᾳ
τὰν κατ' ἀζήταν τὰ πάντα ἐπιγράψαντες διὰ τὰς γε ἀποδούντες τῷ κρίσιν. Dariū Artaxerxi filiū,
dum pari insidias pararer, deprehensum cum socijs pœnas parricidiij dīs paterna maiestatis vltoribus dedi-
se: coniuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris extaret, intersectas Iustinus l. 10.
narrat.

Ita Acham propter sacrilegium sublatæ aureæ regulæ, cum tota familia saxis obrutus est. Ios. 7.
& Dathan & Abiron cum omni gente sua & tentorijs etiam terra haulti atque absorpti sunt.

Hæc propinquorum Philotæ fuga abripuit etiam Polemonem Amyntæ fratrem, de quo lib. 7.
c. 16.

LEGEM SE SUPPLICII CONIVNC TIS SON TIVM REMITTERE DIXIT) ita, vt iam au-
ditisti, soluit etiam propinquos & parentes Hermolai & coniuratorum, singulosque suis honoribus &
officijs restituit.

VERONE, AN MENDACIO) ancipitem conjecturam fuisse dicit hic Curtius; atqui infra sub fi-
nem huius capitij, & finem libri docet Philotam, quasi vera confessum, ne amicorum quidem mile-
rictiam meruisse.

QVONIAM ET VERA CONFESSIS ET FALSA DICENTIBVS IDEM FINIS DOLORIS
OSTENDIT VR) ecclœsus, inquam, & tormenta quæstionum. Suprà verē dixerat , malignam esse ca-
lamitatem & ferē noxios, cum suis supplicijs cruciantur, acquiescere alienis, neminem parcere mo-
rituris, & nemini morituros.

CAETERVM PATER, IN QY IT) hic incipit confessio Philotæ.

HEC ELOCHO) Illustris hic prætor Alexandri fuit, & primum cum Amphoterō oræ Hellepon-
ti præsedit, multisque insulas Alexandro subiecit. Cecidit ad Gaugamela in prælio. haud scio an i-
dem

dem fuerit cum eo, quem laudat Siculus lib. 15. στρατηγὸν δικαιοντες (de Atheniensibus loquitur) ἄγνοοχον ἀνδρα τοις πολάκις ἐπανθέμενον. Ducebat habebant Hegelochum virum inter ciues laudatum, qui sex millia ducebat. Mihi hic alius videtur, Macedo, inquam, non Atheniensis.

Olymp.
104.
Olymp. 112.
anni 34.

DEOS DESPICIT, QVI POST VLA T CREDI DEVS) & qui non pluris astimet deos immortales, quam mortales. Egredie cont. a hanc diuinitatem infra disputat I.8.c.12. Callisthenes, quem Alexander postea cum ingenti nominis sui infamia & gloria iactura occidit.

AD DIIS ADOPTABIM VR) vt filii alieni in clarorum virorum familias adoptantur, ita ad morem humanum etiam a diis adoptabimur, vt Alexander, si viri sumus. Nam vt natura diis sumus, vel fratres, fieri non potest.

QVIS PROAVVM H VIVS ALEXANDRI VLT VS EST) Carani primi regis Macedonum ex Heraclidis totam exequuntur stirpem Siculus, Africanus, Eusebius, Olympiadum descriptio. Attin-
gunt a Liuius, b Iustinus, Velleius, c Paulanias, Solinus, Suidas, sed interrupte ponunt. A Carano ali. 45.c. 9:
ad Alexandrum M. alij ponunt reges (vt Africanus & Eusebius) x x i v . v t i v . & x x . fit ipse Ale
xander. Velleius x i x . Diodorus * x i x . nunc x x . nunc x x i v . sublatis alienis Amynta x i v . &
Ptolemaeo Aborite tantum x vi . v que ad Alexandrum M. ex legitima stirpis successione relinqui-
tur. Diagramma seu indicem & tabulam ex Diodoro describit emendator temporum in thesauro
Eusebiano, quem adibis. Eusebij syllabus etiam extat in Eusebijo. Scal. in fine Ilagog. p.335.

lib. 7.
c lib. 9. in
Bœoticis.
* lib. 16. pa.
406. intra
contex. 309.

Sed videndum, quomodo Alexander Amyntae F. Philippi, patris Alexandri M. dicatur proauus Alexandri M. cum tantum fuerit patruus eius, Philippi nempe patris frater. Amyntas enim Philippi pater, Amyntae Aridae F. trigeminus habuit liberos virilis stirpis ex Eurydice Illyride: Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri M. Macedonis patrem: qui omnes ordine post Amyntam patrem regnarunt. Idem Amyntas auctore Iustino lib. 7. ex Cygæa alia coniuge tres itidem mares Archelaum, Aridaeum, & Menelaum. Itaque patruus fuit, non proauus Alexander Amyntæ Filius, nec potest intelligi prior Alexander Amyntæ Alceta F. quia inter Alexandrum Amyntæ, & Alexandrum Alceta sex reges intercesserunt, nec præter Alexandrum M. & Amyntæ F. & Alceta fuit vii us Alexander in stirpe Carani. Alexandrum ego patruum Alexandri M. à Curtio proauum dictum censeo, non ordinem natorum, sed regni administrati. Ita omisso Alorite, Alexander Amyntæ F. Philippi frater, Alexandri patruus, eiusdem est & proauus. Patruus, quia Philippi frater fuit. Proauus, quia ante Philipp. regnauit Perdiccas, aius ratione regni, patruus ratione sanguinis. Ante Perdiccam (omisso Ptolemaeo) Alexander itidem patruus sanguine, aius ratione regni & regum. Alorites autem omittitur, quod non fuerit ex genere Carani.

VLT VS EST) nemo. Argumentum Hegelochi est: nemo Alexandrum insidijs matris circumuentum & occisum, nemo Archelaum, nemo Perdiccam frates Alexandri, patruos Alexandri M. vii us est: occidamus & Alexandrum, perinde nobis feliciter rescedet. Archelaum autem & Perdiccam etiam Euridice mater, sed Archelai nouerca mactauit, quamquam Archelaum, a vt , qui nunquam regnauit, Iustinus b omite it, de alijs ita scribit: Per ordinem deinde successionis, regnum Macedonia ad Amyntam fratris eius Menelai filium peruenit Hic quoque insignis industria, & omnibus Imperatoris virtutibus instructus fuit: qui ex Euridice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri M. Macedonis patrem, & filiam Euryonem: ex Cygnæa autem Archelaum, Archideum, Menelaum. Cum Illyris deinde, & cum Olynthiis grauia bella gestit. Insidijs autem Euridices vxoris, quæ nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumq; adultero tradendum suscepit, occupatus fuisse, ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Functus itaque tot periculis, senex decepit, regno maxinio ex si. ijs Alexander, tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyris pacta mercede, & Philippo fratre dato obside, redemit. Interiecto quoque tempore per eundem obudem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat: quare Philippo maximo incrementa egregia indolis dedit. Siquidem triennio Thebis obses habitus, prima pueritia rudimenta, in vrbe seueritatis antiqua, & in domo Epaminonda summi & Philosophi & imperatoris depositus. Nec multo post Alexander insidijs Euridices matris appetitus occumbit, cui Amyntas in scelere deprehensa, propter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitiosam fore, pepercera. Frater D. Idem de quoque eius Perdicca pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis causa liberos à matre vitia priuatos, quam scelerum suorum supplicijs liberorum contemplatio vindicauerat. Perdicca hoc indignior cades videbatur, quod ei apud matrem misericordiam, nec parvulus quidem filius conciliaverat.

a Archelaus maior,
qui regnauit in Macedonia,
hospeis Euripidis hereditate filius, à Cratero quodā per imprudentiam invenatione occisus est. Sieclus li. 15. pag. 65. Olymp. 95. anno 1. lit. D. Idem de scriptio. Olympiadū an. 3. 92. li. 1. p. 174. ad oram 356.

Reliquos autem omnes, præter Philippum, ab Euridice intersectos infra Iustinus quoque docet, cum scribit. Vt est ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit: & propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum, & propter vetera Macedonia fata, quæ cecinerant, uno ex Amyntæ filijs regnante, florentissimum fore Macedonia statum: cui spes scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni, cum hinc cades fratrum indignè peremptorium, inde hostium multitudo: hinc insidiarum metus, inde inopia continui belli & exhausti regni immaturam et atem tyronis vrgerent, & quæ sequuntur.

HIC QVIDEM INTERFECTORIBVS PATRIS IGNORIT) Hic, Alexander inquam, quibus pepercit? Soli Alexandro Lycistæ. * Iustinus, Prima illi cura paternarum exequiarum fuit, in quibus ante omnia cadiis consios ad tumulum patris occidi iussit, soli Alexandro Lycistarum fratris pepercit; seruans blustria. 1.7. circa. med. * Lib. ii. in

394

in eo auspiciū dignitatis sue: nam regem eum primus salutauerat. Et ipse Curtius lib. 4. Post hac instituit querere, Alexander ex Hammonis sacrificulo, an omnes parentis sui interfectorēs pœnas dedissent, sacerdos parentem eius negat villius scelere posse violari: Philippi autem omnes interfectorēs luisse supplicia. Iustinus tamen etiam Olympiadēm, adeoque ipsum Alexandrum consciente fuisse cædis Philippi testatur, immo Pausaniam perculorem Philippi ab Olympiade fuisse subornatum & immisum in Philippum consilio etiam ipso Alexandre. Quæ omnia Alexander dissimulauit. Iustinum adi li. 11. post initium omnia dilertē enarrantem.

VTRVM NE VINO GRAVATVS EFFUDISSET ILLA) quæ enim in vino dicuntur, aguntur, scribuntur, in vino relinquenda, & cum vino sepelienda sunt. Nec ebria pro seruis accipienda, sed dicta pro indicis, facta pro infectis habenda, recognoscet quæ à nobis annotata sunt ad illos Martialis verius:

Et non sobria verba subnotasti,
Exemplo nimium periculoſo.
Μισθοὶ μνήμονα συμπότην Πρόχιλλε.

Li. x. epig. 28.

Et ad illos:

Accident fine felle ioci, nec mane timenda
Libertas, & nil quod tacuisse velis.
Nec facient quemquam pocula nostra reum.

I. 10. ep. 48.

Suspiciati ergo Parmenio & Philotas Hegelochum de Alexandre per insidias interficiendo, in vino & ebrietate temerè effutiuile, postridie accersitum rogarunt, meminisse, quæ pridie intercenam & pocula dixisset? Et memorem se ostendit, & plura etiam pridianis adiecit. Itaque coniurationem inibi in caput Alexandri factam initamque, Philotas tortus affirmauit.

QVOD AD DYMNV M PERTINET, NIHIL SCIO) Negauit iterum Philota coniurationis ultimæ societatem cum Dymno, sed ultimis cruciatibus afflatus, etiam hanc non est inficiatus, reique ordine exposito, patrem huius prorsus exortem, ignarum, expertemque etiam atque etiam testatus est.

DEMETRIVS) Vnus è custodibus corporis, in cuius interfecti locum suffictus est Ptolemaeus Lagi, ille, qui post Alexandri mortem in Aegypto regnauit. Et hæc quæ iam faſlus est, & sequuntur, omnino ostendunt Philotam reuera reum fuisse, & non solum rerum omnium conscientem, sed etiam auctorem, meritoque omnium iudicio damnatum, tortum, & interfactum, (si modò vera Curtius) patrem autem innoxium. Sed nihilominus propter consilium prius, & metum futuræ seditionis ac periculi, vt mox videbimus, interfactum.

OMNES ERGO A NICOMACHO NOMINATI) Cauillari, inquit Acidalius, Curtium hic negligenter possum, qui dicat à Nicomacho nominatos omnes suppicio affectos. Id verò falsum, ac dupliquidem modo. Nec enim illi omnes, neque rursus ī tantum. Primum non omnes. Impunit enim Amyntas, qui superius & ipse à Dymno inter consicos Nicomacho detectus. Et verisimile, quotquot ab illo Nicomachus hic acceperat, eorum nemini substraxisse, vt nec addidisse quæquā, de quo alter forte tacuisse. Ille autem suprà: Simul gratulatur quod fortissimus iuuenū non dubitasse se adiungere Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori. Adiicit his Aphebotum, Loceum, Diogenem, Archeopolim, Amyntam. Hic postrenus certè libro deinceps causam pro se dicit, & absolvitur. Ac suspicari liceat, præter hunc alios etiam fortasse nonnullos iudicium ac suppliū effugisse: de quibus quidquid sit, Amyntas certè palam non una intererentus. Non igitur omnes prorsus, qui à Nicomacho nominati. Nam neque illi tantum. Nam etiam Philotas ipse & Calis: quos manifestum item est ab indice nequaquam nominatos. Quid verbis igitur isti auctoribus faciemus? Excidisse Curtio imprudenti ipsi credemus, an fraudem hanc ei librarios fraudos? Huc inclinem magis: at emendationem quam opportunam inueniemus? Audacia magna vtendum sit: quam ego huiusmodi vix mibi permiserim, à Macedonibus damnati. Mos quidem ille Macedonum vetustus, vt ipsorum cognitio esset, quem & noster ipse nos docuit hoc libro: De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi. Nihil potestas regum valebat, nisi prius valuerit (ne scio quid occulti hic mendi) auctoritas. Itaque & Alexander, Macedones, inquit, de te iudicaturi sunt: & ipsi Macedones Philotam inquinare innoxios velle sufficabantur. Sed virunque hoc firmemus, à recepta lectione nimium recedit. An ergo potius? Omnes ergo etiā Nicomacho non nominati. Sic omnem faciliū eludamus obiectionem, neque Curtium tamen scripsisse sic facile probemus. Alij viderint hoc ad reliqua nos properamus.

Duplex hic in Curtio (certè non à Curtio) peccatum, quod Acidalius quoquo modo castigare conatus est. Primum, quod omnes à Dymno nominatos, affirmet signo dato laxis obrutus, cum Amyntas fuerit absolutus. Deinde, quod præter hos à Dymno delatos etiam Philotas & Calis sint occisi. Primum Acidalius librariorum vel operarum fraude errorem admisum, qui Amyntam adiecerint, vel certè Curtio imprudenti excidisse. Labes has duobus modis emaculare studet, è quibus tamen ille neuter satis (nec immerito) placet. Nam in vicem illorum Curtij verborum à Nicomacho nominati ista substituit, à Macedonibus damnati: sed quia à Curtio longius abeunt, aliter emendauit. Omnes ergo etiā Nicomacho non nominati. Duas vt vides voculas ad Curtium adiecit, etiā & non neque tamen Curtium ita scripsisse facile, inquit, probemus. Itaque concludit, Alij viderint hoc.

Ego

EXPLANATIONES.

395

Ego sic existimo, vel nullum omnino in his Curtij verbis errorem inesse, vel per aliquem sciolum adiectam vocem Amyntam, quod & ille postea sit in iudicium productus, quamvis absolutus. Nullus error erit, si dixerimus, Amyntam alium fuisse à Nicomacho nominatum, non hunc iudicio absolutum, sed cum reliquis damnatum & occisum, adeoque hos duos tantum cognomines fuisse, non unum atque eundem. Multi enim eadem tempestate Amyntæ fuerunt, & crebrum apud Macedones nomen Amyntæ, quod suprà demonstrauimus. Et hic inter coniuratos Nicanor etiam ex-primitur. cum & Parmenionis filius paullò ante extinctus Nicanor diceretur, & alias rursus infra Nicanor egregius bellator laudatur, sicut & multi Attali. Erit ergo hic vel Ὀμντα, vel certè Amyntæ nomen glossæ causa ab imperito adiectum. Nam hunc Amyntam, qui absolutus est l. 7. c. 1. hionullo modo Curtius intellexit, quod vel inde certissimè constat. primum quod occiso demum Dymno, & Philota sub quæstione laborante, hic captus sit, ex eo maximè, quod frater eius natu minimus Polemon cum alijs profugerit, & suspicionem coniurationis Alexandro & Alexandri amicis iniecerit, non quod à Dymno nominatus sit. Deinde, quod nec in accusatione Alexandri villa mentio facta sit Dymni, quasi Amyntæ nomen ediderit, nec Amyntas in causa dicenda vllum de Dymni delatione vel indicio verbum fecerit, quod tamen in primis graue fuisset argumentum, & solitu difficillimum, quodque Philotas maximè in sua defensione vrsit. Vel ergo alias fuit Amyntas huic cognominis, vel ab librario adiectus. Omnes autem à Nicomacho nominatos, ait imperfectos, non propter Calin & Philotam, de quibus iam per se constabat, sed Demetrium custodem corporis, qui ad id usque temporis pernegarat, se vel locum vel concium fuisse coniurationis, quod ex Curtio aperte constat, qui docet, productum Demetrium multa affirmatione & animi constantia vultusque nutibus abnuisse, quicquam sibi in regem cogitatum esse; donec per Calin proditus cum alijs quoque, lapidibus est tumulatus. Ergo omnia Curtij verba bene habent, nec à Curtio quicquam peccatum vel erratum; sed Amyntas vel alias fuit, vel per imperitum librarium infertus, & in Curtium, præter mentem Curtij, admisitus. Itaque Acidalij emendationem nihil hic moratur.

Atque hæc finis tragicæ huius libri, qui tamen comicum, quæ de salute Alexandri, sortitus est exitum.

FINIS LIBRI SEXTI.



Q. CVR-



Q. CURTII RUFII
HISTORIARVM
ALEXANDRI MAGNI
MACEDONIS
LIBER SEPTIMVS.

SYNOPSIS HVIVS LIBRI.



Incesten Alexander maiestatis damnat, Amyntam & Symam ac Polemonem fratres suspectos absolvit, Parmenionem per Polydamanta occidit, alios atque alios populos bello domat; Caucasum superat: Bessum tyrannum dolo captum Oxatri necandum tradit, Brancidarum urbem funditus euerit. Ad Tanaim, ut putatur, accedit, Alexandriam ibi condit, Scythis bellum facere cogitat. Menedemus cum suis copijs cœditur, Scytharum legatus perorat apud Alexandrum, qui traecto fluminis Scythas vincit, viatis parcit, Sagæ deduntur. Sogdiani iuuenes dicti, triumphant, supplicio liberantur. Bessus mactatur. Petra expugnatur, Arimazes in crucem agitur.

C A P V T . I.

A R G U M E N T U M.

Serò Macedones desiderant quem occiderant. Fiūt alij rei, partim damnantur, partim absoluuntur.



Hilotam sicut recentibus sceleris eius vestigis iure affectum suppicio censuerant milites, na postquam deserat esse quem odissent, inuidia in misericordiam vertit. Mouerat & claritas iuuenis, & patris eius senectus atque orbitas. Primus Asiam aperuerat regi, omnium periculorum eius particeps: semper alterum in acie cornu defenderat. Philippo quoque ante omnes amicus, & ipsi Alexander tam fidelis, ut occidendi Attalum non alio

alio ministro uti mallet. Horum cogitatio subibat exercitum, sed ita q̄d, q̄d, voceſ referebantur ad regem: quis ille haud ſane motus fatisq; prudens oīq; vitia negotio diſcurit, edicit ut omnes in vestibulo regis p̄aſto ſint: quos ubi frequentes ad eſſe cognouit, in concione proceſſit, haud dubie ex compoſuo. Apharias poſtulare caput, ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quā Philotas, regem voluiffe occidere, exhiberetur. A duobus indicibus (ſicut ſupradiximus) delatus, tertium iam annum cuſtodiabatur in vinculis. Eundē in Philippi quoq; cedem coni- raffe cum Pausaniam pro comperto fuīt: ſed quia primus Alexandrum regem ſalutancerat, ſup- plicio magis quam criminis fuerat exemptus. Tum quoq; Antipatri ſoceri eius preces iuſta re- gis iram morabantur. Ceterū recruduit ſoporatus dolor, quippe veteris periculi memo- riā, praesentis cura renouabat. Igitur Alexander ex cuſtodia educitur, iuſſusq; dicere, quamquam toro iriennio meditatus erat deſcenſionem, tamen hafitans & trepidus, pauca ex- ijs que componuerat, protulit: ad uitium non memoria ſolum, ſed etiam mens eum deſtituit. Nulli erat dubium, quin trepidatio conſcientia indicium eſſet, non memoria uitium. Itaque ex ijs qui proximè aſi terant, obſtantem adhuc obliuioni lanceis confoderunt: cuius cor- pore ablato, rex introduci iuſſit Amyntam & Symam, nam Polemon minimus ex ſratibus, cum Philotam torqueri compreſſerat, profugerat. Omnia Philota amicorum hi charifimi fuerant, ad magna & honorata ministeria illius maximè ſuffragatione producti: memine- ratque rex ſummo ſtudio ab eo conciliatos ſibi. Nec dubitabat huius quoque ultimi consiliū fuiffe particeps. Igitur oīm ſibi eſſe ſuceptos matris ſua literis, quibus eſſet admonitus, ut ab hiſ ſalutem ſuam tueretur. ceterū ſe in uitium deteriora credentem, nunc maniſtis in- di ijs uitum iuſſiffe vinciri. Nam pridie quam detegretur Philota ſcelus, quin in ſecreto cum eo fuiffent, non poſſe dubitari. Fratrem vero, qui profugerat cum de Philota querere- tur, aperiuſſe fugaciam Nuper p̄aſter consuetudinem officij ſpecie, amotis longuis cate- riſ aamouiffi ſemel ipſos lateri ſuo nulla probabilita cauſa, ſequemirantem, quod vice non ſua tali fungerentur officio, & ipſa trepidatione eorum perterritum, strenue ad armigeros, qui proximè ſequebantur, receſſe. Ad hoc accedere, quod cum Antiphanes ſcriba equitum, Amynta denunciatiſſei pridie quam Philota ſcelus deprehendit eſſet, ut ex ſuis equis more ſo- lito daret ijs qui amitterent ſuos, ſuperbē respondiſſe, niſi incepto defiſteret, breui ſciturum quis, ipſe eſſet. Tam lingua violentiam temeritatemq; verborum, que in ſemetipſum iatularēiur, nihil aliud eſſe, quam ſcelesti animi indicem ac teſtem: quaſi vera eſſent, idem meruiffe eos quod Philotam, ſi falſa exigere ipſum vi refellant. Productus deinde Antiphanes de equis non traſait, & adiectis etiam ſuperbē minis indicat: ac tum Amyntas facta dicenai potesta- te. Similiter, inquit, inter eſt regis peto, ut dum dico, vinculis liberer. Rex ſolui verumq; iubet, deſiderantiq; Amynta, ut habitus quoque redderetur, armigero lanceam dare ei iuſſit: quā ut laua comprehendit, euitato eo loco in quo Alexander corpus paullō ante iacuerat. Qualiſi- cunque, inquit, ex iis non manet rex, conſitemur proſperum tibi debituros, tristorem fortu- na imputatuſo, ſine p̄auidicio dicimus cauſam, liberis corporibus animisq; habitum etiam in quo te comitari ſolemus, reddidiſti. Cauſam non poſſumus, fortunam timere deſinemus. Et quaoſo, permittas mihi ad primum defendere, quod à te uitium obiectum eſt. Nos, rex, ſer- monis aduersus maiestatem tuam habitu nullius conſciſumus nobis. Dicerem iam pridem vi- ciſſe te inuidiam, niſi periculum eſſet, ne alia malignus dicta crederes blanda oratione pur- gari. Ceterū etiam ſi militis tui vel in agmine deficiens & fatigati, vel in acie periclitanti- ſis, vel in tabernaculo agri, & vulnera curantiſ, aliqua vox asperior eſſet excepta, meruera- mus fortibus factis, ut malles ea tēpore nostro amputare, quā animo. Cū quid accidit triftius, oīs rei ſunt: corporibus noſtris, que vii q; non odiuſimus, infestas admouemus manus: parentes liberis occurrant, & ingrati & inuiſi ſunt. Cōtra cū donis non oramur, cū p̄am ijs onusti reuer- timur, quis ferre nos poteſt? quis illā animoruſ alacritatē continere? Militantiū nec indig- natio nec latitia moderata eſt. Ad oīs affectus impetu rapimur, uituperamus, laudamus, miſe- remur, irascimur, ut cunque praesens mouit affectio. Modò India adire & Oceanū libet, mo- dò cōiugū & liberorū patria q; memoria occurrit. Sed has cogitationes, has inter colloquētū vices, ſignū tuba datū finit. In ſuos quisq; ordines currimus, & quicquid irarū in tabernaculo coceptū eſt, in hostiū effūditur capita. Utinā Philotas quoque intraverba peccasset, proinde ut ad id p̄auertar, propter q; rei ſum. Amicitia qua nobis cū Philota fuit, adeo nō inficior, ut ex- petiſſe quoq; nos, magnosq; ex ea fructū percepiffe cōſitear. An verò Parmentoris, quē tibi pro- ximū eſſe voluisti, filium, oīs penē amicos tuos dignationē vincētē, cultū à nobis eſſe mirariſ? Tu hercule (ſi verum audire vis) rex, hui⁹ nobis periculi cauſaeſ. quis enim aliud efficit, ut ad-

Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi, ad hunc gradum amicitia tua ascendimus. Is apud te fuit, cuius & gratiam expetere, & iram timere possemus. an non pridem in tua verba tui omnes te praecunte rurauimus, eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberet? hoc sacramento pietatis obstricti aueraremur scilicet, quem tu omnibus preferebas. Igitur si hoc crimen est, paucos innocentes habes, imo hercule neminem. Omnes enim Philotae amici esse voluerunt: sed totidem quoniam volebant, esse non poterant. Ita si a consensu amicos aiuidis, nec ab amicis quidem separabis illos qui idem esse voluerunt. Quodigitur conscientia affertur indicium? opinor, quia pridie familiariter & sine arbitris locutus est nobiscum. At ego purgare non possem, si pridie quidquam ex vetera vita ac more mutassero. Nunc vero si id ut omnibus diebus, illo quoque qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. Sed equos Antiphani non dedimus: & pridie quam Philotas detectus est, hac mihi cum Antiphane res erat, qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non derim, semetipsum quod eos desiderauerit, purgare non poterit. Anteips enim crimen est inter retinentem & exigentem, nisi quod melior est causa suum non tradentis, quam possidentis alienum. Ceterum, rex, equos decem habui, equeis Antiphanes octo iam distribuerat ijs, qui amiserant suos. Omnia duos ipse habebam, quos cum vellet abducere homosuperbisimus, certe inquisimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebat. Nec inficias eo, liberis hominis animo locutum esse me cum ignauissimo, & hoc unum militia sua usurpante, ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum venium est, ut verbamea eodem tempore & Alexandro excusem & Antiphani. At hercule mater de nobis inimicis tibi scripta. Vt inam prudentius esset sollicita pro filio, & non inane species anxiō animo figuraret. Quare enim non ascribit metus sui causam? Denique non ostendit auctorem, quo facto dictoue nostro mota, tam trepidas tibialiteras scripsit. O miseram conditionem cui forsitan non periculosius est tacere quam dicere. Sed vt cunque cessa res est, malo tibi defensionem meam disperdere, quam causam. Agnosces autem quod dicturus sum: quippe meministi, cum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te, multos integros iuuenes in domo tua matris abscondi. Pracepisti igitur mihi, ne quem prater te intuerer, sed detrentantes militiam perducerem ad re. Quod equidem feci, & liberius quam expediebat mihi exsecutus sum imperium tuum, Gorgiam & Hecataem & Gorgatam, quorum bona opera veteris, inde perduxii. Quid igitur iniquius est, quam me, qui si tibi non paruisse, iure datus fui pœnas, nunc perire quia parui? Neque enim illa alia matris tua persequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam muliebri præposuimus gracie. Sex millia Macedonum perditum, & 100. equites adduxi: quorum pars secutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissim. Sequitur ergo, ut quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui ira eius nos obtulisti. Dum hac Amyntas agit, foris superuenierunt, qui fratrem eius Polemonem, de quo ante est dictum, fugientem consecuti, vincitum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protinus suo more saxa in eum iaceret. Atque ille sanè interritus, Nihil, inquit, pro me deprecor, modo ne fratum innocentia fuga imputetur mea. Hac si defendi non potest, meum crimen sit. Horum ob id ipsum melior est causa, quod ego qui profugi, susceptus sum. hac elocuto vnuersa concio assensa est. Lacrymæ denique omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis. ut solum pro eo esset, quod maximè læserat. Iuuenis erat primo et atis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philota conturbatos, alienus terror absulerat. Desertum eum a comitibus, & hæsitantem inter reuertendi fugiendique consilium, qui seculierant, occupauerunt. Is tum flere cœpit, & os suum conuerberare, mæstus no ob suam vicem, sed propter ipsum periclitantium fratum: moueratque iam regem quoque, non concionem modo, sed unus erat implacabilis frater, qui terribili vultu intuens eum: Tum, ait, demens lachrymare debueras, cum equo calcaria subderes fratum desertor, & desertorum comes miser quo & unde fugiebas? effeciisti ut reus capit is accusatoris uterer verbis. Ille peccasse se, sed grauius infratres, quam in lemetipsum, fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque acclamationibus quibus studia sua multitudine profitetur, temperauerunt. Una vox erat pari emissâ consensu, ut insontibus & fortibus viris parceret. Amici quoque data misericordia occasione consurgunt, flentesque regem deprecantur. Ille silentio facto, Et ipse, inquit, Amyntam measentia fratresq; eius ab oluo. Vos autem iuuenes malo beneficij met obliuisci, quam periculi vestrum meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum reuertor. Nisi qua delata essent exiūssim, valde dis-

simulatio mea suspecta haberi potuisset. Satis est purgatos esse, quam suspectos. Cogitate neminem absolui posse, nisi qui dixerit causam. Tu Amynta ignoscere fratri tuo, erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.

POST QVAM DESIERAT ESSE QVEM ODISSENT, INVIDIA IN MISERICORDIAM VERTIT) Nempe, desiderio expleto animus mutari solet. Hoc Alexander in Clito interfecto multis lacrymis longeque pœnitudine ostendit, & Athenienses cum locratem innocentem propinata cicutâ ad mortem adegissent, tantopere doluerunt, ut publico edicto lanxerint, ne quis publicè nomen locratis enunciaret, ne scilicet in populo motus fieret. quod Euripides veritus, ita cautè rem aggressus est, vt & populo cædem innocentis publicè obijceret, & tamen legem non violaret. Itaque Palamedem scripsit, docuitque, & in eius persona exclamauit.

* ἐξάντερε ἐξάντερε τὸν βέλτιστον Ἑλλήνων

Gyrald. in
vita Eurip.

p. 265.

* exān̄t̄ere,

Occiditfis, occidisti optimum Gracorum.

Quæ verba cum auditores quorsum pertinerent, intellexissent, omnes certatim in lacrimas ierunt, totumque theatrum inundarunt.

PATRIS SENECTVS ET ORBITAS annum agebat septuagesimum Parmenio, tribus clarissimis filijs in Asia & Aegypto amissis, Hectore, Nicanore, Philota.

PRIMVS ASIAM APER VERAT REGI) Philippi patris Alexandri missi. Siculus ἐπὶ δὲ τέταρτην. Li. 16. p. φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἡγεμὼν ὅπο τῶν ἀλλίνων καθειμένος, καὶ τὸν πρὸς πέτρας πόλεμον ἐνστάμενος, Ατταλον 479. Annal. O. μὲν καὶ Παρμενίων προσπίσειλεν εἰς τὴν Ασίαν, μέρος τῆς δυνάμεως δούς, καὶ προσάζεις ἐλευθερῶν τὰς Ἑλληνίδας λυμπ. π. πόλεις. Hoc anno Philippus rex summus belli dux à Gracis factus, bellum Persicum inchoauit, ac statim Attalum & Parmenionem, cum parte copiarum & mandatis, ut vrbes ibi Gracas liberarent, in Asiam premisit.

OMNIVM PERICVLORVM PARTICEPS SEMPER ALTERVM IN ACIE CORNV DEFENDERAT) In pælio ad Granicum, ad Ilium, ad Gaugamela seu Arbela, ut è Siculo, Arriano, Curtio apparet.

PHILIPPO ANTE OMNES AMICVS) Quanti fecerit Parmenionem Philippus docet in apophthegmatis Plutarch. qui Αθηναῖς μὲν οὐ μακάριεν ἔλεγεν, εἴ καθ' ἔκαστον ἔγχων ἀργεῖας δέκασφατηγούς εὐφράξειν. αὐτὸς γαρ ἐν πολλοῖς ἔτεσιν ήνα μόνον σφατηγὸν εὐφράξειν Παρμενίων. Philippus Atheniēs laudabat fortunam, qui quot annis decem imperatorum diligendorum copiam haberent: sed dicebat intra multos annos unum modo ducem reperisse Parmenionem. Habes eiusdem Parmenionis nobilissimum eternumque hic infra c. 11. Elogium apud Curtium. Defendit etiam hunc Clitus in conuiuio, sed cum suo exitio.

OCCIDENDI ATTALVM NON ALIO MINISTRO VTI MALLET) Hoc quidem etiam infra Hermolaus affirmat: Parmenio, inquit, in dicta causa trucidatus est, per quem Attalum occiderat. In iuicem enim miserorum uteris manibus ad expetenda supplicia: & quos paullò ante ministros cædis habuisti, 1.17. p. 487. subito ab alijs iubes trucidari. Diodorus non à Parmenione cæsum, sed ab Hecatæo affirmat τοις δ' ad oram ξαραγκαταρας τοὺς βασιλέως ἐντολας δολοφονοῦσαν τὸν Ατταλον. Parmenionem idem Siculus optime affectum erga Alexandrum fuisse testatur, quo indignior cædes eius fuit.

LYNCESTES ALEXANDER) Apharias vnum è ducum numero instinctu Alexandri petiit, ut Alexander Lyncestes, quod eadem illius causa crimenque cum Philota & Dymno esset, in iudicium adduceretur, Lyncestes non quidem tum coniurauerat, quia iam tertium annum in vinculis hanc ipsam ob causam detinebatur, sed iam olim deprehensus, & in patris etiam Philippi cæde veritus. De hoc infra Alexander apud Curtium: Lyncesten verò Alexandrum bi insidiatum capiti meo à duobus indicijs liberavi, rursus coniustum, per biennium (an triennium?) tamen distuli. (Antipatro pro genero deprecante.) Iustinus de coniuratione, & cæde patris: soli Alexandro Lyncestarum fratri pepercit, & quæ sequuntur.

A duobus indicijs (vt supra dictum est) nisquam id supra dixit, in ijs quæ extant. dixit ergo libro primo vel secundo, si tamen secundus deest. In hac re nōbis Siculus veniat supprias. Per idem, inquit, tempus mater regis, tum de alijs, quæ commode fore putabat, tum quod Alexandrum Lyncesta in cōtextu cauere opera precium foret, per literas eum admonuit. Erat is fortitudine præstans animique generosi plenus, 578. & inter ceteros amicos Alexandrum vobis antea fidei non possema. Cum igitur multa etiam alia criminationi non dissentanea concurrenerat, captus ille & constrictus, dum quæstio super eo habeatur, custodia traditus fuit.

LANCEIS CONFODERVNT) Siculus: Quo etiam suppicio affectus est Alexander Lyncestes, con p. 551. vel in spirationis in regem accusatus. Is iam triennium in custodia detentus fuerat. Nam hucusque propter necesse contex. 604 studinem, quæ cum Antigono ipse intercedebat, cognitio erat prorogata. Tunc verò ad iudicium senatus Maced. eductus, cum verbis ad sui defensionem destitueretur, trucidatus fuit. Huius cædem Hermolaus quoque Alexandro obicit: Attalus & Philotas, & Parmenio, & Lyncestes Alexander, & Clitus, quantum ad Hostes, viuunt.

INTRODVCI IVSSIT AMYNTAM ET SIMAM, NAM POLEMON MINIMVS EX FRATRI-

lib.3.pag.
143.in 8.

tribus profugerat) Arrianus addit Attalum quartum fratrem : pro sima , simia dixit Arrianus. Hic autem Amyntas è suis clarissimus Andromene patre natus , magnus & illustris Alexandri prætor fuit , qui paullò antè concionem in Philotam incitarat lib.6.c.17. Causas porro , quibus Alexander ductus , Amyntam comprehendendi iussit , Arrianus vix unam aut alteram leuiter indicat , Curtius complures , qui & defensionem Amyntæ nobilem adiungit. Suspectum fecit primum Amyntam cum fratribus intima cum Philota familiaritas , qua magnos honorum gradus ascenderat. Deinde , literæ Olympiadis matris , quibus filium regem admonuit , ne salutem suam Amyntæ crederet , sed ab illo sibi diligenter caueret . Accedebat quod suspicionem magnopere augēbat , Amyntam pridie quā Philotæ scelus proderetur , cum illo in secreto fuisse , fratrem etiam Polemonem , dum Philotas torqueretur , profugisse , ipsumque factō ipso fugæ causam aperruisse . Nuper etiam Amyntam cum fratribus extra ordinem se ad regis latus applicuisse , ipsumque regem admiratum ad armigeros suos recessisse . Præterea , Amyntam Antiphani equitum scribæ petitosequos negasse , & superbè eidem , ambigueque respondisse . Postremò , insolentia verba in ipsum regem iactata , indices & testes esse conscientiæ & animi scelesti . Has suspicionum rationes & causas Amyntas veris rationibus constantissimè refellit , ac penitus diluit , sequē suosque omni suspicione exemit. Et locus hic insignis est , atque doctoribus auditoribusque eloquentiæ notandus quo docetur , quomodo causæ anceps & ambigua quæstio tractanda & expedienda sit.

S I N I H I L I N T E R E S T R E G I S) Si nihil demitur additurque regis auctoritati , dignitati , maiestati , quo habitu dicam , mea verò plurimum intersit , quo ore , vultu , cultuque respondeam , quod ex his notis conscientia quodammodo deprehendi possit ; cupio ergo corporis habitum bonæ conscientiæ & innocentiae respondere , atque ut animus ab sceleris cogitatione liberetur , ita corporis etiam cultus , vestis , arma , liberæ manus , adeoque armatae ut militem decet , animi statum repræsentent.

P R O S P E R V M) si absoluamur.

T R I S T I O R E M) si damnemur.

S I N E P R A E I V D I C I O D I C I M V S C A V S S A M) Ab nullo ante nec publicè , nec priuatim dannati , nullius sententia , contra quā Philotæ visuerunt , iugulati . Ex hoc etiam loco discas Amyntam nec à Dymno , nec à Nicomacho nominatum , ac proinde libro superiore nomen Amyntæ è coniuratis eximendum , vel cognominem aliquem intelligendum , complures enim fuere & Amyntæ .

F O R T V N A M T I M E R E D E S I N E M V S) cognitâ nostrâ innocentia & causâ explicata , argumentis dilutis , nihil erit , quod infælicem causæ euentum formidemus.

P E R M I T T A S M I H I I D P R I M U M D E F E N D E R E , Q V O D A T E V L T I M U M O B I E C T U M E S T) Ordinem & collationem rerum & locorum Cicero duplicum facit , alteram , quam adfert natura causarum , alteram quæ oratorum iudicio & prudentia comparatur . Hic Amyntas , ut non malus orator suo iudicio virus est , inuenio naturæ ordine primo ad ultimum respondet . Ultimum erat , quod insolentia & superba quedam verba in ipsum regem iactasset , quæ conscientiam & celestem animum propè certò demonstrarent . Nullam sibi Amyntas obiectam criminis speciem negat , sed vel ingeniosè defendit , vel causam facti adfert , non solum probabilem , sed propè evidentem & certam , quam etiam conscientia recta dictabat .

D E F E N D E R E) crimen obiectum depellere , sicut hostem defendere , vel ostendere in dicto vel facto nullum fuisse crimen .

D I C E R E M I A M P R I D E M V I C I S S E T E I N V I D I A M) Maiorem te inuidiâ dicerem , ut quem inuidia nullius amplius lacerare possit , omnes enim mortales virtutibus tuis regis multis partibus superasti , lolus quippe fortis & scelus inuidiam ferre & vincere potest . Sed vereor , ne , dum haec quamvis vera prædicem , adulari tibi potius , & atrocias , ut videntur , in te iactata verba adulatio ista mea eludere & e blandiri velle videar . Sed res ita habet . Quāvis multa sapientia & insolentia verba per indignationem effuderim , quod equidem non inficior , sed nullum tamen ex omnibus pertinuit vel ad regiam tuam maiestatem diminuendam , vel coniurationem ineundam . Verba autem eiusmodi fuere , quæ non mihi tantum , sed cuiusvis possint excidere , dum vel male habet , vel deficit in agmine , vel fatigatione debilitatus aeger iacet in tabernaculo , vel vulnera curat . Sed ista temporis , non animo sunt adscribenda . Amplificat haec elegantissimè sequentibus verbis Amyntas . nec opus illa quæ per se lucent , pluribus illustrare : nisi exemplis . Modestè Pyrrhus suorum subiectorum conuictia tulit , de quo Val. Max . Aeque mitis animus Pyrrhi regis , Audierat quodam Tarentinorum in coniuvio parum honoratum de se sermonem habuisse , acceritosque , qui ei interfuerant , percontabatur , an ea quæ ad aures eius peruenierant , dixissent . Tum ex his vnu : Nisi , inquit , vinum nobis defecisset , ista quæ tibi relata sunt , præt̄ ipsa quæ de te locuturi eramus , lusus ac iocus fuissent . Tam urbana crapula excusatio tamenque simplex veritatis confessio , iram regis conuertit in risum . Qua quidem clemencia & moderatione asscutus est , ut & sobrij sibi Tarentini gratias agerent , & ebrij bene precarentur .

V T I N A M P H I L O T A S Q V O Q V E I N T R A V E R B A P E C C A S S E T) Quæ tutam fortis peranimò per

Val. Max.
Lib. 5. c. 1.
p. 114.
Plutar. in Pyrrho.

EXPLANATIONES.

401

per totum sepiennium tulisti & contempsisti. At ille auctor coniurationis indicium oppressit, & ad facinus ipsum est progressus.

V T A D I D E R E V E R T A R) Acidalius, Emendandum, inquit, præuertar. Non redibat ad id, sed accede-
re iam primum volebat, quod esset potius. In hoc autem significatu receptum illud verbi lib. 6. Ad verum cri-
men & ad unum præuertendum mihi est. Sic enim ibi recte Modius, cum vulgo item reuertendum Co-
lumellæ exemplum ille dat: ubique obvia plura: & habe tamen hic etiam ista pauca. Tac. Annal. 2. Ied præ-
uerti ad Armenios instantior cura fuit. Plin. lib. 5. ep. 15. In infinitum epistolam extendam, si gaudio
meo indulgeam. Præuertor ad ea quæ me agentem hic nuntius deprehendit. Apuleius Apolog. Nunc
tempus est ad epistolas Pudentillæ præuerti.

Sed vetus scriptura meo quidem sensu in omnibus exemplaribus expressa, non videtur impro-
ba nec damnanda. recipit enim vox reuertar ordinem argumentorum, à quo Amyntas recesserat, &
primo ad ultimum respondit, & ab ultimo ad primum rediit.

P R O P T E R Q U O D R E I S V M V S) propter enim verba quædam asperiora iam diluta & defensa,
rei esse non possumus, quod nihil ad cædem, nihil ad maiestatem regis laudandam pertine-
rent.

A M I C I T I A M , Q V A E N O B I S C V M P H I L O T A F V I T) Regreditur ad primam obiectionem.
Hoc enim primum Amyntas crimen ab Alexandro obiectum fuit, quod ille confitendo, negat
crimen fuisse, causâque familiaritatis plures adserit, amicitiam ipsius regis, honores & dignitates,
quas per amicitiam Philotæ se adeptum fatetur. Denum argumentum concludit, si propterea
hostis sum regis, quod amicus suorum Philotæ, omnes amici Philotæ, regis hostes erunt. Plerique o-
mnes enim in amicitiam Philotæ se insinuarunt, ut per ipsum ad tuam amicitiam aspirarent. Ami-
citia Philotæ, inquit Acidalius, si crimen est, pauci tuorum extra crimen, in modo nemo. quippe idem in hac
causa, fuisse amicum eius & esse voluisse. Iam omnes idem esse eodem studio affectarunt. Ita si consciens ha-
bes, qui amici, & necesse est eosdem habetas & qui non amici. Et re & voluntate amici idem, si idem &
conseq̄, omnes ergo tui conseq̄. Variè sensum hunc efferre possis: in quo pulchra ingenij exercendi occasio. Vsi ea
nos sumus, & cum auctore velut certauimus, an rotundius possemus.

I N T V A V E R B A T V I O M N E S T E P R A E E V N T E I V R A V I M V S) Eundem morem Lacedæ-
monij seruarunt in sacramentis militaribus exigendis, vt docet Alexander Neapolitanus. De va-
rijs vero iurandi formulis, quas in militia Romani usurparunt, docet idem eodem loco & Lips.
dial. 6. de militia Romana, & Brilonius *æquè copiosè in formulis suis, Vegetius l. 2. c. 5. Stevve-*li. 4. pag.
chius ad eund. Vegetij locum.

I T A S I A C O N S C I I S A M I C O S N O N D I V I D I S) mens horum verborum (quæ subtilem & for-
tasse quibusdam obscurum videbuntur habere sensum) ista est: Affirmarat prioribus verbis, si pro
crimine iudicandum sit, siusque amicum Philotæ, nemo innocens erit, quia omnes voluerunt esse
ipsius amici, quamvis non omnes potuerint. Hoc confirmat iam sequentibus verbis: Ita, inquit A-
myntas, nisi a conscijs & coniuratis separaveris amicos, non poteris amicos separare ab ijs qui ami-
ci Philotæ esse voluerunt; idem enim crimen, esse amicum, & velle esse, quamvis non possis. Sicut ea-
dem virtus est, velle pro rege in prælio vel periculo regis occumbere, & occumbere. Itaque
nemo exors criminis erit, quod amici Philotæ fuerint, rei sint, omnes enim amici illius esse volue-
runt.

Q V O D I G I T V R C O N S C I E N T I A E A F F E R T V R I N D I C I V M ?) Cum ergo amicitia cū Philota
habita non sit indicium coniurationis, (nam alioquin nemo innocens foret,) oportet vt aliaz nota
& signa coniurationis proferantur. Hoc est, inquit Alexander, quod pridie quam coniuratio dete-
geretur, secreto Philotas solus cum solis Amynta & fratribus collocutus sit. Respondet
Amyntas hoc nihil noui fuisse, quod soluscum solo locutus sit, quotidie ferè id ante pro viu
& familiaritate factitatum, ac proinde nullum esse posse coniurationis indicium, cum colloquium
id esset propè quotidianum. consuetudo ergo ostendit nihil tum etiam singulare cogitatum, vel
consultum, vel meditatum.

E Q V O S A N T I P H A N I N O N D E D I M V S) Non respondet Amyntas ordine ad obiecta crimi-
na, sed pro iudicio & vnuuo, quod oratores solent & docent. Antiphantes, vt supra didicisti, scriba
equitum, πολυτράγονος & valde negotiosus, vt hoc genus hominum solet, iam octo equos Amyntas
abduxerat, ausus etiam reliquos duos impudentius petere, quem Amyntas pro meritis exceptit, & ab-
egit. Hoc questus & dolens Antiphantes, conatus est Amyntam etiam in familiâ coniurationis inqui-
nare, à se egregie purgavit.

S E M E T I P S V M , Q V O D E O S D E S I D E R A R I T , P V R C A R E N O N P O T E R I T) Quamobrem?
quia si ego retinendo equos suspectus fui, quasi voluerim equis effugere supplicium, suspectus erit
etiam Antiphantes eos eodem die petendo, perinde quasi & ipse voluerit indictum effugiendo de-
clinare. eadem enim vtriusque causa est, si quos respiciamus & tempus.

P. 37.

Auctor ve-
terem scri-
pturam
probat.

pag. 87.

339.

Regula Iu- NISI QVOD MELIOR EST CAVSSA SVVM NON TRADENTIS , QVAM POSCENTIS A-
tis 95. **Reg. 54.** **b i e n v m)** Ita leges iuris tradunt: In pari delicto vel caussa, potior est conditio possidetis: Et, Qui prior est
tempore, potior est iure.

L I B E R I H O M I N I S A N I M O L O G V T V M) Cum Antiphanes me tanquam mancipium tracta-
ret, & ducem copiarum, ex equite omnino peditem conaretur efficere, meritò effebui.

H V C E N I M M A L O R V M V E N T V M E S T) vt simileadem responsione duobus cogar satisface-
re, & tibi rex, & Antiphani.

A T H E R C U L E M A T E R D E N O B I S I N I M I C I S T I B I S C R I P S I T) Ad secundum argumen-
tum respondet, quod graue videbatur de accusatione matris, ita eleutatum ab Amynta, ut penitus
euansceret, dum ostendit Olympiadem inaneas figuram imaginatam, variaque metus species nec-
quicquam animo concepisse.

O M I S E R A M C O N D I T I O N E M) Inter sacrum & saxum habuit hic Amyntas dubius, vtrum
taceret, an responderet de literis Olympiadis matris, veritus, ne defendendo se, laederet filium ac-
cusatorem suum: tacendo reum se fateretur. Sed & hic eluctatus, posthabita matre, caussam suam
apud filium fauenter egit.

1.4.c.19.

C U M M E A D P E R D . E X M A C . M I L I T E S M I T T E R E S) Hoc resert supra Curtius: qui Alexan-
der Aegyptum adire festinans Amyntam cum decem triremis in Macedoniam ad inquisitionem nouo-
rum militum misit.

N E Q U E M P R A E T E R T E I N T V E R E R) vt non curarem indignationem matris, dum ex ip-
suis aedibus abstraherem egregios magnaque spei iuvenes.

H E C A T A E V M) Non arbitror hunc esse Hecataeum, a quo Diodorus ait Attalum intersectum;
sed fortasse illius filium, Gorgia & Gorgata nulla alibi mentio.

lib.17.p.539.

P E R D V X I) Hoc narravit supra lib. 5. c. 6. quem tute locum cum hoc compones, & numerose-
quitum vel hic, vel ibi, vel utrobius emendabis. H. c enim equites 100 ex Macedonibus, ibi 13
duntaxat recentlet. Siculus numerum 15 probat: Itaque numerus lib. 11. positus iustus erit. nam ita Si-
cucus: τὸ δὲ βασιλέως ἀνάστασιν Θεοῦ ἐκ τῆς Βαβυλῶνος κατὰ τὸν πορειῶν ὄντος θρόνου πρὸς αὐτὸν παρὰ μὲν
Αντιφάτρης πεμφθέντες ἵπποις μὲν μαχεδόνες πεντακόσιοι. πεζοὶ δὲ ἔξαρχοις μὲν ἔξαρχοί-
σιοι, τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι καταχόσιοι: ἐκ δὲ πελοποννήσου πεζοὶ μὲν τετρακισχίλιοι, ἵπποις δὲ βραχὺλειπόντες
τῶν χιλίων. ἐκ δὲ τῆς μαχεδονίας τῶν φιλωρέων εἰσιλέως ψοί πεντήκοντα. πρὸς τὴν σωματοφύλακαν ἵπποτῶν
πατέρων ἀπεσαλμένοι. Iamque promotis Babylone castris in itinere rex erat: cum 100. ex Macedonia equites,
& VI. CIC. peditem, adhac 100. equitum ē Thracia, & Tralliensum CIC. CIC. IO, ē Peloponneso insuper
CIC. CIC. CIC. CIC. peditem, ac CIC. fermè equites, ab Antipatro in supplementum misi, aduenere. Hos L:
amicorum regis ē Macedonia filij ad custodiā regij corporis destinati, comitabantur.

Q V I D I N I Q V I V S) firmum hoc argumentum contra matrem pro filio, int̄o pro Amynta. si
tibi non paruisse, per ijssem: pereundum ergo quia parui? quid faciendum fuit? ita suspiciozæ ma-
tris literæ dilutæ & deleteræ.

lib.3. pag.
143. in 8. p.
72. in f.

D U M H A E C A M Y N T A S A C I T) respondendum erat deinceps Amyntæ ad obiectionem de
fuga fratris Polemonis, quod fieri non poterat, nisi in præsentia fratris; quicquid enim dicturus
erat illo absente, fictum credi poterat. Itaque calus succurrit Amyntæ, vt, eodem tempore quo
agebat causam, ab insequentibus frater reduceretur. Existimo tamen in actione Amyntam polli-
citum se, si sibi fieret potestas, reducturum fratrem, vt ex præsente quoque omnium innocentia
cognosci posset. certè factam illi, sed iam abololuta, potestatem testatur Arrianus, cuius verba adcri-
bam quia pauca sunt, & totam hanc Curtij narrationem affirmant: Ferunt quoque eodem tempore
etiam Amyntam Andromeni in iudicium vocatum, & cum eo Polemonem, Attalum, Simianque A-
myntæ fratres: tanquam & ipsi insidiarum aduersus Alexandrum conscijs fuissent, ob fidem & amicitiam,
quam cum Philota coluerant. Hoc etiam insidiarum suspicionem verisimiliorē apud multitudinem efficit,
quod Polemon, unus ex Amyntæ fratribus, Philota comprehenso ad hostes profugerat. At quum Amyntas
cum fratribus actionem publicam sustinuisse, causamque suam strenue apud Macedones dixisset, ab ea
criminazione absolutus est: statimque post absolutionem in concilio factam, potestatem sibi fieri petiit eundi
ad fraitem, vt eum ad Alexandrum reduceret, quod quum à Macedonibus illi concessum esset, abiit, eodem
que die Polemonem redixit. Ex eō multo quam ante manifestius apparuit, Amyntam extra culpam fuisse.
Ceterum paulo post pagum quendam oppugnans, sagitta ictus ex eo vulnera interiit: adeo vt nihil illi ex-
ea absolutione accesserit, præterquam quod vir bonus habitus interierit.

P O L E M O N E M) vti ritè pronuncies hanc vocem, dicas in recto Polemon media breui, in ob-
liquis proxima ab ultima longa Polemonis Polemoni, Polemona vti scriptura Græca (non græcus
accentus) docet, Πολέμων, Πολέμων, Πολέμων, Πολέμων. Et ferè hæc Græcorum & Latinorum con-
suetudo est, nisi èum positio intercedit, vt Cicero Ciceronis, Pollio, Corbulo, Euphorio, Hephaestion Hephaestionis, & his similis lexcenta. Ab his tamen excipias Geyon, Alcyon, Lycophron. Et contrà quando media syllaba in recto est longa, proxima ante ultimā est breuis, vt Pandion Pandionis, Arion Arionis, Hyperion, Philemon, Actæo, Lacedemō, Iason, Palemon, & his paria. Plura de
hoc genere nominum cognoscēs in proloquia anno CIC. 100. xxiv. Dilingē edita, vbi & de gen-
ti li-

EXPLANATIONES.

103

tilibus & dissyllabis leges de incremento, O. p. 34. 35. 36. sed hæc Grammaticis relinquenda: nos nostra canamus.

SAXA IN EVM TACERET.) Nihil est furiosius & inconstantius vel populo, vel milite in omni re nimio, quod in Romana, barbara & Græca historia paſsim cognoscitur. Ecce, à cuius iam lapidatione & græ inhibitus est, mox lacrymis prosequitur, & vitam orat: adeo

Scinditur insanum studia in contraria vulgus.

Exemplum Seianus esto apud populum Romanum, de quo ita nobilissimus Satyricorum Iuuenalis Sat. 10.

*Iam strident ignes, iam follibus, atque caminis
 Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
 Seianus: deinde ex facie toto orbe secunda
 Fiunt vrceoli, pelues, sartago, patella,
 Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum,
 Cretatusq; bouem; Seianus dicitur vncus
 Spectandus: gaudent omnes, que labra, quis illi
 Vultus erat nunquam, siquid mibi credis, amavi
 Hunc hominem. Sed quo cecidit sub criminis? quis nam
 Delator? quibus indicijs, quo teste probauit?
 Nil horum: verbosa & grandis epistola venit
 A Capreis, bene habet, nil plus interrogo. Sed quid
 Turba & Remi: sequitur fortunam ut semper, & odit
 Damnatos, idem populus si * Northia Thusco
 Fauisset, si oppressa foret secura senectus
 Principis, hac ipsa Seianum diceret hora*

P. 61. v. 61.

Augustum. —

* Fremens

* Nurscia.

Ita Philotam occidit concio militaris, & mox occisum desiderauit. Sed tam simile huic factum extat apud Tacitum, ut ouum ouo similium iudicari non possit. Autenticum Heluetiorum in exercitu periculo erat, legati, permisla Cecinæ, ad Vitellium in castra venerunt, ut pro ciuiis & urbe deprecarentur: miles tela ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem, inquit Tacitus, lib. i. hist. minus ac verbis temperabat: cum Claudius Cossus unus ex legatis, non a facundia, sed dicendi artem apta trepidatione occultans, atque eo validior, militis animum mitigauit: ut mos est vulgo mutabili subitis, & tam prona in misericordiam, quam immodicum sauitia fuerat. effusis lacrymis, & meliora constantius postulando, impunitatem salutemq; ciuitati impetravere.

PRO EO ESSET QVOD MAXIME LAESERAT.) Fuga suspectum coniurationis & ipsum & fratres fecerat, cuius caulla intellecta, & ipsum, & fratres abstulit.

ALIENVS TERROR ABSTULERAT.) Philotæ torti rumor & equitum allorum fortasse considorum trepidatio & fuga fecit, ut ex stimaret Polemon, quod Philotæ familiaris suisset, et iam se ad supplicia rapsum iri.

IS TVM FLERE COEPIT.) Tragica hæc Polemonis actio & lacrymæ, non pro se, sed fratribus fusæ, oris lanena, & lamentabilis oratio omnium militum animos, adeoque ipsius regis constantiam flexit, & frexit.

QVO ET VNDE FVGIEBAS?) Ad hostes ab amicis, defensor tuorum, comes reorum, effecisti, ut ex reo accusator fierem.

PECCASSE FATEBAT VR.) Hæc confessio salutis & ipsi, & fratribus suis, omniumque animos etiam regis & ipsi & fratribus reconciliauit. Atqui hæc omnia luculenter Curtius tractauit, in quibus tam ieiunos Plutarchum, Siculum, & Arrianum, & omnes Græcos miror. Hic sanè Curtius ostendit se maximum omnium propœtororum.

VOS MALO BENEFICII MEI OBLIVISCI, QVAM PERICVLI MEMINISSE.) Erat ut, & sapienter. Reuoca ea, que Craterus supra dixerat. *Suasissimus, si Philota velles ignorare, patere* lib. 6. c. 15. *potius ignorare eum quantum tibi deberet, quam vsque ad mortis metum adductum cogeres* sapius de periculo suo, quam de tuo cogitare beneficio. *Quedam beneficia odimus: superest, ut malit videri iniuriam accipisse, quam vitam.* Nemo salutem animo aequo alicui debet suam. Pulchrum, inquit Acidalius, at difficile istud. Libro autem 6. simillimu huic locus: *suasissimus, si Philota velles ignorare, patere potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam vsque ad mortis metum adductum cogeres* (hoc enim verbum statuo propositum est vulgariter iterum inferendum) sapius de periculo suo, quam de tuo cogitare beneficio. Et egregie hæc ibidem deducuntur: in quibus ista potissima ratio. *Quedam beneficia odimus: meruisse morte in confiteri pudet.* Quibus ipsis pulchre Seneca succinit, Medea:

Ingrata vita est, cuius acceptæ pudet.

Nec ab ludit tragœdus alter, si idem non est, Oedipo

----- Quisquis in culpa fuit

Dix

Dimitus odit.

Verum quid possum ego melius, quam si Plutarchi similem quandam in re simili locum adscripsero, quem tu quid posis iucundius, quam si contenderas ad hunc Curtianum? κελεύσας (δόθηρ) Μάριον Κέλσον ἀχθόνας πρὸς τὸν ποταμὸν καὶ διελέχθη φιλανθρώπως, καὶ παρεκέλεσε τὴν αὔραν επιλαβεῖσαν μᾶλλον, ἢ τῆς ἀφέσεως μημονεύειν. Ex eo Curtianum quātilla mutatione interpreteris? ὑμᾶς θεούς, παραγαλῶ τῆς ἐνεργείας ἡμῶν ἐπιλαβεῖσαν μᾶλλον ἢ τῆς κατὰ γένος ὑμετέρας μημονεύειν.

Hoc ergo est, quod hic Alexander dicit; malo vos beneficij mei obliuisci, quod contuli, cum vos absoluī, & vita donāui, quam vestri periculi, quod in causa dicenda adiūstis, meminisse.

DISSIMULATIO MEA SUSPECTA HABERI POTUSET) Modius suspectari ex Palmerij iudicio rescripsit, verbo proflus à Curtij genio alieno. Melius vulgaris habuisset, suspecta esse potuisse, sed optimè suspecta haberi. nisi quod in Constantiensi codice (vti Matthæus Klokius enotauit, & ad me misit) legatur suppurrare potuisse, quam Klokius scripturam omnibus anteponit: ita Sene-cam * locutum, ita alios scriptores, quod equidem lubens agnolco, sed de Curtij calamo vchementer dubito. fateor interim non ineptè ponī hanc vocem, & in Constantiensi MS. ita legi: sed minus ad Curtij gustum.

Curtius li. 7. cap. i. *MIHIC RECONCILIATI ANIMI PIGNVS* si fratri ignoueris, cogitabo te mihi quoque ex animo reconciliatum, nihilque de periculo tuo deinceps cogitaturum. Absolutus est ergo Amyntas cum fratribus, priusquam ad omnia argumenta responderet. Nam ad illa Alexandri verba: (Nuper prater consuetudinem officij specie, amotis longius ceteris, admouisse semetipso lateri nulla probabilita causa seque mirantem, quod vice non sua tali fungerentur officio, & ipsa trepidatione eorum perterritum. strenue ad armigeros, qui proxime sequabantur, recessisse) nihil respondit Amyntas. Quod ipse rex opinor ex dilutis prioribus & grauioribus iudicarit reuerā non fuisse fictam officij speciem, cum vice non sua cingerent latus ipsius, sed verum officium ex vero amore & honore profectum.

Demiror verò, quid Iustino & Orosio fuerit in mentem, cum scripsere ille in xii. hic in iii. c. 18. Amyntam consobrinum interfectum, cum interim Alexandrum Lyncestēm omittant, cui succidaneam hostiam substituunt Amyntam, cum Amyntas Curtio & Arriano testibus, fuerit absolutus, Plutarchus, & Diodorus nullam Amyntæ faciant mentionem: sed huiusmodi labes Iustinus plures contraxit.

CAPVT III.

ARGVMEN TVM.

Polydamas mittitur ad occidendum Parmenionem, tumultus à cæde compositus. Parmenionis studiosi separantur.



Oncione deinde dimissa, Polydamantem vocari iubet. Longè acceptissimus Parmenionerat, proximus lateri in acie stare solitus, & quam- quam conscientia fretus in regiam venerat, tamen ut iussus est fratres suos exhibere, admodum iuvenes & regi ignotos ob etatem, fiducia in sollicitudinem versa, trepidare cepit, sèpius quæ nocere possent, quam quibus fideret reputans. Iam armigeri quibus imperatum erat, produxerant eos, cum ex sanguinem metu Polydamanta proprius accedere iubet: submotisque omnibus. Scelere, inquit, Parmenionis omnes pariter appetiti sumus, maxime ego at tu, quos amicitia specie fecellit, ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuae credam te ministro uti statui). Obsides dum hoc per agis, erunt fratres tui. Proficiere in Medianam, & ad praefectos meos literas scriptas manu mea perfecit, velocitate opus est, qua celeritatem famæ antecedas. Noctu peruenire illuc te volo, postero die quæ scripta erunt, exequi. Ad Parmenionem quoque epistolas feres, unam à me, alteram Philota nomine scriptam, signum annuli eius in mea potestate est, saperet crederet à filio impressum, cum te videbit, nihil metuet. Polydamas tanto liberatus metu, impensis etiam quam exigebatur, promittit operam: collaudatusque & promissis oneratus, deposita veste quam habebat, Arabica induitur. Duo Arabes, quorum interim coniuges ac liberis, vinculum fidei, obsides apud regem erant, dati comites: Per desertâ etiam obsecritatem loca camelis XI. die quo destinauerat,

per-

peruenit. Et priusquam ipsius nunciaretur aduentus, rursus vestem Macedonicam sumit, & in tabernaculum Cleandri (prator hic regius erat) quartu vigilia peruenit. Reddis deinde literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem coire. Namque ceteri quoque quibus literas regis attulerat, ad eum venturi erant. Iam Parmenioni Polydamanta venisse nūciatum erat, qui dum latatur aduentum amici, simulq; noscendi quæ rex ageret, audius (quippe longo interculo nullam ab eo epistolam acceperat) Polydamanta requiri iubet. Diuersoria regionis illius magnos recessus habent, amnosq; nemoribus manu consitis. ea pricipue regum satrapumq; voluptas erat. Spatiabatur in nemore Parmenion medios inter duces quibus erat imperium literis regis, ut occiderent. Agende autem rei constituerant tempus, cum Parmenion à Polydamante literas traditas legere cœpisset. Polydamas procul veniens, ut à Parmenione conspectus est, vultu latitiae speciem preferente ad complectendum eum cucurrit: mutuaq; gratulatione funeti, Polydamas epistolam à rege scriptam ei tradidit: Parmenion vinculum epistola soluens, quidnam rex ageret requirebat. Ille, ex ipsis literis cognitum esse respondit. Quibus Parmenion lectis; rex, inquit, expeditionem parat in Arachosios: strenuum hominem & nunquam cessantem. Sed tempus salutis sua tanta iam parta gloria parceret. Alteram deinde epistolam pilotæ nomine scriptam latet, quod ex vultu notari poterat, tegebat. Tum eius latus gladio haurit Cleander, deinde iugulum ferit, ceteri exanimem quoque confodiunt. Et armigeri qui ad aditum nemoris adstiterant, cognita cæde cuius causa ignorabatur in castra perueniunt, & tumultuo nuncio milites concitant. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, cœunt, & ni Polydamas, ceteriq; eiusdem noxie participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros denuntiant, omniumq; sanguine duci parenturos. Cleander primores eorum intromuti iubet, literasq; regis scriptas ad milites recitat, quibus insidia Parmenionis in regem, precesq; ut ipsum vindicarent, coniabantur. Igitur cognita regis voluntate non quidem indignatio, sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus paucis remanserunt, qui saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent, preabantur. Dissid negatum est Cleandi metu, ne offenderet regem. pertinaciū deinde pergentibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso, truncum humare permisit. ad regem caput missum est. Hic exitus Parmenionis fuit, militia domiq; clari viri. Multa sine rege prospere rex sine illo nihil magnarei gesserat. Felicissimo regi & omnia ad fortuna sua exigendi modis satisfecit. LXX. natus annos iuuenis, ducis, & sapè etiam gregarij militis munia explicuit: acer consilio, manu strenuus, charus principibus, vulgo militum acceptior. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem, ant tantum suspectū fecerint, ambigi potest, quia pilotas ultimis cruciatibus victus, verane dixerit, quæ factio probari non poterant, an falsi tormentorum petierit finem, re quoque recenti, cùm magis posset liquere, dubitatum est. Alexander quos liberè mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separando a cetero exercituratus, in viam cohortem secrevit, ducemq; his Leonidam dedit, & ipsum Parmenionem quondam intima familiaritate coniunctum. Fere idem erant, quos aliqui rex habuerat iuuios. Nam cùm experiri vellet militum animos, admonuit qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, ijs, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide, traderet. simpliciter ad necessarios suos quaque scripserat quæ sentiebat. alij grauis erat, plerisq; non ingratia militia. Ita & agentium gratias & querentium literæ exceptæ sunt. (Et qui forte tandem laboris per literas erant questi) hanc seorsum cohortem a ceteris tendere ignominia causa iubet, fortitudine viri in bello, libertatem lingue ab auribus credulis remoturus, & consilium temerarium forsitan (quippe fortissimi iuuenes contumelia irritati erant) sicut omnia alia, felicitas regis excepit. Nihil illis ad bella promptius fuit. Incitabat virtutem & ignominia demenda cupido, & quia fortia facta in pacis latere non poterant.

POLYDAMANTA.) Vnus Arrianus præter Curtium huius Polydamantis mentionem facit. Causam, quæ ductus Alexander Polydamantem ad tollendū è medio Parmenionem misit, ipse rex aperit, quod Parmenioni familiarissimus esset, nec ullo modo suspectus, quo factum est, ut inexpectato eius aduentu nihil terretur senex, nec sibi caueret, nec insidias declinaret, quod alioqui facilimum erat.

QVAM QVI BVS FIDERET.) Mira codicum varietas, & nullus propè consentus Hadrianus Iunius edidit illuderetur, & ante Ionium Erasmus Constantiensis MS. præfert eluderetur. Modius aut legendum, inquit, elueret, aut certè, quibus eluderet, nam vulgata illa, eluderetur & illuderetur, quicquid

Quid Glareanus cum Huttero suo deliret, ferri non debent. Hoc enim vult dicere Curtius: magis ea agit animo Polydamantia, quibus siue dictis, siue factis regem aut laesisset, aut in lae maiestatis suspicionem venire potuisset; quam illa quibus hac diluit & excusari solent. Mihi nec Medianum eluere nec eludere, nec Eramianum illuderetur, nec Glareanianum eluderetur latissimam placet; sed Acidalianum fideret, quod prorsus ad rem est. Sapient, inquit Curtius, quae nocere possent, quam quibus fideret, reputans: quae nocere? familiaritas Philotæ, dicta temere olim vel prolatæ, & ad regem delata, vel facta quedam, quæ in suspicionem cadere possent, quam bona conscientia, quam sola niteretur, & fortassis pro illuderetur legendum erat niteretur, quod nunc occurrit, & perinde ad rem facit ac fideret.

ET REGI IGNOTOS OB ETATAM.) Malim verba commutare, & regi ob etatem ignotos, dicere.

EGO AC TV.) De rege quidem poterat esse res suspecta propter Philotam; sed quomodo Polydamas appetitus sit vel scelere, vel insidijs Parmenionis, non constat. an fixit Alexander?

PRAEFFECTOS MEOS.) Cleander hic erat, & Sitalces, & Agatho, & Eracon, quos postea ut est in libri 10. cap. 1. secutatos, Alexander sauentibus omnibus occidit.

MANV MEA.) Obserua, manu mea dixit eleganter Curtius, quod vulgo manu propria. Ita Cicero, & alij principes Latij sunt locuti.

CELERITATEM FAMAE.) Mortem filij nunciaturæ.

NIHIL MET VET.) Ab insidijs; nihil habebit suspectum te familiarissimo suo conpectu.

DEPOSITA VESTE.) Macedonica, seu Macedonia, quod alij laudant, perinde est; Arabica & Macedonica, si Grammaticam spectes.

CAMELIS UNDECIMO DIE, QVO DESTINARAT, PERVENIT.) Iter erat triginta aut quadraginta dierum, vti dimensus est Strabo, quod Polydamas amne xi. diebus emensus est. De tremenda camelorum velocitate suprà dictum.

QVARTA VIGILIA.) Duabus, aut tribus horis ante lucem.

LONGO INTERVALLO.) Temporis vastaque locorum intercapedine seunctus.

DIVERSORIA REGIONIS.) Præteritum Ecbatanis urbe regia & sede regum per etatem, de qua multa Herodotus a in Clio alibi suprà laudata.

CVM LITERAS LEGERE COEPISSET.) Opportunissimum cædi, ab exercitu seunctum, prima luce, cum miles adhuc in castris quiesceret, dum oculis in literas intentis non animaduerteret, a quo ferrum stringeretur, & figeretur. Ita alij periere, Vitalianus apud Iulium Capitolinum in tribus Gordianis, dum signum literarum inspiceret, & nostra etate Henricus III. Rex Gallie; & Guilelmus Nassouius Mauriti pater, & Georgius Cardinalis, quem Natalis comes Georgium Monachum appellat, tutor Vngariae & Transiluaniae.

VVLTV LAETITIAE SPECIEM PRAE SE FERENTE.) Quo insidiosum & infestum animalm celabat. Frons oculi, vultus persæpe mentiuntur.

AD COMPLECTENDVM EVM CVCVRIT.) Tales complexus & oscula leges de Ioabo, & Iuda proditore & sacrilego parricida Christi. 2. Reg. 20. Matth. 26.

VINCULVM EPISTOLAE SOLVENT.) Duo clausam custodiebant epistolam, signum & linum seu vinculum. Signum erat anulo impressum ceræ, vt hodie, vel creta; imago familie, vel, quam sibi quisque deligebat: alij Sphingem, vt Augustus, qui postea Alexandri M. imagine decubatur, ac demum sua; alij vultus & ora, vel sua, vel maiorum; alij alia, vt hodie gentilitia plerunque; vt principes Boiorum Rhombos & Leones, alij dracones, aquilas, seruos, canes, lilia imprimentur. Sacrae familie suorum plerunque Diuorum imaginibus gloriabantur, Societas nostra nomine Iesu insignis est. De cera notum; de creta apud Ciceronem 4. in Verrem: signum iste animaduertit in cretula, & pro Flacco Asiaticam ceram leges. Hodie panis crustula, que artupta coquuntur, minio tincta pro cera & creta passim exhibentur. Vinculum literarum Cicero & alij, linum appellant. Catil. 3. Tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur data. Primum ostendimus Cethego; signum cognovit: nos linum incidimus, legimus.

Rote obs.
Lat. Plautus:

Cedo tunc ram at linum, age, obliga, ob signacitd.

PHILOTAE NOMINE SCRIPTAM.) manu non potuit, nisi iimitatrice, quod factum arbitror.

LAETVS.) Analiquid de arcanis, & ad consilia tecta ambiguae de industria insertum, vt explaretur affectus?

CLEANDER.) Multa huius parricidæ apud Curtium mentio lib. 3. ipso initio, lib. 4. cap. 10. & hic infra.

10. Aeneid. LATVS GLADIO HAVRIT.) Eleganter hoc cum Virgilio, & alijs.

— Hunc gladio perq. area scuta

Pertunicam squalentem auro, latu haurit apertum.

AD ADITVM.) Dubites extra vel intra nemus, & murum steterint. Iudico intra: quomodo enim cædem exclusi cognouissent?

IN CASTRA PERVENIVNT.) Erant in castris Parmenionis sex millia Macedonum, &c. c. nobiles, quinque millia Græcorum, equites 100. robur exercitus Alexandri.

MVRVM EVERSVROS DENVNCIANT.) Hinc amor & studium militum in suum ducem apparet; apud quos si purgare se Parmenio potuisset, nunquam cælus esset.

HIC EXITVS PARMENTONIS FVIT.) Hunc lamentabilem finem ærumnosissimus senex, sed maximus princeps, Philippoque carissimus & Alexandro fidissimus, lortitus est; cui suprà laudatum noble & æternum Curtius elogium condidit: quem iure & regno & imperio dignorem ipso Alexander dixeris. Indicta causa, contra Macedonum mores, & leges, &, vt plerique existimant, innocens crudeliter contrucidatus est. Quid de hoc sentiat Arrianus accipe, sed interpretis verba, quia lib. 3. pa. 72. compluſcula lunt: Ad Parmenionem vero missum Polydamenta, vnum ex amicis, literas ab Alexandro ad duces exercitus, qui in Media erant, ferentem. Hi erant Cleander, Sitalces, & Menidas, qui quidem in exercitu, cui præstat Parmenio, duces erant constituti, & ab his Parmenionem interfectum: siue, quod haud verisimile videretur Alexandro, quum Philotas sibi insidias struxisset, Parmenionem patrem eius consilii ignarum fuisse: siue, vt maximè conscius non esset, quod periculoso videretur illum, interfecto filio, superesse: præcipue quum tanta esset autoritas tum apud Alexandrum, tum apud vniuersum exercitum non solum Macedonum, verum etiam exterorum, cuius sapientia magna parti, interdum etiam maiori, iussu Alexandri, summa cum gratia & laude praefuerat. Plutarchus breuiter: Necato Philotas, Parmenionem quoque in Alexan- certos misit in Medianam, qui interficerent virum, qui magnificas res cum Philippo gesserat, solusq; aut præ- pag. pud ex veteribus amicis, ad transiundam in Asiam incitauerat Alexandrum. Ex tribus filiis, quos in castris 693. in f. habuit, duos ante viderat defunctos, cum tertio est vna trucidatus. Hac facta Alexandrum amicis reddiderunt formidabilem, in primis Antipatru. Is ad Aetolos clam misit legatos, fidem dans & atticiens.

Ego sanè facile conijcio hinc primam ab Antipatro cogitationem interficiendi Alexandri suscep- ptam, postea varijs occasionibus auctam, vt videbimus. Diodorus factum tantum, paucis adiectis, narrat his verbis: Per Dromedarios inde Camelos quosdam misit Alexander, quorum operam anam de lib. 17. p. Philotas supplicio anteueriens, Parmenionem, insidiosè circumuentum, nec auit. Mediais praefectus erat, re- 551. verbi vlt. gisq; thesauros, qui centum & LXXX. millia talentum continebant, fidei sua concretos habebat. Themisti- stius oratione 5. Clitum ante Parmenionem interfectum contra omnium historicorum fidem, tradit.

ALEXANDER QVOS LIBERE MORTEM PARMENTONIS CONQUESTOS ESSE COMPERERAT.) Maximos animorum motus in milite Parmenionis ob cœsum ducem suum præter Curtium docet etiam Iustinus: Fremere itaque omnes vniuersis castris cœpere, immoxij senis, filiij, casum miserantes; inter dum se quoque non debere melius sperare dicentes. Quo cum nunciata Alexandro essent, verens ne hoc opinio etiam in Macedoniam diuulgaretur, & ne Victoria gloria & aurio maculâ infuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victoria nuncios missurum. Hoc atque milites suis scribere, variorem habitueros occasionem, propter militiam remotiorem. Datos fasces epistolarum tacite ad se deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, in unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in ultimis terris in colonias distributurus.

Siculus: Sub hac à Macedonum exercitu secreuit eos, qui voces in regem asperiores emisissent, nec emig. pag. 552: Parmenionis indignè ferrent: & qui datis in Macedoniam literis de rebus ad regem spectantibus, quedam non satis aqua ad suos prescripsissent. Hos in unam cohortem, quam extraordinariam nominabat, separatos collegit, ne vocibus intempestiuos, & immoderata sermonis libertate reliquam Macedonum turbam simul corrumperent.

DUCEM QVE HIS LEONIDAM DEDIT.) Leonidas hic non est, qui paedagogus olim Alexandri fuit, sed planè diuersus ab illo, ac tantum cognominis: alter nunquam patria excelsit, ad quem Alexander Arabia potitus transmisit magnam thuris copiam, vt liberalius dijs adoleret, quod olim in Alexandro reprehenderat; dixeratque, vt tum plus thuris foculo inijceret, cum Arabia potius esset.

ET QVI FORTÈ TÆDIVM LABORIS PER LITERAS ERANT QUESTI.) Hæc verba cum Accidio reor è glossa irreprobis, prorsusque expungenda. Atque vt rem probè intelligas, ita locum hunc totum expono. Alexander volebat luorum militum animos explorare, vt quibus grauis, & quibus grata militia esset, cognosceret. Ad hanc rem in castris promulgauit, utros in Macedoniam, qui literas suas perferrent, si qui in patriam vellent scribere, suas quoque regis nuncijs traderent, omnes cum fide perlatum iri. Scriptere singuli pro animi sensu quod libebat; quelli alij de diurna militia, alij volentes libentes castra sequebantur. Illos quirantes à reliquo exercitu seiuixit, quorum maximæ erat cōpia qui mortem Parmenionis liberius conquesti erant: quos & seorsim ignominiae causa, tendere iussit, quam fortibus deinceps factis in bello eluerent. Itaque illa Curtij verba Ferè idem erant. Vtque ad illa: hanc seorsim cohortem, expunctis illis. Et qui forte tædium laboris per literas erant questi, quasi parenthesi intercepta, legenda sunt. Non induxi tamen in editione, quod quo modo ferenda videbantur, cum sententiae non aduersarentur.

IGNOMINIAE DEMENDAE CVPIDO.) Nam ignominiam plus horret foris, quam necem. Nobile huius paradigmæ est apud Agathiam l. 1. de Fulcere: Cum vero ei etiam sit adhuc integrum esset quam facilis

facillimè fugam capessere, siq[ue] ut ita faceret, hortarentur. Et quo pacto, inquit, Narsetis linguam sustinuerim, temeritatem me insimularem? Coniurium iaque, vti videtur, magis, quam gladium extimescens manxit, & quam diutissimè restitit, neque destitit pugnare, donec circumfusa hostium multitudine, multiq[ue] iaculis pectora exceptis, securi etiam capiti impacta, & iam cum morte conflictans pronus in scutum concidit. Non absimile est de Iuda Machabæo in literis sacris.

C A P V T III.

A R G V M E N T V M.

Euergetas laudat Curtius, Rex Satibarzanem proditorem persequitur. Euergetis pecuniam donat. Arachosios subigit. Parmenionis exercitum recipit.



Is ita compositis Alexander Arianorum satrape constituto iter pronunciari iubet in Ariaspes, quos iam tunc mutato nomine Euergetas appellabant, ex quo frigore viciusq[ue] penuria Cyri exercitum effectum, sectis & commeatis inuerant. Quintus dies erat, ut in regionem peruenerat: cognoscit Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equum manu irrupisse rursus in Arios. Itaque Caranum, & Erigum cum Artabazo & Andronico & vi. milibus Græcorum peditum, 100. equites sequebantur. Ipse LX. diebus gentem Euergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donatam. Relicto deinde qui ipsi præcesset Amenide (scriba is Darij fuerat) Arachosios quorum regio ad ponticum mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat occupauit. vi. milia Macedonum erant & CC. nobiles, v. milia Græcorum cum equitibus 100. haud dubie robur omnium virium regis. Arachosios datus Memnon prætor quatuor milibus peditum & 100. equitibus in praedium relitus.

lib. 6. c. 12.

lib. 7. c. 8.

lib. 6. c. 23.

* Artaco-

anna, Arti-

canda.

lib. 6. c. 25.

ARIANORVM SATRAPE CONSTITVTO.) Quos hic Arianos vocat, supra & infrà Arianos appellat, quibus Satibarzanem prætorem seu Satrapen dederat, qui à Beslo ad Alexandrum defecerat, & rurum ab Alexandre ad Beslum, de quo mox infrà copiosius cap. 8. Plinius etiam Arianam regionem nominat, & describit: *Arianaregio ambusta feruoribus, desertuq[ue] circumdata, multa tamen interfusa opacitate: cultores congregat circa duos maximè fluvios, Tonderon seu Tomberon & Araspes oppidum * Artaccana. Arius amnis, qui præterfluit Alexandriam ab Alexandre conditam. patet oppidum stadia 30. multoq[ue] pulchrius, sicut antiquius, Artacobane, iterum ab Antiocho munitum stadijs 50. Ne quid tamendit simulcm, Plinius diuersos facit Arianos ab Arijs, quos eodem facere videtur Curtius Parthia, inquit Plinius, habet ab ortu Arios, à meridie Carmaniam & Arianos. Strabo 15. Eorum quæ propter Indum sunt partem habent Indi, sūm prius essent Persarum: ea Alexander Arianis ademit, & peculiaria oppida constituit. Idem distinguit Arios ab Arianis. Arianam fusè describit. Certè Arianis si diuersi fuere, non procul tamen ab Arijs coluere, Asiaticæ gentes & Indis proximæ. Mela Arium & Arienos vocat c. 1. Inde proxima est Ariene, deinde Aria, & Gedrosia & Persis ad sinum Persicum. Solinus etiam Arios & Arianos vicinos facit, vbi c. 59. de Parthia loquitur. Mihi veritabile est pro Arianorum, in Curtio legendum Ariorum, horum enim frequens iam suprà & infrà mentio, Arianorum alibi nulla. Apud Arrianum Apelles interpres vertit Αριανος, qui perinde vertere potest Arios, vti dicimus latine, Basilius Græce Αριανος.*

SATRAPE CONSTITVTO.) Arlace, vt Arrianus auctor est, quem Alexander infrà Curtio teste, prætorem in Medianum misit, Oxidatis successorum.

ARIASPOS. Arrianus Agriaspos, Græce Αγριασπας, vel vt Glareani codex ostendit, Αριασπας. apud Ptolemaum in Græco legit Glareanus Αμαρισπης. Siculus Αριμασπης vocat, tanta varietas est in Scriptura, vicio reor librariorum. Strabo ex veterum Geographorum descriptione Arimaspos hyperboreos facit, & cum Sarmatis coniungit, quod & Stephanus & Plinius tradidere. b Mela ebdem inter Scythas Europæos recensuit, & vñculos, μονοφάλημενi fuisse credidit, vti & c Solinus, qui vñculam gentem appellat. Pausanias in Atticis testatur Arimaspos cum Gryphibus propter aurum,

al. 4. c. 12.

b 1. 2. c. 1.

c cap. 19.

d l. 1. p. 43.

inf.

aurum, cui incubant feræ, belligerare: Hos, inquit, (Gryphes) cum Arimaspiis, qui supra Issedones sunt, aurum causa assiduè bellare, Aristeas Proconnesius carminibus testatus est; & aurum quidem quod custodiunt gryphes, è terra nasci, Arimaspios ipsos vnicum habere oculum. Agellius de eisdem Arimaspiis, qui Scythis lib. 9. c. 4. proximi sunt: item esse hominēs sub eadem regione cali vnum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspii, qua facie fuisse Cyclopas Poëta ferunt.

Dionylius in periegeli laudat Martios hos Arimaspios.

αὐταροῦ περθέν
Πρὸς Βορέην, ἵνα πάγδες ἀριμασπῶν Αριμασπῶν.

Verum desuper

Ad Boream vbi pubes Marte furentium Arimasporum.

Ad quem locum hæc Eustathius adhuc à nullo, quod sciam, translatus. Gentem, inquit, Scythicam pag. 11.
Dionysius facit Arimaspos, quos idem bellaces ac Martios canit. Aeschylus eosdem, exercitum vno oculum cognominat, quod cum iaculandi arte excellant, ut certius metam, aut quod destinarunt, feriant, alterum oculum claudant. Et fortasse alter oculorum, ut veteres censem, propter assiduum à puer sagittandi studium ita contrahitur, minorq; redditur. Fieri etiam potest, ut hoc genus hominum ex huiusmodi parentibus, qui semper eandem artem exercuerunt (& oculum, dum iacularentur, clauserunt) natum etiam in posteros, vt par est, transmitterent, resq; in totius gentis & posteritatis naturam transiret, neque enim vñquam alias natura adeò prodigiosam gentem hominumq; genus protulit. Et hanc ipsam ob causam, quemadmodum Herodoto videtur, Arimaspi, propter hoc vitium ita loquendo vno oculi vocantur, Scythicè enim apì vnius, μασπός δε, θραλλος dicitur. Hæc Eustathius. Ex quo corrigas & Cælum Rhodopinum, & Herodotie editores atque interpres, qui ἀριμασπῶν ita diuidunt, ut dicant ἀριμασπα significare vnum, πό oculum, cum Eustathius ex Herodoto ita diuidat, ut ἀριμασπα vnum notet, & μασπός oculum. Ennius:

Decem caelites quos montibus

Scimus Riphais fodere.

Curtiana ergo scriptura castiganda, & reponendum vel Agriaspas ex Arriano, vel Arimalpōs ex Diodoro. Editi quidam antiquiores habent Armatos, forsan Harmatos, sed nihil ad chordas & fides.

EVERGETAS.) Barbaram vocem in Græcam iam olim Persæ committarunt, & pro Agriaspis, ἐνεργέτως vel Arimalpis bene meritor bene meritos nuncuparunt. causam exponit Curtius. Strabo: εἰρίξεν Δραγύων de aliquo; επιτεροῦς ενεργέτας ἦνερ, οὐδὲ Κορητοὶ ανόματε. Deinde Alexander ex Drangis ad Euergetas venit, quos ita Cyrus nominauit. Arrianus: Ad eos peruenit, qui primum Agriaspæ, postea Euergetæ quasi benefici appellati sunt, quia Cyrus Cambysæ F. in expeditione Scythica iuissent. Hos Alexander in honore habuit, & quoniam iustitiae studiosi essent, & tanquam qui Græcorum optimè instituti sunt, se suamq; Remp. rectissimè gubernarent, liberos esse iusserit. ad hæc, ex finitorum agris quantum petiere (parvo autem contenti fuere) ijs contessit. Diodorus: His expeditiis cum per Dranginem agenda constituisse, exercitum in Arimaspos duxit. hoc quidem olim nomen illis erat, sed nunc Euergetæ vocitantur. Nominis ratio hæc est, Cyrus qui primus à Medis imperium ad Persas transtulit, in expeditione quadam cum propter victimus penuria in locis incultis ad extremum redactus esset discrimin, adeò quidem ut miles militis carne famem mitigare cogeretur, tum Arimaspi triginta millia plaustris frumentum aduexere. Rex itaque cum secus quam sperauerat, periculum evanisset, non vextigalibus modo gentem exsoluit: sed alijs insuper muneribus affecit, pristinoq; nomine abrogato, Euergetas nuncupauit.

SATIBARZANEM.) De cuius interitu mox infra cap. 8.

IN AREIOS.) Seu Arios, quorum prætor fuerat: non Arieos, sed Areios, vel Arios.

CARANVM ET ERIGYVM.) De his eodem infra cap. 8.

AMENIDE, SCRIBA IS DARII FVERAT.) Principe ferè loco apud Persarum reges hoc genus scribarum erat, regemque etiam in castra sequebantur. de quibus Brissonius, quem confutes. 1. p. 139.

ARACHOSIOS.) De Arachosijs suprà lib. 4. c. 27. dictum. Hic tamen alius incidit non in scipo, sed in nodosa queru soluendus nodus. Quid? Arachosijs ad Ponticum pertinent? qui mille propè para langis inde absunt, propiores Indico mari, quam ponto Euxino. Glareanus, quem, vt cœpi hærere, consului, sed & ipse etiam hæret, & ponticum interpretatur Hyrcanum. Atqui Hyrcanum quoque procul ab Arachosijs. Sanè Strabo in II. Arachosiam (vnde Arachosijs dicti) partem Arianæ facit, & ad Indum flumen usque pertinere affirmat: Καὶ ἡ Αραχωσία, inquit, οὐ πολὺ ἀποθένεται, καὶ αὐτὴ τοῖς νοτίοις μέρεσι τῷ ὅρῳ ὃ ποτε ποταμός τεταμένην, μέρος οὖσα τῆς Αριανῆς. Stephanus: Αραχωσία, inquit, πόλις σὸν ἄποθεν μασσαγετῶν Σαραντάνων ἐνδεκάτη ὃ πότε Σεμιράμεως κατέδηται, οἷς Κωφὴν ἐκάλειτο, οἱ πολῖται Αραχωσιοι. Arachosia ciuitas non procul à Massagetis, ut in II. Strabo testatur, ab Semiramide condita, qua & Cophen dicebatur, cines Arachosij.

Sed quia Curtius ex quorundam veterum opinione suprà scriplerat Caspium mare ex India, in Hyrcaniā cadere, Arachosios quoque potuit illi terrarum assignasse. Proinde nihil in Curtio muto, quamuis hic à vero aberrare dubium non sit. Nisi illa verba: quorum regio ad ponticum mare pertinet, glossema, quod equidem non arbitror, existimes.

ARACHOSIIS DATVS MEMNON PRAETOR.) Tres inclitos viros & praetores apud Curtium Memnonas lego. Primi & longe potentissimi morsi. 3. c. 3. narratur, cuius vxorem & filium Damasci Alexander ceperit, ut cap. vlt. lib. 3. cognouisti, ubi Memnonem hunc Curtius nobiliissimum ducem appellat. Atque de hoc hic nullam fieri mentionem, certum. Alter est hic Arachosiorum praetor, quem & Arrianus exprelisit. Tertius qui ex Thracia infra libro 9. c. 7. sex equitum, 7. pedimentum millia cum aureis argenteisq; armis ad Indos usque adduxit: Nec enim eundem esse hunc cum altero existim. Ille enim alter olim pro Dario contra Alexandrum in acie fuit, quem ut Rex interficeret, amici autores suere. Sed Alexander iudicauit ex hoste fieri posse amicum, & perinde sibi ac Dario fidum, quod in alijs quoque expertus est. Sed de hoc, ne me coniecturis nitis solis putes, testem do Themistium philosophum, qui ad Valentem Imperatorem oratione 4. id confirmat, quem tute leges.

De Thracio illo Memnone singillatim Diodorus, & haereo utrum non sit idem hic Arachosius praetor datus. Arachosios, & Arachotus, seu Arachotos eodem esse certus sum: quamuis Stephanus videatur distinguere cum dicit, εστι χαλκοπότειον Μασσαγέτων. At idem paullò ante dixerat Arachosiam non procul à Massageti abesse. Eustathius eodem Paropamisidis ad Austrum, Ariosa ad Occidentem proximos accolere tradit. Dionysius λινοχλωρύς Αραχώτας appellat, hoc est, lineischlepis, seu vestibus vtentates. Arrianus quoque Arachotis (qui Curtio sunt Arachosij) praefectum ait Memnonem.

CAPUT IV.

ARGUMENTVM.

Paropamisadas barbarissimam gentem describit, quos exercitus adiens, poenè frigore & inopia periret.



Pse rex nationem ne finitimus quidem satis notam, quippe nullo commercio colement mutuos usus, cum exercitu intravit. Paropamisadas appellantur, agrestes hominum genus, & inter barbaros maximè inconditum. locorum asperitas hominum quoque ingenia durauerat. Gelidissimum Septentrionis axem ex magna parte spectant, Bactrianis ab Occidente coniuncti sunt. Meridiana regio ad mare Indicum vergit. Tuguria latere primo struunt: & quia steriles est terra materia, in nudo etiam montis dorso usque ad summum edificiorum fastigium eodem laterculo utuntur. Caterum structuralior ab imo paulatim incremento in artius cogitur: ad ultimum in carina maximè modum coit. Ibi foramine relicto supernè lumen accipiunt. Ad medium vites & arbores si qua in tanto terra rigore durare potuerunt, obruunt: penitus hieme defossæ latent. Cum hiems discussa aperire humum coepit, calo soli redduntur. Caterum adeò altae nubes premunt terram, gelu & perpetuo penè rigore constrictæ, ut ne auium quidem ferale ullius vestigium existat. Obscura cœli verius umbra quam lux nocti similis premit terram, vix ut qua propè sunt cōspici possint. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quidquid malorum tolerari potest, pertulit, inopiam, frigus, laetitudinem, desperationem. Multos exanimauit rigor insolitus niuis, muleorum adusus pedes, plurimorum oculis præcipue pericabilis fuit. fatigati quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant, quæcum moueri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum connitione non possent. A com militonibus torpentes excitabantur. neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt. Sed tanta caligo erat, ut adficia nulla alia res quam fumus ostenderet. Illi numquam ante in terris suis aduersa visto, cum armatos repeze consiperent, exanimati metu, quidquid in tugurijs erat afferebant, ut corporibus ipsorum parceretur orantes. Rex agmen circuibat pedes, iacentes quosdam erigens, & alios cum agrè sequerentur adminiculo corporis sui excipiens. Nunc ad prima signa, nunc in medio, nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat.

NULLO

NVLO COMMERCIO COLENTEM MVTOS VSVS.) Qualis ad vsque nostra secula amplissima & cætera cultissima gens Sinarum, quæ omne commercium aliarum nationum ab suis regnis exclusit, nisi quod extra fines ad proximum portum Amacauanum admittat exterorum merces exponi, quæ ab indigenis in prouincias inferuntur, quo mercato ribus non licet aspirare. His demum postremis annis & societas nostra & Lusitani in intima etiam regni, adeoque ipsam regiam sunt admissi. Cæterum de alia quoque huiusmodi gente ab omni reliquarum nationum seclusa, narrat infrà Curtius lib. 9. cap. 17. Hinc, inquit, peruenit ad maritimos Indos: desertam vastamq; regionem late tenet: ac ne cum finitimi quidem vlo commercij iure miscentur. Ipsa solitudo natura quoq; immutia efferavit ingenia.

PAROPAMISADAES APPELLANTVR.) Paropamisadæ nomen à monte Paropamiso traxere, ad cuius radices colunt. Paropamisus autem est mons totius orbis altissimus, Caucasus pars, & supremus Caucasus vertex, in quo Noeticam larnacem, seu arcum post eluisionem, aquarum appulsu conquicuisse existimat Goropius Beccanus in Indoscythicis pag. 476. idque multis modis contra omnium Patrum sententiam conatur euincere, ab nullo quod sciām in hoc capite vel laudatus, vel damnatus, vel refutatus. Cæterum huius montis & vocis Paropamisus varia est scriptura. Apud Dionysium in periegesi appellatur Parponisus, vel ut alij codices habent, Parnisus, & alio loco Parnalsum vocat græce poetico more παρπανός.

Versus Dionysij sunt:

Αλλ' οἵτοι βάχτροι μὲν ἐπὶ ἵπτεροιο νέμενται
χώρην ἐνυπέρηφν κυνηγοῖς ὑπὸ Παρπανοῦ.
Sed nimis βάχτροι quidem in continente possident, seu incolunt
Regionem latiorem, sub iugis Parnassi.

ver. 736.

Ad quem locum Eustathius: Dionysius hic de monte quodam Baetriano narrat. Et videndum, an ita scribenda sit vox, ut cognomini sit Parnassus Europeo, an potius Parpanisus vocandus, quemadmodum multa exemplaria habent. Facit autem Periegetes etiam Parpanisi mentionem.

Infrà idem Dionysius versu 1097.

ὅστις τε παρὰ πλούτῳ παρπανοῦ,

Quocunque etiam ad clivum, seu declinationem Parpanisi, vel, ut in codice exaratum est, παρπανοῦ, & in alio — Παρπανοῦ.

De quo rurum Eustathius: οὐδὲ βέλοντας λένε παρπανίτον προπαροξυτόνως λέγειν δρόμον παρπανοῦ, ὡς πολλὰ τῷ ἀντιχρόφων ἔχεται, πολλοὶ δὲ χρέονται, χρέονται τῷ Μεγάρᾳ παρπανοῦ, δὲ γεωγραφῷ παρπανίτον γράφει πεντασιλάδεως, χρέονται παρπανίτον γράψει. Quidam volunt montem Indicum παρπανοῦ, accentu in tertia ab ultima collocato dici (quasi vox sit proparoxytona) nequaquam verò παρπανοῦ Oxytona, quamvis in multis ita exemplaribus legatur. Alij tamen haud pauci accidunt in ultima & per μη scribunt παρπανοῦ. Sed Geographus παρπανοῦ, quinque syllabus vocem hanc sribit, & illic degentes populos Paropamisadas vocat. Hæc Eustathius. Goropius multis rationibus & scriptorum auctoritatibus ostendit, ubique apud omnes cum Ptolemaeo legendum esse Parpanisus, non Parpanitus, aut Parpanisus.

Glareanus hic quæ apud Curtium sequuntur de frigore incredibilia putat, quod Paropamisadæ magis meridiem, quam Itali spectent, ac proinde loca illa calidiora esse, quod Italizæ. Sed enim cum ad radices Caucasus colant, & Caucasus ibi sit altissimus, & propter altitudinem glacialis, nihil videtur à Curtio præter fidem dictum, nec velut è longinquo mendacium historiæ aspersum, præsertim cum idem tradant alij. Et Curtius illam partem Paropamisadas coluisse tradat, quæ gelidissimum Septentrionis axem spectabat, idemque prorsus affirmet Diodorus, cuius verba paullè antè adduxi. Accedit, uti Strabo testatur in 15. Alexandrum sub occasum Virgiliarum illuc accessisse, hoc est, in ipsa hieme.

LOCORVM ASPERITAS.) Ut in siluis silvestres homines, & silvestria ingenia in montibus & rupibus horrida & barbara, atque ab omni cultu humano abhorrentia, ac feris quam hominibus propiora, sapè etiam ferociora. Nam prout natura cœli & aeris est, ita attemperantur ea, quæ sub ea nascuntur. Vnde & Horatius de Boeotis cecinit:

Bœotum in crasso iurares aëre natum.

Et Iuuenalis de Democrito inclito philosopho, quamvis Thrace:

cuius prudentia monstrat

l. 2. epist. i.

Summos posse viros, & magna exempla datus

Veruecum in patria, crassoq; sub aëre nasci.

Sat. 10 v. 48

Quod verum est, nec enim omnes Boeoti stupidi, bardi, & asini. Pindarus Thebanus fuit, & Plutarchus Boeotus. Sed una & altera hirundo non faciunt ver. Hippocrates medicorum numen, singuli opere docuit multum referre ad mores quo sub cœlo, quæque cœli natura nascere, viuas, alare. Εὔρησις γάρ, inquit, ἐπὶ τῷ πνύθῳ τῆς χώρης τῇ φύσει ἀκολεύεται, εἶδε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τοῦτος: Inuenias enim ferè semper & formas hominum & mores regionis naturam sequi.

lib. περὶ

ἀέρων,

ὑδατῶν,

τόπων,

pag. 75.

pag. 81.

In Timæo. Ex sententia ergo principis medicorum asperæ regiones aspera procreant ingenia, cui diuinus ad stipulatur Plato: κατὰ τοὺς ὑψηλοὺς τοπίους κράτιν τὸν ἀλεύγενον, Pro ingenio celi & loci formari hominum mores. Et M. Tullius, Athenis, inquit, tenuerat cælum, ex quo acutiores etiam censentur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes. Consulas licet Alexandri Neapolitani cap. 13. lib. 4. cuius hic index est: Quæ vicia ex loci natura aut cœli climate quibusdam gentibus ita innata sunt, ut illa habeant propria & perpetua. Præterea Theophrastus in ipso statim præsummo characterum, miratur quid sit, quod Græci cum eodem cœli haustu fruantur, non eisdem moribus viuant, cum tamen ijsdem institutis vrantur. οὐδὲ παύσομαι, inquit, θαυμάζειν δηποτε τῆς ἐλάσσονος τὸν αὐτὸν ἀριθμόν, καὶ πάντων τῆς ἐλάσσων ὁμοίως παθενεμένων τομέσθηκεν ἡμῖν οὐ τὸν αὐτὸν τάξιν τὴν βότων ἔχειν. Ad quem locum ita Casaubonus: Duas hic notat causas varietatis illius, quæ in hominum moribus ac institutionis cernitur: locorum positionem, & institutionem à pueris. Illud quād magnum ad eam momentum sit, & experientia arguit, & Philosophi, geographi, astronomi, vel docent, vel docere conantur: tangit etiam Hippocrates in libro de aëre, aqua, & locis: & Galenus multū locis. mitto, quæ Seneca, & Cicero super hoc non vno loco. Ingenia hominum, ait Curtius libro 8. vbiq; locorum situs formarunt.

GELIDISSIMUM SEPTENTRIONIS AXEM.) Paropamisadæ, inquit, potissimum pertinent ad Septentrionem, ad quem sol nunquam accedit, post ortum enim vertitur in meridiem, & prope rat ad occasum. (Quamuis suo curlo naturali renascens etiam gyret per meridiem, & flectatur ad Aquilonem, cum ab Occidente tendit ad Orientem, vti locus Ecclesiastæ i.n.6. explicatur.) Inde gelidissimum vocavit, quia regiones Arcto subiectæ, perpetuis ferè frigoribus rigent.

Manilius:

lib. 1. de A.
rect. v. 52.

Proxima frigentes Arctos, Boreamq; rigentem
Nixa venit species genibus sibi consilia causa.

Axem autem matheleos gnari fingunt immotum iuxta polum transire per totum cœlum & terras, vti Manilius canit:

At quæ fulgentes cœlum consurgit ad arctos,
Omnia quæ summo despectant sidera cœlo,
Nec norunt obitus, vnoq; in vertice tantum
In diuersa sita cœlumq; & sidera torquent,
Aëra per gelidum tenuis ducitur Axis,
Libratumq; gerit diuerso cardine mundum,
Sidereus circa medium quem voluitur orbis
Aeternosq; rotat cursus immotus, at ille
In binos arctos magni per inania mundi,
Perq; ipsum terra directos constitit orbem.

lib. 2 Metamorph. Eleganter Ouidius in Phaethontis incendio finxit gelidos caluisse triones, cum solis equi quæ data via regioneque cœli ruerent.

v. 170.

Nec scit, quæ sit iter, nec si sciat, imperet illis.
Tum primum radijs gelidi caluere Triones.

Porrò de itinere Alexandri ex Drangis ad Euergetas, seu Arimaspos, ab his ad Arachosios, seu Arachotas per Paropamisadas sub occatum Vergiliarum, Strabo in 15. Nam earegio, inquit, montana est, & niibus tunc tegebatur, ac difficulter peragrabatur. Sed frequenter pagi & rerum copia præter oleum instructi, difficultates leniebant. Meridionales Paropamisi ad partes Indicas sunt, & Ariana ad Septentrionales & Occidentales Bactriana. Exacta ibi bieme, & vrbe condita, habens Indiam supernè ad dextram, per summa montium transiit Bactrianam. Via erat nuda arborum, nisi quod rari aderant terebinthi fructes, summa alimenti inopia, vt iumentorum carnibus vescerentur, atque ipsi crudis propter lignorum penuriam, sed ad hanc cruditatem concoquendam silphij copia præsens auxilio erat.

TUGURIA LATERE PRIMO STRVNT.) Mirum dictu, loco hunc totum Curtius è siculo velut interpres transtulit, prouinde iuvat fontes accedere ipsiusque Siculi, vel potius interpretis verba, ne longior sim, collocare: Tum Alexander in Paropamisadas exercitum duxit. Regio horum, sub axe Septentrionum posita, niibus tota oppletur. Et ob rigorem haud tolerandum ab alijs gentibus adiri nequit: Maxima eius pars plana est, arboribusq; caret, ac multis hic illic vicos dispersos habet. In his domorum testæ laterculis, cum testudine in acutum fastigium exequuntibus, confecta sunt. In medio foramen luci excipiunda est relicta, per quod & famus emittitur. Et quia adiuncti parietes omni ex parte bene coagmentati sunt, assatim contra frigus incole muniuntur. Qui propter niuis redundantiam, pleroque anni tempore, intra domos se continent: ubi, quæ suo conducant viatui, preparata habent. Vites & arbores fecundas agresta tellure operiunt, perq; hibernam tempestatem ita relictas, ubi germinandi vices appetunt, regest a terra, iterum nudant. Naturæ hic tractus per omnia sic comparatus, vt neque viridis, neque amoenus quam in eo conficiatur. Sed nix candida & resplendens cum glacie congelata obtegit omnia. Nihil

pag. 553.

pro-

Præterea autum hic nuditatur, nihil ferarum filias percurrit. Vnde sit, vt per omnes terræ partes, neque hominum, neque accessus adueniūt præbeatur. Nihilominus tamen rex, licet hoc omnia expeditioni obstant, solita proiectus audacia, & tolerantia Macedonum adiutus, hanc locorum difficultatem superauit. Hinc tamen evenit, vt militum, & eorum, qui extra ordinem sequebantur, prurimi, viribus destituti relinquerentur. Nonnullis fulgor nitis cum rigore, in oculis ipsorum refractus, perniciem afferebat. Nihil ex intervallo perspicue videri poterat, nisi quod fumus tantum pagos indicabat. Quod pro signo adstantium foco incolarum, Macedones accipiebant. Hoc itaque modo pagis illis occupatis, abundantia comineatuum (quos inueniebant) milites ex ærumnis sibi restituuntur. Et breui quicquid hominum ibi fuit, in ditionem regis concedit.

Tûte iam hæc cum Curtio compone.

IN CARINÆ MAXIME MODVM.) Nec aliter in pleraque Germania tecta, quam in carinæ aut sepulchri aggesti formam fiunt & clauduntur, latera tamen æquali spacio usque ad tecta surgunt; tecta ipsa carinam inuersam imitantur.

VITES ET ARBORES.) Vitis & ficus etiam in Germania per hiemem terra obruuntur, quædam hypocaultis souentur.

PLVRIMORVM OCVLIS PERNICIA BILIS FVIT.) Geminum prorsus huic locum apud Lib. 4. de Xenophontem in 4. Anarbæeos leges, quem in gratiam lectoris iuuat subiucere. Narrat ibi Xenophon de exercitu Græcorum ab se ex Perside, ab Cyro Minore, cui suppetiatum ierant, in Græciam redeunte: Cùm verò sub diuo hic pernoctasset, tam ingens calonix decidit, vt non hominæ modò humi stratos & arma, sed ipsa etiam iumenta contegerentur: hic se homines præ torpore tollere non poterant: iacentes verò, qui niuem non excusserant, miserabile erat niue sepultos videre. Et infrā: *Relicti de nostris multi sunt, qui oculos ex perpetuo nimium aspectu amiserunt. Multi item quibus gelu pedum digiti obstatuerant. Hic unicum erat oculis præsidium si quid ante eos nigri prætendissent: pedibus, si corpus assidue mouerent, & nunquam omnino quiescerent, ac si noctu calceamenta detraxissent. Nam si calceati decubuisse, tumescientibus pedibus altè vincula imprimebantur, atque ita, vt calcei pedibus astricti, resolvi nullo modo possent, præserit cum veteribus calceis consumptis, carbatini è boum recenti corio vterentur. His itaque malis quo edit. Franminus ceteros consequi possent, retardabantur. Tulege porrò quibus artibus Xenophon torpentes, ab hostium imminentium impetu conseruarit.

REX AGMEN CIRCVBAT PEDES.) Vide ingentem Alexandri curam, labores, vigilias, erga suos. O principem non Oriente, sed & Occidente, non nouo, sed pluribus etiam mundi dignum! Non recelsit à virtute regis sui Antigonus, nepos ipse potius Alexandri, quam Alexander illius, qui anus fuisse, nepos non potuit, vt Seneca turpiter errat. nam neque avis, neque nepos fuit. Antigonus, inquit, quadam nocte cùm quosdam ex militibus suis exaudisset, omnia mala imprecantes regi, quod ipos in illud iter, & inextricabile lutum deduxisset, accessit ad eos, qui maximè laborabant, & cùm ignorantis, à quo adiuuarentur explicuisset, nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miseras intidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Dignus equidem Antigonus, qui per rotas incederet.

Expeditione Cyri. pa.
327. in f.
edit. Fran-
cof. vel
pag. 224.

*pa. 226. v.
23 vel pag.
330. in fol.
circa med.

edit. Fran-
minus cof.

Seneca 3:
de Ira. c. 22.

CAPUT V.

ARGUMENTVM.

Ad Caucasum (quem cum Tauro describit Curtius) accedit rex. Alexandriam ad montis redices ponit.



Andem ad cultiora peruentum est, cōmeatuq; lirgo recreatus exercitus simul, & qui consequi non potuerant, in illa castra venerunt. Inde agmen processit ad Caucasum montem, cuius dorsum Asiam perpetuo iugo diuidit. hinc simul mare quod Ciliciam subit; illinc Caspium fretum, & annem Araxem atiaque regionis Scythia deserta spectat. Taurus secundæ magnitudinis mons committitur Caucuso, à Cappadocia se attollens Ciliciam præterit, Armeniaq; montibus iungitur: sic inter se tot iuga velut serie coharentia perpetuum habent dorsum: ex quo Asia omnia fere flumina, alia

in rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanum & Ponticum decidunt. 17. dierum spacio Caucasum superauit exercitus. Rupes in eo decem in circuitu stadia complectitur, in altitudinem quatuor excedit; in qua vinctum Prometheus fuisse antiquitas tradidit. Condenda in radicibus montis urbi sedes electa est. 7. millibus Macedonum seniorum, & praterea militibus quorum opera vti desisset, permisum in nouam urbem considere. Hanc quoque Alexandriam incola appellauere.

AGMEN AD CAVCASVM MONTEM PROCESSIT.) Omnes opinor terrarum descriptores Caucasum cum Tauro iungunt, & confundunt, Strabo, Plinius, Ptolemæus, Diodorus, Philostratus, Solinus, Curtius, Aristobulus, & ex illo Arrianus, Mela, Eustathius ad Periegetem. Sed nemō accurias & planius super eo dilputat, atque Goropius in Indoscythicis, qui & ex Plinio rationem nominis & discrimen duorum montium Tauri & Caucasii aperte ostendit, & omnia disertè exponit, cuius hoc loco pro interpretatione Curtij, verba apponem, nisi pluscula essent, quæ tute leges:

Curtius tamen breuiter & Caucasum & Taurum describit, & docet Caucasum ab India surge-re, & totam Asiam quasi medianam diuidere, aliudque eius latus meridiem & mare, quæ Ciliciam sub-
it, aliud Septentrionem, quæ fretum Caspium & Araxen amnem & Scythia regiones spectat. Soli-nus quoque eleganter in descriptione Tauri ipsum Caucasum concedit, & per totam Asiam deducit, his verbis: *Mons Taurus ab Indico primū mari surgit: deinde, à scopulis Chelidonij, inter Aegyptium & Pamphylium pelagus, obiectu Septentrioni dextro latere, laeo meridiana plaga Occidenti obuersus fronte profusa. Palam est, terras eum continuare voluisse penetrato mari, nisi profundis resistentibus ostendere radices suas vetaretur. Denique, qui periclitantur naturas locorum, tentasse eum omnes exitus promontorij experientur: probant enim quod quoquo versum mari alluitur, procedit in prouinentias: sed modo interclu-ditur Phœnicio, modò Pontico sinu, interdum Caspicio vel Hyrcano: quibus renitentibus subinde fractus, contra Maeoticum lacum flectitur: multiq; difficultatibus fatigatus, Ripheis se iugis annectit pro gentium ac linguarum varietate plurifariam nominatus: apud Indos Imaius, mox Paropamisus, Choatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus: atque ubi in excelsissimam consurgit sublimitatem, Caucasus. Inter ea etiam à populis appellationem trahit: à dextro latere Caspium dicitur, vel Hyrcanus, à leua Amazonicus, Moschicus, Scythicus. ad hæc vocabula habet alia multa. Vbi debiscit hiulcis iugis, facit portas, quarum primæ sunt Ar-menia, tum Caspia, post Cilicia. In Graciam verticem exerit, ubi Ceraunius predicitur, à Cilicia finibus Asiaticum limitem difficit: quantum meridiem videt, sole in astuat: quidquid Septentrioni oppositum est, vento tunditur & pruina: quod silvestre est, effatur plurimis bestijs & leonibus inmanijs.*

Polsis & Philostrati descriptionem cognolcere lib. 3. cap. 1.

TAVRVS SECUNDÆ MAGNITUDINIS MONS.) Primæ enim magnitudinis est Caucasus montium omnium altissimus, quamvis Tauro committatur, sed nomen illic Taurus mutat, & in Caucasum migrat. De Tauro iam suprà ex Solino plura, vti etiam Caucasii mentio. Montium por-tò alter altero excelsior: sicut insularum alia maior, alia minor, quæ pro spacijs nomina maiorum, aut minorum sortiuntur, vt ex Scylace docui. In chronico Alexandrino iam olim à nobis verlo, maxi-mi & laudatissimi montes hoc ordine pro sua quisque altitudine & magnitudine collocantur. 1. Libanus in Syria. 2. Caucasus in Scythia. 3. Taurus in Cilicia. 4. Atlas in Libya secunda, 5. Parnassus in Phocide, 6. Cithæron in Boeotia, 7. Helicon Telmessi, 8. Parthenius in Thracia, 6. Nissus Sina in Arabia, 10. Lycabetus in Chio, 11. Appenninus in Italia, 12. Olympus in Macedonia. Scripsit & au-tor fluminum de montibus, sed de ijs duntaxat, qui imminent fluminibus.

ALIA IN CASPIVM, ALIA IN HYRCANIVM ET PONTICVM INCIDVNT.) Videtur tria hic maria seiucta & distincta facere Curtius, cùm Caspium & Hyrcanum in omnibus hydrographicis tabulis idem sit mare, nisi quod Caspium dicatur qua ad Isthmum ponticum & Occiden-talem pertinet, Hyrcanum vero è regione, quæ Orientem spectat. Caspias enim portas, montes inter Euxinum & Caspium mare cum Caspicio confusum procul à portis abest.

SEPTENDECIM DIERVM SPATIO.) Siculus sedecim dies ponit: Μέτα δὲ ταῦτα, inquit, πα-γελθῶν πλησιόν τοῦ κυκλαῖσθ κατεργατοπέδευσεν, ὅλη επάροπτάμιστον δρόθη προσαγορεύεσσι. τὸ δὲ δρόθη τετρα-κατὰ πλάτον διελθῶν οὐκ ημέραις ἐκκαίδεκα πόλιν ἔκτισε κατὰ τὴν εἰσεβολὴν τὴν φέρεσσαν εἰς τὴν μηδικὴν, ἦν ἀνό-ματον ἀλεξανδρεῖα. Post hac ad Caucasum progressus castra posuit. A quibusdam mons ille Paropanisus nuncupatur. Hunc, quæ latitudo eius tenditur, intra dies 16. transgressus, urbem condit ad portam, quæ in Medium via aperitur, quam Alexandriam nominauit.

RUPES IN EO DECEM IN CIRCIVTU STADI: A COMPLECTITVR, IN ALTITUDINEM QVA-TVOR EXCEDIT; IN QVA VINCTVM PROMETHEA FVISSE ANTIQUITAS TRADIDIT.) Idem proflus Diodorus.

Sed enim ^aStrabo, ^bArrianus, Eustathius, Ptolemæus Caucasum illum, in quo Prometheus vin-
^b lib. 3. pag. 145. in 8. Etus traditur, non in Indico Caucasœ, sed in Scythico, qui est inter Ponticum & Caspium mare col-locant,

locant, atque adulatores Alexandri Caucasum illum cum Prometheo in gratiam Alexandri ad Indicum usque Caucasum transstulisse affirmant.

Idem Eratosthenes apud Arrianum, & plura etiam narrat, sed omnia testatur in Alexandri gratiam facta, à quo tamen Arrianus in nonnullis dissentit, quæ ad Liberum pertinent:

p.102.in f.

Idem Arrianus in Indicis, Paropamisum à Macedonibus ex adulazione Caucatum dictum affirmat, cum nihil cum Caucaso habeat commune. Antrum quoque illud, inquit, quod apud Paropamisadas esse acceperunt Promethai Titanis esse dixerunt, in quo ille ob ignem furto sublatum suspensus fuerat. Eustathius ad Periegeten omnia disertè exponit, quæ tibi è Grecis, meis verbis reddam (quod prolixior sit locus) in hæc verba: Sciendum, esse qui putent hæc de Baccho & Hercule fide carere, & fabulosa, omniaq; per adulacionem conficta. Omnia enim, inquiunt, quæ de vinculis Promethei tradita sunt; facta esse in Septentrionali Caucaso (non Indico.) Macedones vero ut Alexandro palpum obtruderent, Caucasum ex alia cœliregione verbo transtulerunt ad mare & montes Indicos: adeoq; ipsi palpatores & sacrū ibi quoddam spelunca apud Paropamisadas situm Alexandro ostenderunt, quod carcerem Promethei fuisse affirmant, Herculemque illuc venisse ad illum liberandum, atq; vt verbis fidem adderent, dixere boues adhuc illic videri clava Herculis, quod insigne illius fuit, inustos, vt hac ratione ad easdem terra partes Hercules venerit, nec Alexandrum ex adulatorum sententia aut Herculi aut Libero dissimilem, quod & ipse pari modo cum illis aliunde illuc usq; penetrarit. Et hoc quidem prisci illi (coraces & colaces Alexandri.) Quod si cum illis adulatoribus aliquo modo colludendum sit, multo ingeniosius erat ad adulacionem nihil horum fingerere, sed potius negare, Herculem & Liberum eousque unquam aspirasse, quo Alexander peruererit, illumq; eiusmodi per adulatores deceptū credidisse, loca terrasq; adiisse, quæ ne Hercules unquam, neq; Bacchus Ioue nati viderint, adierintue. Idem porrò Alexandri colaces Caucasum non inarunt simul & Paropamisum, & Emundum, & Imaum India montes.

Possit & Philostratum hic inspicere in Apollonij Thyanei vita. Cæterum quid Prometheus li.2.c.2. commiserit, vt in crucem ageretur, ducent omnes veterum fabulæ. Aeschylus tragicus primo dramate Prometheus inscripto, Hesiodus in Ἑρυοί & Λεγονίαι. Lucianus duob. dialogis vol. i. Prometheus seu Caucasus, & Promethei ac Iouis. Claudianus in 4. panegyrico consulatus Honori & Augusti, Hyginus Fabulus, Phurnutus prolixè, Fulgentius in Mythologico, Petronius Arbiter in hendecasyllabo, Seruius ad sextam Virgilij Eclogam, Apollonius l.3. Ouid. i. Metam. Horat. in i. Carmatum, Propert. lib. 3. Julianus epigrammatographus, Menander, Pausanias in Atticis, Orpheus in hymnis. Natalis Comes Mythologia l.4.c.6. Gyraldus in Vulcano Syntagma. 13. Ioann. Tzetzes Chil. 6.n.82. sed præter hos omnes Goropius nouo more, ratione, ingenio, sentu ab omnibus diuerso, fabulam doctissimè in Indoscythicis explanat, omniaque ad Noam arcæ fabricatorem refert. Hoc igitur cum ageret, inquit, (arcam molitur & impios ad mores corrigendos adhortaretur) atque forte, vt sit, impij videndi causa aliquando accederent, riderentq; eum, vt vanum & delirum, qui illa, que tanto post essent futura, se scire crederet, hortarenturq;, vt stolido proposito & insano opere supersederet, atque à montibus, & agresti & dura vita ad molliorem se transferret, tandem nihil audiens, sed contraria increpans, occasionem dedit, vt fabulam eum facerent, dicerentq; Prometheus Caucasum alligatum, cuius viscera vultur depascet, à Ioue immisus, quod ignem surripuisse. Quo nomine id sua tum lingua fecerint, nihil ad nos, quando commentatoris nullis id proditum videmus: hoc certè video, reliquias quasdam obscuras huius memoriae occasionem dedisse vetustissimi Græcorum de Prometheus fabulandi. Sed quia veræ historiæ erant ignari, longè recesserunt à veritate. Nam Prometheus Iapeti faciunt filium, cum hic illius fuerit. deinde Deucalionem Promethei monitu Larnacem compiegisse aduersus Iouis consilium, quo vniuersos mortales perdere statuisset. Ego rem ita opinor ad posteros venisse, Iano narrante: Patrem suum apud homines dictū fuisse Prometheus, per derisionem, reuera tamen Prometheus fuisse non sua, sed divina scientia, idest, consilium hominibus dedisse, quo ira Dei extingueretur. sed frustra Epimetheus, idest, populo Gigantium nibili pendente admonitionem futuorum. Quia vero post tot annos omnes interituros dicebat, nisi vitam emendaissent, cauillabantur, eum vulturem in visceribus atere, qui ad auera tanto interullo temporum & locorum præsentiret: atque hunc illi tortorem datum esse; atq; carnificem à Ioue, propterea quod diceret totum orbem vndis obruendum, quasi omnis ignei elementi vis esset Ioui surripienda. Huius igitur furti ipsum pœnas pendere, non quod id commisisset, verum quod cogitasset. Nam qui alioqui aquæ omnia superatur a fuisse, nisi quis Ioui igneum elementum surripere proposuisset? Quis vero proposuisse iudicari potius poterat, quam is qui se consciuum dicebat aqueum elementum superaturum? Nam dicebant, à Ioue Caucasum alligatum, eo quod illinc nunquam ferre discederet; sed operi tanquam metallicus quissiam vincit semper austeret. Hæc igitur omnia, & id genus alia in eum conuita torquebantur: quæ Ianus cum liberis suis narrasset, in causâ fuit, vt multæ & cæcæ fabula hinc consingeretur. Scio Promethei nomen Deo tribuendum, sicut & Saturni, & Iouis, & Mercurij, & id genus alia, quibus diuersæ in Deo potestates indicantur: sed hæc, vt quæque vis diuina maxime in aliquo illuxit, ita ei tributa fuisse sic Noam, Saturnum nominarunt, à vi semiinis: Prometheus, à consilio & prouidentia. Graci certè Prometheus bene diluvio euitando præposuerunt; sed male à Deucalione separarunt. Idem enim fuit, sed diuersis temporibus: Prometheus ante diluvium, Deucalion in diluvio. Hæc intellecta, cum fabulis lucem adferunt, & ab eis falsa figura tollunt, tum do-

cent ad Caucaſi radices arcam factam fuisse, quod mibi toto hoc prima hominum habitationis & diuisionis diſcurſu, propositum fuit probare. Atque haec de Prometheus fatis, de quo etiam noster Salianus Anno Mundi 1515.1517. num. xxiv.

Salianus
tōm. i. pag.
1.1. edit.
Col.
#1.3.c.10.

PERMISSVM IN NOVAM VRBEM CONSIDERE) Grammatici quidem tradunt propoſitionem in, cum motum ad locum significat, quarto caſui iungi, cum quietem in loco, ſextum habere. Atqui noster ſapientius cum alijs optimis ſcriptoribus neglecta grammaticorum lege aliter loquitur, vt In Ciliciam fuit: in conſpectum fuit: & hoc loco, in urbem confidere. Ita alij dixere, in mentem fuit: in medium relinquere, vti ſupra demonstratum.

ALEXANDIAM IN COLAE APPELLAVERUNT) Quot urbes hoc nomine, & ubi locorum conſiderit Alexander in Proluſionibus eſt dictum.

C A P V T VI.

A R G U M E N T U M.

Befſus ſuper mensa debellat Alexandrum, applaudunt ebrij adulatores. Cobares Medus & magus ſuadet Befſo deditonem, fugit ad Alexandrum. Befſus copias acturus cum suis trans Oxum ad Sogdianos ſe confert,

 T Befſus Alexandri celeritate perterritus, dýs patrijs ſacrificio ritè factò, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas, ſicut illis gentibus mos eſt, de bello conſultabat. Graues meros suas vires extollere, hoſtium nunc temeritatē, nunc paucitatē ſpernere. Principē Befſus ferocious verbis, & parto per ſcelus regno ſuperbus, ac vix potens mentis, dicere: ſocordia Dary creuiffe hoſtium famam. Occurrit ſe enim in Cilicia anguſtissimis fauibus, cum retrocedendo poſſet perducere incautos in loca natura ſitu inuia, tot fluminibus obiectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hoſtis, ne fugā quidem nedum reſtendī occaſionem fuerit habiturus, ſibi placere in Sogdianos recedere. Oxum amnem velut murum obiectū, rum hoſti, dum ex finiūm gentibus valida auxilia concurrerent. Venturos autem Chorasmios & Dahas, Sagasque & Indos, & Tanaim amnem colentes Scythas, quorum neminem adeo humilem eſſe, ut humeri eius non poſſent Macedonis militis verticem equare. Conclamant temulenti hanc ſententiam ſalubre meſe: & Befſus circumferri merum largius iubet, debellaturus ſuper mensa Alexandrum. Erat in eo conuiuio Cobares natione Medus, ſed magia & artis (ſi modò ars eſt, non vaniſſimi cuiusque ludibrium) magis profeſſione quam ſcientia celeber, alioqui moderatus & probus. Is cum praefatus eſſet, ſcire ſeruo utilius eſſe parere dicto, quam afferre conſilium, cum illos qui pareant, idem quod ceteros manet, qui verò ſuadeant proprium periculum: poculum ei quod habebat in manu, tradidit: quo accepto Cobares, Natura, inquit, mortalium hoc quoque nomine prava & ſinistra dici po- teſt, quod in ſuo quisq; negotio hebetior eſt, quam in alieno. Turbida ſunt conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. Obſtat alij metus, alij cupiditas, nonnunquam naturalis eorum qua cogitaueris a- mor: nā in te ſuperbia nō cadit. Expertus es vñquęq; quod ipſe repererit, aut ſolu aut opti- mu ducere. Magis onus ſuſtines capite, regium inſigne, hoc aut moderate perferēdum eſt, aut, quod abominor, in te ruet. Coſilio nō impetuopus eſt. Adiicit deinde quod apud Baſtrianos vulgo uſurpabat, Canē timidū uel hemētius latrare, quam mordere; altissima quaq; fluminam i- nimo ſono labi. Qua inſerui, ut qualificūq; inter barbaros potuit eſſe prudētia, traderetur.

In his audientium suspenderat expectationem. Tum consilium aperit, ut ilius Besso quam gratus. In vestibulo, inquit, regiae tuae velocissimus constitui rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam mouebis. Nunc ab Tanai exercitum accerses flumina oppones: scilicet quia tu fugiturus es, hostis sequi non potest. Iter utrique commune est, vicit ortu ius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamen est spes. Quin validoris occupas gratiam, de disque te? ut cuncte cesserit, meliorem fortunam de ditius quam hostis habiturus. Alienum habes regnum, quod facilius eo careas. Incipies iustus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi & dare potest regnum & eripere. Consilium habes fidèle, quod diutius exequi superuacuum est. Nobilis equus umbra quoq; virgine regitur, ignarus ne calcari quidem concitari potest. Bessus & ingenio & multo mero ferox, adeò exarsit, ut vix ab amicis, quod minus occideret eum (nam strinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe è coniuicio profiliuit, hancquaquam potens mentis. Cobares inter tumultum elapsus ad Alexandrum transfugit. Octo milia Bactrianorum habebat armata Bessus, quae quamdiu propter cali intemperiem Indiam potius Macedonas petiuros crediderant, obedienter imperata fecerunt. At postquam aduentare Alexandrum compertum est, in suos quisque viros delapsi Bessum reliquerunt. Ille cum clientum manu, qui non mutauerant fidem. Oxo amne superato, exustisque nauigis quibus transierat, ne ijs dē hostis ueteretur, nouas copias in Sogdianis contrahebat.

DEIS PATRIS) Persarum vel Bactrianorum ritu dijs suis, quos suprà expressi, & fusè ex Herodoto, Xenophonte, Strabone, alijs tradit Brissonius. Ritus autem hosce sacrorum acceptos à Zoroastre Bactrianorum rege, Persis & Bactrianis dictatos existimem, vt qui eisdem etiam leges tulerit, primus iartes magicas inuenisse dicitur & mundi principia, siderumque motus diligentissime spe classe.

Alex. ab Alex pa. 339. in par. uo. lust. I.

IN TER EPVLAS DE BELLO CONSULTABAT) Hoc Persæ etiam, hoc veteres Græci, hoc Romani quoque factitasse rerum scriptores telluntur. Ammianus Marcellinus, *Inter epulas*, inquit, lib. 18. de apparatu bellorū, & serīs rebus apud Persas, Graiorum more veterum, consultari solet. Strabo. ἐν θυραις. Inter pocula de rebus maximis consultant, eaq; firmiora ijs qua sobriū decernunt. Alexander Neapol. Et Græcis, quibus vetustissimo more usurpat, ut postquam magnificè epulati fuerant, quasi refoto animo, de bellis decernunt largioribus poculis. De populo Romano Liuius, quando L. Aemilium facit apud populum concessionem: Nam nunc quidem, inquit, quod vulgo fieri hoc præcipue bello animaduerti, nemo tam famæ contemtor est, cuius non debilitari animus possit. In omnibus circulis, atque etiam, si dijs placet, in coniuījs sunt qui exercitus in Macedoniam ducant, vbi castra locanda sint, sciant, quæ loca præsidij occupanda, quando, aut quo saltu intranda Macedonia, vbi horrea ponenda, quæ terra, mari, subuehantur commeat, quando cum hoste manus conferenda, quando, quando quædo quiescendum sit. Nec quid melius faciendum sit quam statuunt, sed quicquid aliter quam ipsi censuere, factum est, consulem veluti dicta die accusant.

GRAVES MERO SVAS VIRES TOLLERE) Planè in galeatos hos & madidos lepores, ac timidas vulpes conuenit Græcorum senarius:

Oxoraθοτες, ἐν μάχῃ * ἀλαπέχεσ

*vulpes

Leones in coniuicio, lepores in campo.

Iliad. 6.

--- Πάστιν δὲ παραγέ περι κάππετεθυμός.

--- Inque pedes cunctis mens decidit imbus.

Dux lingua, quā manu promtior.

CVM RETROCEDENDO) Hoc sanè Dario suaserat suprà non Bessus, sed Thymodes Græci militis ductor, qui mercede militabant contra Græcos. Iamq; Græci milites, inquit, quos Thymodes à Pharnabazo accepérat, præcipua spes & propemodum vnicā ad Darium pertinuerant. Hi magnopere suadebant, ut retro abiret, spatiofuso que Mesopotamie campos repeteret. Si id consilium damnaret, at ille diuidere saltem copias innumerabiles, neu sub vnum fortuna illū totas vires regni cadere pateretur.

ANGUSTISSIMIS FAVCIBVS) Cilicia, vti suprà explanatum est, admodum aspera est, & tres angustissimos aditus habet, per Taurum è Cappadociæ, & monte Amano quæ Amnicæ pylæ dicuntur, & è Syria quæ portæ Ciliciæ vocantur. Gratulabatur sibi iam tum Alexander latus, quod omni expeterat voto, in illis potissimum angustijs decerne adum fore.

lib. 3. c. 13.

1.3. c. 16.

TOT FLUMINIBVS) ijque maximis Euphrate, Tygrī, Araxe, & alijs.

MONTIVM) Gordyæorum, & Armeniæ, & Susiorum, & Vxiorum ripum voraginibus ab Alexander post prælium ad Gaugamelam superatis.

IN SOGDIANOS) Horum multa & suprà & infra mentio, vbi regio quoque illorum describitur.

c. 24. libri huic.

OXVM) Cum hic primum Oxus amnis occurrat, & infra sèpius recurrat, iuuabit aliquid de illo ex optimis auctoribus memorare, ac primum de etymo & vocis origine, tum de flumine ipso.

Goro-

Goropius in Indoscythicis à Cimmeria seu Scythica, hoc est, Germanica voce dictum ait Oxum,
 *In variâ quod prima syllaba Germanis bouem sonet. Flumina autem ex * Aelianî sententia non pauca bo-
 *l. 5 p. 469. um imagine veteribus pingi confuerunt. Porro, inquit * Goropius, nec ipsa flumina præcipua Oxis &
 Iaxartes aliundè videntur, quam de prisca illa lingua nominaretinuisse. Aelianus in varia història com-
 memorat apud plurimas gentes fluuios imagine boum pingi, ut apud Stymphalios, Erafenum, & Metopam:
 apud Lacedæmonios, Eurotam: apud Sicyonios & Phliasios, Asopum: apud Archiuos, Cephisum. Hinc de Ache-
 loo in taurum mutato & de Hercule cornu eius desfringente exorta est fabula. Nihil igitur absurdii nihili di-
 cere videbor si Oxum à capite bouis dictum esse affirmem. Ox enim vel Os, vt alij proferunt, bouem notat,

*habet

* h̄st verò caput. ita vt Ox et caput sit bouis, aspiratione insibilo duplicitate delitescente. Hinc Græci
 Oxis, Latini more suo Oxis fecerunt. Causa nominis à magnitudine capitis videtur petit a, quod latissima
 fronti duo magna fluminis ostia veluti cornua addita videretur, quibus contra mare Caspium veluti Taurus
 magno boatu irruit, Acheloo bicorni longè vastior, & in utroque ostio insulas aliquot complexus. Iaxartes
 facilis est intellectu, si exponatur quid sit Jaghart, quod nobis idem est quod accelerò vehementer, Jagen
 enim accelerare est, & hart vehementer: vnde venatores à celeritate qua vti debent, dicuntur Jagers. Hic
 enim arctior multò est quam Oxis, quo sit ut celerius quoquierapiatur. Arrianus, nisi liber meus sit mendoſus,
 Oxantem ab incolis à Græcis Tanaim dicit nominari, agnoscens tamen alienum esse Tanaim ab Herodoto
 descriptum, qui Europam ab Asia discernat. Ortu est hic error ex eorum adulazione, qui credi voluerunt A-
 lexandrum ad Tanaim usque penetrasse, non minore à veritate interruſo, quā illud est quod inter utrumque
 fluum continetur. Hinc de aris Alexandri ad scitios Riphæos montes sitos: hinc de legatione ab Europa à Scythis missa: hinc de Amsonibus commenta prodierunt. Hæc Goropius. Nunc de flumine ipso au-
 diamus. Non immerito Beslus Oxo traecto in Sogdianos fugit, ut flumen, quod Bactrianos à Sog-
 dianis diuidit, tanquam murum obijceret, quod illud Alexander æḡre transflitus videbatur. Nam
 l. 3. p. 74. f. ita Arrianus: Oxis flumini è monte Caucasi fluit, omnīm Asia fluminū quotquot Alexander cum exercitu
 adiit maximum, Indorum fluminib⁹ exceptis, bac enī omnia flumina magnitudine superant. Oxis porro in
 mare magnum iuxta Hyrcanianam influit. conanti Alexandro flumen transire, nulla se facultas offerre videba-
 tur, namque eius latitudo ad sex maximè stadii extenditur, altitudo latitudini non responderet, sed profun-
 dior & fabulosus est. Cursus fluminis adeò rapidus, ut facile quæ vado insixa fuerint, subuertat, secumque
 rapiat, ut pote quæ ob sabulum firmiter stabilita non sint. adhuc, materia etiam pontibus struenda deerat.
 Multum præterea mora faciendum videbatur, si ex longinquō apportanda essent quæcumque ad flumen pon-
 te iungendum erant necessaria. Collectis itaque pellibus, sub quibus milites in tentorijs degebant, sarmentis
 quām maxime siccis eas impleri, accurataque vinciri & consuī iubet, ne aquam aliqua ex parte admittere
 possent. quibus ita obligatis & consutis, exercitum quinque dierum spatio traduxit.

l. hoc c. 23. Curtius in fr̄a limosum & semper turbidum fluere dicit, & potui insalubrem. proinde mirum
 non est, quod hic narrat multo plures ex hausto intemperantius flumine, quām vlo prælio interi-
 fe. Laudat Oxi & Dionysius in sua periegeli.

p. 58.

Tοῦ δ' ἐπιπρὸς Βασέν χωρῶσι μοιοῖς ἐπι γῆς

Σγρδας, οἵ δια μέσον ἑλίστεται πρὸς Ω̄θ,

Οσελιπών ήμωδὶς ὁρθ, μετὰ Κασσὶδα βαλλεῖ

Hos autem, post ad Boream Chorasmij: post quos terrā

Sugdiana, cuius per medium voluitur sacer Oxis,

Qui linquens Emidum montem in Caspium(mare) labitur.

*c. 25.
*c. 52.
*l. 6. c. 16.

Quæ Eustathius hic de fonte reperto narrat, * in fr̄a suo loco monebimus. Solinus Oxum ex lacu
 Oxo deducit, ad cuius oras ait colere Henichos, Batenos, Oxis, Tagas, & maiorem partem Ba-
 etros Plinius * Derbices quorum medios fines fecerat Oxis amnis, ortus in lacu Oxo. Plutarchus in Alex-
 dro, de eodem Oxo. Sed hunc locum in prolusionibus adduximus.

*lib. 12.

CHORASMIOS) Hos, ut legisti, Dionysius post Sogdianos ponit: Nec Plinius tacet: * Strabo
 Chorasmios indiget: τὸ δὲ τῷ Μαστάγετῷ καὶ τῷ Σακῶρ θνάτῳ καὶ χωρασμόνιοι:
 εἰς οὓς ἀπὸ τῷ Βαχτριανῷ καὶ τῷ Σογδιανῷ ἐφύε Σπιταμένης, εἰς ἐκ τῶν ἀπορράντων Περσῶν τὸν Αλέξανδρον,
 καθάπερ καὶ δύο θεοὺς Θεοὺς Καλλίνυχον φεύγων εἰς τοὺς Ασσανταράς. De Massagetarum &
 Sacarum gente sunt etiam Attasij & Chorasmisi, ad quos è Bactrianis & Sogdianis fugit Spitanenes
 Persarum vnius, qui ab Alexandro profugerunt, ut & Bessus. Sed & Arsaces postea cum fugeret Callinicum
 ad Aphaiatras se contulit.

c. 20.

DAHAS) dictum aliquid de his lib. 4. c. 27. Strabo Djas sine aspiratione appellat in fr̄. οἱ μὲν δὲ
 πλεῖστοι τῷ Σκυθῶμ ἀπὸ τῆς Καστίας θαλάττης ἀρχαί μενοι Δάει προσαγορευονται, τοὺς δὲ προστέχεις τοῖς
 μᾶλλον Μασταγέταις καὶ Σάκαις ονομάζοσι. Plerique Scytharum, qui à Caspio mari incipiunt, Daae appellantur. Orienti viciniores Massagetae & Sacae. Solinus: Chalybes & Daha in parte Asiatica Scythia crudelitate
 nihil ab immanissimis discrepat. Et c. 52. Inter Scythes etiam cum alijs gentibus Dahas recenserent. Est ho-
 rum etiam apud Plinium & Melam patsum mentio.

*li. 6. c. 4.

SAGASQUE) hos alij plerique Sacas vocant, Mela Sagas, ut sup̄ à * monui, Scythesque com-
 muni nomine plerosque Sagas dici affirmat. Originem hujus vocis copiosissime explicat Goropius
 in Saxonice, ubi simul ostendit, quid sit Saga, Sagio, presagio, sagax, sagmina, sagaris, & hoc genus alia;

que

quæ multis paginis pertractat, ad quas curiosum lectorem mitto. Recentioribus ijdem sunt Sacæ, qui priscis Sagæ. De Sacis multa passim Strabo, Ptolemæus, Plinius, alij. Sed res Sacarum gestas & bella & bellatrices ac belluas Sacarum enucleatus exponit Siculus in Bibliothecæ lue secundo, ubi Zarinam Sacarum reginam laudat, & pyramidem illi post mortem erectam scribit. quæ ego ne longior sim, prætereo: Gens, uno verbo, est Scythica, & Scythes Persæ communi voce omnes Sacas appellant: sicut Scythaæ Persas, Choracos.

TANAIM AMNEM COLENTE SCYTHAS) Non penetrauit ad hoc flumen Alexander, sed ad Iaxartem, quem Schytæ Silin nominant, Exercitus Alexandri Tanain credidi. Verum Dæmodamas, inquit Solinus, dux Seleuci & Antiochi satis idoneus auctor, transuersus amnem istum, titulos omnium supergressus (Herculis, Liberi, & Alexandri) alium esse, quam Tanaim deprehendit. Arrianus ab accolis nō Iaxartem, sed Orxantem dicit appellari, nec illum esse qui Europam ab Asia l.3.p.76. & diuidit, sed diuersum ab illo: Describit hunc Strabo initio libri 11. Curtius infrâ, ad quem locum plura.

QVORVM NEMINEM ADEO HVMILEM ESSE, VT HUMERI EIVS NON POSSENT MACEDONIS VERTICEM AEQUARE.) Quantopere barbarorum horridi vultus, & proceræ Titani, Cycoplum, & Gigantum moles totos terruerint exercitus, docent historiæ. ac de Geographia tradidit ipse Cæsar, cum suas legiones ad aliorum duntaxat narrationem, affirmat pñne exanimatas: ad ipsum Cæarem.

l.1.p.29.
in 4.

Inde factum etiam, vt Marius aduersus Cimbros prælium commissurus, priusquam manus consereret, ne subito barbarorum truculento aspectu & habitu sui percellerentur, eos saepius valleum castrorum ascendere iuberet, vt inde hostium vultus, promissas comas, hirsuta ora, giganteam proceritatem corporum contemplarentur, atque spectaculis huiuscmodi adsuenserent. Vnde, firmatis militum animis victoriam ab eisdem reportauit. Proinde sapienter Vegetius censuit l.3.c.12. cum scripsit: Animi panè omnium hominum hoc naturaliter euerat, vt trepident, cum ad conflatum venerint. Sine dubio autem formidolosiores sunt, quorum mentes ipse confundit aspectus. Sed hoc remedio formido lenitur, si antequam dimices, frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines, vnde & videre hostem, & agnoscere consuecant. Quid si accedat horrendus elephontorum barritus, alteque turres armatorum, quos immanes belæ dorso ferunt? si equitum galeæ rictibus ferarum terribiles, aliaque inusitata & militi domestico antea inuisa?

Sed enim Macedones nec huiusmodi larvis galærarum, nec vastis molibus corporum, nec insolito elephontorum occursu, nec subito quadrigarum incursu, iam pridem omnibus huiusmodi spectaculis adsueti, terrebantur: Vt frustrâ fuerit Beslus talia fortibus viris minando.

CONCLAMANT TEMVLENTI) οἱ θεάποντες Ιάχχοι οἱ θεάποντες ἀργοί.

Induperator coniugalis, non martialis.

COBARES) Siculus Bagadaram appellat, qui rem copiosius exponit:

p.554.

COBARES MAGICÆ ARTIS PROFESSIONE CELEBER) Multa super magis, & magia super ex Brissonij regno Persico allata & disputata, quæ tu apud eundem videbis l.2.p.179. Hic Curtius videtur de Magia superstitionis, præstigiatrixe, & dæmoniaca loqui. Omnis magiæ, naturalis, artificialis, & præstigiatrixis formas describit doctissimus noster Delius Disquis. mag. l.1.c.2. quem consultus. Curtius de artificiali videtur loqui, cum artem appellat.

NATIONE MEDVS) Medi cum Persis magiæ repertores traduntur, credo quod Medea, à qua * vel eius gens nomen accepit, magiæ disciplinam suis tradiderit. Suidas in voce μαγική ταῦτη ἐφεδρον Μῆδοι. καὶ Περσῶν ἡδιαφέροντες γοτθεῖσι καὶ ἀντίς φαρμακεῖσι. Hanc Medi & Persæ inuenierunt, quæ differt à præstigijs & beneficij. Iustinus tamen in primo, Zoroastri Bactrianorum regi magiæ inuentionem adscribit.

CVM PRAEFATVS ESSET) Cum reliqui duces & coniuæ, Beslus consilium laudassent, ei que certatim acclamascent, & crater fausta Beslo precantum, Alexandumque execrantium, in orbem iret, iamque ordo Cobarem tangeret, siue proximus Beslo, siue extremis, siue medius a sideret, priusquam exponeret, quod sentiret, modestè quasi deprecaturus dandi consilij officium, non ignorare se dicit, seruo (ita administrari regum quamvis purpurati, amici, & duces se demissionis gratia vocabant, & à regibus appellabantur) vtilius esse parere, quam consilium dare, quod parendo commune duntaxat omnibus periculum sit expectandum aut subeundum; consulendo vero, si res malecedat, proprium sibi creet exitium. Consilium enim, etiam bonum, consulti pessimum, quando malecedit. Dum haec modestè præfatus est Cobares, & Beslus multo mero calens nondum assequetur, quorum Cobaris præfatio pertineret, poculum, quod manu tenebat, Cobari tradit. Nam haec mens Curtij, non illa, quasi Cobares Beslo propinasset, vt verba non optimè inter le coherentia videntur docere. Is (Cobares) cum præfatus esset &c. poculum ei propinavit, verba sonant, quasi Cobares Beslo poculum tradidisset: Is inquit poculum ei propinavit, Cobares Beslo intelligeres, sed Beslus ei (Cobari) porrexit desideratur. vox Beslus ante vocem (ei) collocanda. Cobares priusquam poculum libaret, cœpit à communis loco & intentia attentos reddere auditores.

NATV-

NATVRA MORTALIVM PRAVA ET SINISTRA) Notus senarius:

Hebes minus in aliena quis re, quam in sua est.

Nemo sibi satis sapit vñquam.

Accinunt oracula sacra. Ne innitariis prudentia tua. Ne sis sapiens apud temeripsum. Illa demum vera prudentia est, suæ non nimis fidere prudentia.

TURBIDA SVNT CONSILIA EORVM, QVI SIBI SVADENT) An hinc natus senarius?

Qui consulit sibi, turbidè sibi consulit.

METVS, CVPIDITAS) affectus principes metus, cupiditas, odium, spes, ira. quæ

Impedient animum ne posset certare verum?

NATVRALIS AMOR) φιλαυτία mentem occidet. Verè Socrates dixit, Rectius de partu iudicare obstetricem, quam matrem.

IN TESUPERBIA NON CADIT) Hoc Cobares magis ex ἐπικείᾳ, quam animi sententia dixit. quid enim adegit Bellum, ut Darium occideret, diadema & purpuram indueret, quam superbia?

QVOD IPSE REPERIT) Quot versus, tot sententiae, quod ut verè Cicero de Euripidis carminibus dixit, ita de Curtio dici possunt, vbi orationes instituit. Hic respicit parœmiam:

Suum cuique pulchrum.

de quâ parœmiographus totas paginas conscripsit, quem tu, si lubebit, videbis. Idem senarius docet,

Sapè peccat semet uno consultore qui nititur.

RECIVM INSIGNE) diadema. Quis nescit verba Curtij sole clariora, sed volet politiorum litterarum doctor, in cuius gratiam hæc potissimum commentamur, verba tententijs & exemplis confirmari. vtrumque accipe. Exemplum è Val. Max. Rex etiam ille, inquit, subtilis iudicij, quem ferunt trāditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret, retentum diu considerasse, ac dixisse: O, nobilem magis quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis solicitudinibus & periculis & miserijs sit resertus, ne humili quidem iacentem tollere vellat.

Lip. in E- Græcè & vñlæ reges, à πò τῷ ἀράξῳ ἔχεi dictos, à gerendis curis Plutarchus interpretatur, Proin- xemp Poli. de officium regis, Admittere in arnum totius reip. curam, & populi fata suscipere, & oblitum quodammodo sui, gentibus viuere. Accipere innumerabiles vndique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot vrcis, & alijs. bibis, nationibus, & prouincijs cogitare, noctes omnes diesq; perpeti solicitudine, pro salute omnium cogitare. In varia. Rex verus, inquit apud Aelianum Antigonus, seruus est suorum, non herus.

CNSILIO, NON IMPETV OPVS EST) Consilia sapè perdit optima impetus. Velleius l.2. Diffusa debant optimates, sed consilia impetu vieta sunt.

CANEM TIMIDVM VEHEMENTIVS LATRARE) Latrat magis canis, quam mordet degener, Thrasoniu est, inquit Aadiographus, turgidis minis dira moliri. At Cbremes ad rem gerendam promtior. Sic & Athenienses ad bene dicendum, quam ad gnauiter agendum accommodatores fuissent leguntur. Nec Aeacis promtum fuit dicere, nec Vlyssi bellare: Et Lacedemonij verbis parcissimi, virtute longè præcelluerunt. Et apud Homerum Græci taciti pugnam ineunt, sed vim spirantes, cum barbari immanni clamore accurrerent. Deniq; mulieres lingua melius, quam viri belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subiicit allegoriam, hūc similem, Altissima quoque flumina minimo sono labi. Nobile huius dicti Curtiani documentum in frā est l.9.c.3. Nobiles, inquit, ad venandum canes in ea regione sunt, latratu abstiner dicuntur cum videre feram, leonib. maximè infesti.

Altissima quoq; flumina minimo sono labuntur.

Minimo sono labuntur flumina maxima.

Hoc, inquit Gruterus, Principibus inculcadum, qui norint, peragere tranquillam potestatem, quod violenta nequeat. violenta nemo imperia continuit diu. Sed meo iudicio non hoc à Curtio hic dicitur, qui stolidos ait inconsultè agere, vociferari, tumultuari, clamitare; sapientes contrà tacitè consilia premere, locumque & occasionem dicendi agendique captare & expectare, ac tum demum instare, vrgere, & rem ad scilicet exitum deducere.

QUALICVNQUE IN TER BARBAROS PRUDENTIA) Sapè profecto maior quam inter Græcos & Romanos. Quoties à Barbaris capta est Roma? quoties Græci inter se discordes, remp. vel Barbaris vel alijs conquellendam tradidere? Aliud in frā Barbaricæ sapientiae documentum est in oratione Scytharum.

AVIDENTIS SUSPENDERAT EXPECTATIONE SVI) Ita Acidalius verè emendauit: Palmerius & Modius: *In his audientium suspenderat expectationem: Ab veroque inquit, nos dissidentius: minore licentia fecerim: In his audientis (quod est, audientes) suspenderat expectatione sui. Vide vulgariam lectionem: videbis ex eius vestigijs hanc eductam. Nam quid ego etiam dicam, quod ipse statim agnoscis, Latinum magis esse, suspendere aliquem expectatione, quam alicuius expectationem? Editi: In his audientium suspensam dederat expectationem sui. &: In his audientium expectationem sui spem dederat. &: In his audientium suspenderat expectationem. Sed placet Acidaliana castigatio, cui suffragatur in frā ipse Curtius lib. 9.c. 14. eodem modo locutus: Ea ipsares omnium animos expectatione suspenderat.*

EXPLANATIONES.

421

TVM CONSILIVM APERIT) præfatus illa, & magna sui expectatione excitata ad rem ipsam venit, & consilium suum exponit, cuius, quamvis salubris Beslus capax non fuit, quod illum numeris vindicta persequeretur, & in exitum traheret.

VELOCISSIMVS REX) De velocitate Alexandri dictum l. 5. c. 11. nullam virtutem regis istius quam celeritatem laudauerim. Par huic Iulius Cæsar, cuius celeritatem saepius prædicat ipse Cicero in Epistola. Notum illius dictum: Veni, vidi, vici.

ANTEILLE AGMEN QVAM TV MENSAM ISTAM MOVEBIS) hyperbolixος hoc. Dictum factum. paræmia est de redicto citius perfecta. $\delta\mu\acute{\epsilon}\pi\theta\acute{\epsilon}$ $\delta\mu\acute{\epsilon}\pi\theta\acute{\epsilon}$ Latinis. Cum dicto, dicunt, pro eo Adagijs quod est, statim postea quam dixeris. Et Virgilius:

--- & dicto citius tum i a æquora placat.

SUMMUM APPARET EX HOMERO, APUD QUEM EST HOC CARMEN,

$\alpha\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\kappa\acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}$ $\delta\mu\acute{\epsilon}\pi\theta\acute{\epsilon}$ $\delta\mu\acute{\epsilon}\pi\theta\acute{\epsilon}$ id est.

Mox simul ac dictum est verbum, res ipsa perfecta est.

Idem Gracis dicitur vnicca voce $\alpha\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\kappa\acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}$, quod à militari clamore translatum videtur, quo nonnunquam funditur hostis, priusquam ad manus fuerit ventus. Sic vsus Thucidides sic Theoponipus vsus est, pro $\kappa\acute{\epsilon}\alpha\acute{\epsilon}\tau\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}$, idest, vi ac virtute, non ex insidys. Quisquis enim insidias molitur hosti, filet: qui fidit viribus suis, cū clamore irruit in hostem. Quidā putat dictum à bubus, vt deductum videatur ab arantibus, qui quum pollicentur se eodem die, idest, $\alpha\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}$ aliquid operis absoluturos, dicere solent $\alpha\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\kappa\acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}$, hoc est, priusquam disiungam boues. Transfertur ad cuiuslibet actionis celeritatem, vt perinde valeat atq; $\pi\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\alpha\acute{\epsilon}\chi\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\mu\acute{\epsilon}$ $\alpha\acute{\epsilon}\nu\acute{\epsilon}\kappa\acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}$.

NUNC AB TANAI EXERCITVM ACCERSES) refutat consilium Bessi, qui dixerat, venturos ad Tanaim coentes Scythas: ac si diceret, ferò vocabis in auxilium Scythes: priusquam ad Tanaim accedas, Alexander supra caput erit, & iugulo tuo hæredit.

FLVMINA OPPONES) alterum consilium Bessi, le Oxum flumen velut murum hosti obiecturū. Quasi verò, inquit Cobares, quā tu fugiturus es, ille non possit tequi: non meministi vulgo dictum:

Quocunque vnu fugis, potest alter sequi.

Pari arguento Darius iuprā conatus est Alexandrum ab insequendo deterrere, quando dixit, l. 4. c. 10. Transeundum esse Alexandro Euphraten, Tigrimque, & Araxen, & Hydaspen magna munimenta regni sui, additis etiam barbaris gentibus, Medis, Hyrcanis, Bactris, Indis, Sogdianis, Arachois. Sed quid Alexander? quocung; ille fugere potuisse, ipsum sequi posse, desineret terrere fluminibus, quē sciret maria transisse.

ITER VTRIQVE COMMUNE EST) imo victori tutius, quia nihil timet. *Metus, fugam qui cogit, moratur fugam: & vt strenuus sit & velox, spes tamen est velocior.*

QVIN VALIDIORIS OCCUPAS GRATIAM) hoc salubre Cobaris & vnicum consilium, si sequetus fuisset Beslus, fortasse veniam, (vt Nabarzanes & alij Darij duces) impetrasset. Nabarzanes certè Bessi socius & coniurationis participes fuerat, & nihilominus per dedicationem veniam & gratiam impetravit. Satibarzanem quoque in fidem receperat, sed iterum defientem bello persecutus est, quoad duello cum Erigyo inito vixit caderet.

ALIENVM HABES REGNUM) quod antea Darij fuit, nunc victo Dario Alexandri est, quia te iustum potest regem facere.

NOBILIS EQVS VMBRA QVOQVE VIRGAE REGITVR) De equorum docilitate, alijsque virtutibus, & sensu prope humano multa Solinus, & ex illo pleraque Lipsius, vbi etiam de Bucephalo cent. epist. 3. ad Belgas epist. 56. ad contubernales. De la Cerda ad 4. aen. vers. 41. Et Numida infirmi cingunt. Et nos ad Martial. epigr. 23. lib. 9.

Et Massilæum virga gubernet equum.

Miror tamen nec ab illis, nec à nobis hunc nobilissimum Curtij locum animaduersum & notatum, quem Gruterus contulit in suas gnomas:

Equum generosum etiam umbra virginæ rexeris.

Scriptis & Simon homo Gracis, quem Xenophon laudat, librum de equestris, & Xenophon ipse, in quo equum ab ungula ad ceruicem describit, multaque de frænis docet, sed de equo umbra virginæ regendo nihil.

BESSVS INGENIO FEROX) Beslus & animi impotens, & Baccho furens, & fato iam suo destinatus, nulliusque salubris consilij patiens, insanire, furere, & rabire, atque in salutis suæ auctorem ferrum stringere. Sed Cobares siccus & saluus ad Alexandrum eus sit, tutior apud sobrium hostē, quam ebrium amicum futurus.

PROPTER COELI IN TEMPERIEM) De hoc c. 4. suprà iam audisti, cum dixit Curtius: In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quicquid malorum tollerare potest, pertulit inopiam, frigus, laßitudinem, deflationem. Ex hac Paropamilarum regione Bactriani ad occidentem spectantes existimabant Alexandrum ad meridiem, Indiam versus, iter conuersurum, vt ad mitiores statim terras perueniret. At vbi inaudierunt, illum superato Caucaso, recta ad se contendere, Bactrianj deserto Beslo in patria remantere, Beslus cum sua familia tantum Oxum traiecit, vt apud Sogdianos nouum exercitum conscriberet.

CAPUT VII.

ARGUMENTVM.

Inopia commeatus in copijs Alexandri. Bactrianos describit.

Alexander Caucasum quidem (ut supra dictum est) transferat, sed inopia frumenti quoque propè ad famem ventum erat. Succo ex Sesama espresso, hand secum quam oleo artus perungebant. Sed huius succi ducenis quadragenis denarijs amphoræ singula, mellis denarijs CCC XC. CCC. vini estimabantur, triticin nihil aut admodum exiguum reperiebatur. Syros vocabant barbari, quos ita solerter abscondunt, ut nisi qui defoderunt, inuenire non possint. In ijs condita fruges erant: In quarum penuria milites fluviatili pisce, & herbis sustinebantur. Iamque hac ipsa alimenta defecerant, cum iumenta quibus onera portabant, cedere insit sunt. Horum carne dum in Bactrianos peruentum, traxere vitam. Bactriana terra multiplex & varia natura est. Alibi multa arbor & vitis largos mitesque fructus alit. Solum pingue trebri fontes rigant. Quæ mitiora sunt, frumento conservantur: cetera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem eiusdem terræ steriles arena tenent. Squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit. Cum verò venti à Pontico mari spirant, quicquid sabuli in campis iacet, conuerrunt. Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. Itaque qui transiunt campos nauigantium modo, noctu sidera obseruant, ad quorum cursum iter dirigunt, & propemodum clarior est noctis umbra quam lux. Ergo interdiu inuia est regio, quia nec vestigium quod sequantur, iuueniunt. & nitor siderum, caligine absconditur. Ceterum si quos ille ventus qui à mari exoritur deprehendit, arena obruit. Sed quæ mitior terra est, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. Itaque Bactriani equites XXX. millia expleuerat. Ipsa Bactra regionis eius caput sita sunt sub monte Paropamiso. Bactrus amnis praterit mœnia: is urbi & regioni dedit nomen.

Succo ex Sesama espresso havd securus quam oleo artus perungebant) Sesama & Selamum latinis, Plinius lib. 18. c. 10. Sesama ab Indis venit, Columella lib. 11. c. 7. Petronius, Plautus, alij in neutro dixerunt Selamum. Græcis σίσαμον apud a Theophrastum, & b Dioscoridem, Homerum σύραμις: Arabibus Semsem aut Sensera. Italis Sesamo. Hispanis Lorgilim & Allegria. Gallis, Iugoline, Germanis Spuria voce Leindötter aut flachsdötter quam tamen vocem docti reiciunt, nec formam penicillo vel cælo expressam & fibiectam probat Matthiolus ad Dioscoridem.

Dioscoridem de Sesamo leges l. 2. c. 92. & Matthiolum ad eundem. Galenum quoq; l. 8. de simplicibus medicamentis.

Est mentio Sesami apud a Homerum, b Plautum, c Petronium.

Plautus:

Obsecro hercle, vt mulsa loquitur.
---- Milpho. Nil nisi laterculos,
Sesamum, papaueremq; triticum, & frictas nuces.

Homerus:

Οὐδὲ πλανῆς ταῦτην οὐχι πολὺν σισαμῆνα.

Neq; placenta extensa, qua habet multam sisamiden.

Videntur, vt est in notis ad illa Petronij, mellitos verborum globulos & omnia dicta factaque, quasi papauere & Sesamo sparsa, antiqui dulciarijs operibus, palati gratia, Sesamum aspersisse. Macedones tamen ab eis Sesami abstinuere, sed liquore inde espresso, velut oleo artus inunxere.

SED

SED HVIVS SVCCI DVCE NIS QUADRAGENIS DENARIIS AMPHORAE SINGVLAE)
 Veniebat ergo amphora vna quatuor & viginti philippicis numis : ita ut Philippicus, viginti victoriatis seu quadraginta sestertijs numis æstimaretur , hoc est , argenteo qui octoginta cruciferis seu viginti basijs, vt vulgo appellantur, constabat. Amphora vulgaris continet bat quadraginta octo sexarios, qui efficiunt hodie quatuor & viginti mensuras nostrates . Denarius octo stauropharis seu cruciferis permuteatur: qui decem olim aliis respondebat , unde & nomen Denarij à decem assibus accepit . Qua de re copiosè disputant in commentarij ad Martiali- vt & de amphora. Iam si ducas octo in 240 prodibunt 1920. quæ si per 80. diuidas, reperies 24. & habebis precium vnius amphoræ succi Sesami, & vnum Philippicum pro vna mensura.

Tu interim obserua loquendi modum Curtij , qui non dixit vnam amphoram, sed singulas amphoras, non ducentis quadraginta, sed ducenis quadrigenis , vt mox ex numeris sequentibus legendum. **Mellis amphoræ singula trecenis nonagenis**, non trecentis nonaginta, & vini trecenis singula enim cum singulis comparantur, & semper in toto numero sunt plures, quam vnu. Ut si ducentis quadraginta pueris dicas, Eant omnes in campum non turmatim, sed singillatim , hoc est , alter post alterum: ita dicimus . Eant bini, vel terni , vel quaterni, vel quini, vel deni, vel viceni, vt solet in instructa militum acie fieri. Ita auctores scribunt binis castris, denis, quaternis castris Cæsar venit Romam, Dirachium, Philippus.

Iam treceni nonagenarij denarij, quibus amphora mellis venibat, efficiunt triginta nouem Philippicos. Ita mensura mellis erat sesquiphilippico & lequitertio victoriato.

Amphora vini trecenis denarijs, hoc est, triginta Philippicis : mensura quinque & viginti vi- & Anderhal-
toriatis, seu uno Philippico & quadrante constabat, qui viginti continent cruciferos.

TRITICI NIHIL, AVT AD MODVM EXIGVVM REPERIEBATVR. SIROS VOCABANT BARBARI) In Siris condebant barbari frumentum, ne ab exteris vel vicinis etiam reperiatur , & auferretur. Siria autem fuerunt scrobes subterraneæ vel speluncæ, vel cryptæ, vel putei , in quibus triticum etiam ad quinquaginta annos poterat incorruptum seruari. De Siris a Varro, b Vitruvius, rust. l. i. c. Columella, d Plinius, Varronis verba sunt: Item huius generis alia, quidam granaria habent sub terris, cap. 57. vti speluncas, quas vocant σερπος, vt in Cappadocia ac Thracia. Vitruvius Cryptas vocat . Qui autem b Vitruvius fructibus rusticis seruunt, in eorum vestibiliis stabula, taberna, in adibus cryptæ, horrea, apotheca, cætera que qua ad fructus seruandos magis, quam ad elegantia decorem possunt esse, ita sunt facienda . Columella lib. 6. c. 8. lai. 1. c. 6. Siros ita describit: Possunt etiam defossa frumenta seruari, sicut transmarinis quibusdam prouincijs , vbi d Plin. 1. 18. puteorum in modum, quos appellant Syros, exhausta humus, editos a se fructus recipit. Plin. verò: Vtilissime, cap. 30. inquit, seruantur in scrobibus, quos Syros vocant, vt in Cappadocia & Thracia: ita frumenta si nullus spiritus penetrat, certum est, nihil maliscum nasci. Varro auctor est , sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium verò centum. Et miror ab illis Vitruvii, Plini, & aliorum, Scholia stis elegansimum hunc Curtij locum de Siris non fuisse animaduersum. Obserua interim apud scriptores nunc latina vocali scribi Siros, nunc Graeca Syros: Suida σιρπος duplicit & σιρπος δ λαχχος εν τω καταβεται τα απεγκαρα, Sirrus foosa in qua semina conduntur. Etymologus vocem παρα το τους σιρπεν deducit, quasi vox sit composita pro σιρπος à conferuandis frumentis facta & dicta.

FLUVIATILI PISCE) distinguitur à marino & lacustri.

IV MENTA, QVIBVS ONERA PORTABANT, CAEDERE IVSSI SVNT) Iumentum alij à iu- Nonius,
uando, alij iungendo dictum tradunt, cuiusmodi sunt equi, muli , & id genus doris uaria animalia, alijs.
græcè ωροφόρα. Vlpiani decreta secludunt boues à iumentis, & inter armenta ab arando potissimum cognominata numerat. Vnde, inquit Iurisconsulti, iumentis legatis non debentur. I. legatis fer- 1. 9. c. 17.
uatis. s. iumentis. D. de legatis 3. Vlpianus in l. ædiles aiunt, D. de ædiliū edictis ostendit, quæ iu-
mentorum appellatione continéntur. Curtius infrà: Consumptis igitur alimentis , Macedones primo
inopiam, deinde ad ultimum famem sentire cœperunt, radices palmarum (namque ea sola arbor gigantur)
vbique rimantes. Sed cum hac quoque alimenta defecerant, iumenta cadere aggressi, ne equis quidem abstinebant. (Pollianus & camelii, iumenti nomine accipi, cum etiam sint ωροφόρα:) Parum hoc fuit, multo atrociora de fame, obleslorum, obsidientium, & iter facientium narrant rerum scriptores . No-
ta sunt Hierosolyma, & Hierosolymis sub Titi præsentia facta, cum parentes ; quos paulo ante c
visceribus profuderant, liberos in viscera recondenter . Non ignota, quæ de Cambyle Aethiopes
* Macrobius cum infesto exercitu petente traduntur.

BACTRIANA E TERRAE MULTIPLEX ET VARIA NATURA EST) Multa mentio Ba- Herod. l. 3.
ctrianorum apud Curtium suprà , & infrà lib. 4. c. 18. laudauit Bactrianos à studio bellico : Sunt autem Bactriani vt inter illas gentes promptissimi, horridis ingenij, multumque à Persarum luxu abhorre- c. 17.
tibus, siti haud procul Scytharum bellicosissima gente, & rapto viuere assueta: semper in armis erant. Hic Ba-
ctriana terræ ingenium describit. Quod ad nomen attinet, Bactriani & Bactriana regio dicta est ab
vrbe gentis capite. Bactra vocantur vrbs ab amne proximo Bactro . Goropius in Indoscythicis à p. 468.
tritici copia nomen Bactra natum existimat. Bac enim, inquit, id est, quod panē facio: unde Bac panis, Bactren
*& Bactri qui panē facit. Trū autē significat fidū, quod bona fide commissari reponit. Hinc Bactri dicitur pinsere,
à boe, pistor nobis hodie;

à bona fide panis conficiendi regio illa, quæ copiosum frumentum producit. Bactriana igitur cum talis esset, imperatores suos, præsertim Gracos, potenterissimos reddidit, adeo ut plurimas gentes subegerint, quod Apollonius Attrammitenus apud Strabonem testatur. Hæc Goropius, qui more suo in vocis originatione ludit, diuinat, & subinde hugatur. Cæterum Bactrianorum regnum fuit olim amplissimum, regioq; mille admodum vrbes continebat, vt in x l. docet Iustinus. Siculus in secundo, de vrbibus quoque affirmat, quamvis numerum non exprimat, certè Oxyartes Bactrianorum rex, contra Ninum qui primus Bactrianis bellum intulit, quadringenta millia eduxit, & de copijs Nini centum millia interfecit, numero tamen à Nino demum oppressus & victus. Laudat magnoperè Siculus Bactra vrbem, & vrbis arcem, quam Semiramis per occultos aditus adrepens expugnauit. Mira narrat de Bactrianis Onesicritus apud Strabone in. Eos enim qui senio confecti sunt aut morbo, viuos ait proiec-
tibus dedit a opera ad hoc nutriti, quos sua lingua eutaphias, quasi vespillones, vocant: ac videri qui-
dem quæ extra murum primaria Bactrianorum vrbis sunt, pura: intus autem pleraque humanis plena oſi-
bus. morem eum ab Alexandro fuisse sublatum.

Alexander in Bactrianis octo vrbes condidit, vt eodem loco testatur Geographus. Curtius hic ingenium cœli Bactriani, terræ naturam sibi planè contrariam copiose describit, in qua re ita steriles sunt Græci, vt etiam sterilitatem terræ Bactrianae superent, quæ sicca ærena iacent, noster contrà, etiam ipsam fecunditatem regionis, vbi benignior est, vincat. Nam Bactriana alicubi fer-tilissima & vberima omnes ferè naturæ opes profundit, alicubi Ammonias paullum arenas sterilitate æquat: quæ mitis & fecunda est, abudat arbore, vite, fructibus, fontibus, pecore, iumentis, palcuis, & quicquid demum mortales ditat acbeat: quæ sicca, arida & sterilis est, nec hominem, nec frugem, nec animal, nec auem alit.

ARENA OBR VIT) planè hæc descriptio cum Plutarchi narratione, quæ iter Alexandri ad Ammonis explicat, vbi Cambysis, cuius paullò ante mentio facta, exercitum ait deletum, conue-
nit. Iter, inquit, pròlixum erat, ac cum multorum laborum ærumnarumque plenum: tum cum duobus
in Alexan-
dro p. 535.
cum Cur-
tio iunctus
Lib. r.
coniunctum periculis, uno ob aqua penuriam, ex qua desolata regio non paucorum diecum via est, altero,
si procellos in alto & vasto sabulo progredientes Auster occupauerit, vt quandam dicitur Cambysis exer-
citui accidisse, quum arena ingentem cumulum excitauit, voluitque per campum fluctus, vt quinquaginta
millia capitum obruerit, oppressitque. Idem paucis Iustinus. Ad Ammonis quoque nobilissimum templum
expugnandum, exercitum mittit Cambyles, qui tempestatibus & arenarum molibus oppressus interiit. Sed
& ipse Curtius mox infrā c. 9. Alexandri & totius exercitus arenas Bactrianas ingressi luculentè æ-
stum, stitum, loci siccitatem, omnia vapore accensa, deficientem exercitum ob oculos ponit. Canit
de iijdem arenis Lucanus in 9. vbi Catonis iter describit, & nos in 4. versus apposuimus.

IPSA BACTRA REGIONIS de Bactris, regia olim Bactrianorum sede, Zariaspa, prius dictuū, iam è Siculo 2.

CAPVT VIII.

ARGUMENTVM.

Lacedæmoniorum defectio, Erigi monomachia cum Satibarzane, & victoria.



Ic registatiua habentii nunciatur ex Gracia Peloponnesium Laconum que defectio: nondum enim viri erant, cum profici serentur, tumultus eius principia nunciatur. & aliis præsens terror affertur: Scythes qui ultra Tanaim amnum colunt, aduentare Besso ferentes opem. Eodem tempore que in gente Ariorum Caranus & Erigys gesserant, perforuntur. Commissum prælium erat inter Macedones & ariosque, transfuga Satibarzanes prærat, qui cum pugnam segnem virinque & quis viribus stare vidisset, in primos ordines adequauit, demitaque galea, inhibitis qui tela iaciebant, si quis viritum dimicare vellit, provocauit ad pugnam, nudum se caput in certamine habiturum. Non tulit ferociam barbari, dux exercitus Erigys, grauis quidem atate, sed & animi & corporis robore nulli iuuenum postferendus. Is galea demta canissem ostentans, Venit, inquit, dies, quo aut victoria, aut morte honeste

honestissima, quales amicos & milites Alexander habeat, ostendam. Nec plura elocutus equum in hostem agit. Crederes imperatum, ut acies utraque tela cohiberent. Protinus certe recesserunt dato libero spacio, intenti in euentum non duorum modò, sed etiam sua sortis, quippe alienum discrimen secuturi. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigys modica capitis declinatione vitavit. At ipse infestam sarissam equo calcaribus concito in medio barbari g居ture ita fixit, ut per cervicem emineret. Precipitatus ex equo barbarus, adhuc tamē repugnabat, sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus quo maturius interiret ictum hostis adiuvuit, & barbari, duce amissō, quem magis necessitate quam sponte fecuti erant, haud immemores meritorum Alexandri arma Erigyo tradūnt. Rex his quidem latus, de Spartaniis haudquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit, dicens, non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiae peruenisse cognosent. Ipse Bessum persequens copias mouit, cui Erigys spolia barbarae cœn opimum bellū decus præferens occurrit.

HIC) Baetris sedem habebat Alexander, siue statua, de quibus suprà dictum, & intelligi licet ex Stevvechio ad l.3. Vegetii c.4.

PELOPONNENSIVM LACONVM QVE DEFECTIO) suprà l.6.c.1. accepisti de bello Lacedæmoniorum & Macedonum, in quo agis Laconum rex in acie cecidit, Antipater Macedoniz prætor, & dux belli victor equalit. Vbi simul narratum est Lacedæmonios permislu Antipatri, missis ad Alexandrum legatis, veniam defectionis præter autores impetrasset. Hic noua exorta est coniuratio, & à Macedonibus Peloponnesium & Laconum defectio.

Peloponnesi sapè mentio fuit, est peninsula & arx Græciæ, continet Laconas, Arcadas, Achæas, Corinthum, Argos, & alios populos ac ciuitates: Lacones ergo sunt pars Peloponnesi. tabula Pe-
lопоннеси
alicubi ap-

De causa fortasse defectionis quæras, quam tamen nullam Curtius adfert, nec quod sciam alij ponenda, scriptores, nisi quod Plutarchus in Alexandro doceat, occisis Philota, Parmenione, & alijs inclitis viris, territos Græcos, adeoque ipsum Antipatrum clam inijsle cum Aetolis pacta, vt si quid sibi periculi immineret, haberet asylum. Poterat altera fuisse causa, quod præcepisset, vt omnes exules, præter sicarios ciuii languine aspersos, in suam quisque ciuitatem ab exilio reduceretur, quod initium monarchia & legum soluendarum certissimum erat indicium & argumentum. Sed huic decreto difert obnunciarunt Athenienses, quod spes et let de Alessandro nunquam in Græciam reuersi, quem ad Indos usque progressum audiuerint, quam causam ipse Alexander hoc ipso capite adfert, cum dicit, Spartanos non fuisse aulos ante sua consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiae peruenisse cognouissent.

NONDVM VICTI ERANT) iterum ergo ab Antipatro vici. Nam suprà lib.6.c.1. Antipater A-
gidem acie profligauit, & occidit. Itaque altera haec Laconum est defectio.

SCYTHAS, QVI ULTRA TANAIM COLVNT) De his infra pleniūs.

CARAVS ET ERIGYS) redi ad c.3. huius libri, vbi de his duobus & alijs ducibus Alexan-
dri contra Satibarzanes missis. Satibarzanes, vt est in lib.6.c.12. erat àiorum Satrapes, in fidem
primum ab Alessandro acceptus, à quo mox iterum defecit, & se cum Beslo coniunxit, A-
rios inuasit, & ab Alessandro auertit. Huius iam duellum cum Erigyo initum exponitur.

NON TVLIT FEROCIAM BARBARI, DVX EXERCITVS ERIGYVS, GRAVIUS QVIDEM AETATE,
SED ET ANIMI ET CORPORIS ROBORE NVLLI IVVENVM POSTFERENDVS) Ita Curtij verba mihi
in mentem reuocant paræmiam. Dares Entellum prouocas. quorum certamen nobilissimo versu de-
scriptis Maro in s. quem leges. Explicauit verbum hoc Diuus Hieron. epistola ad D. Augustin.
& Adagiographus: Memento, inquit Hieronymus, Dares & Entelli. Conueniet vti, si quando quispiam p.651. vel
inuenili temeritate laceasset aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verum intoleran- ex recog.
dum, si semel inierit. Qui senum fermè mos, vt libenter suffugiant negotia, suscepta pertinaciter gerant. Manucij
Sumtum est ex s. Aeneidos libro, vbi Dares quispiam viribus fretus & ferox iuventa, vitro profiliens in medi- pag.1124.
um, quemvis ad certamen prouocat: assurgente nemine, deterritisque reliquis, iam perinde quasi vicit
premium flagitat ab Aenea. At Entellus senex, & iam pridem ab huinsmodi genere certaminum feriatus,
instigante partim Aceste, partim veterum vicit orarum memoria, tandem surgit cestibus dimicaturus. Is diu
suo confitens loco, iuuenem insolentius circumfidentem tulit, donec frustrato ictu lapsus, pudore sic
recanduit, vt Darem iam longè inpariem planè conjecturus fuerit, nisi eum Aeneas intercedens eri-
puisset.

SVAE SORTIS) videbant enim futurum, vt à cuius parte dux cecidisset, illa vinceretur, altera triumpharet.

MODICA CAPITIS DECLINATIONE) infra l.9.c.14. de Dioxippo. Quam (lanceam) Dioxip-
pus cum exigua corporis declinatione vitaasset. Sed illa Dioxippi monomachia pedestris fuit, hæc eque-
stris:

MAGIS NECESSITATE, QVAM SPONTE) Quia Satibarzanes illorum prætor & Satrapes fuit, cuius auctoritatem penè sequi cogebantur. miles ergo, amissio capite, deditio rem fecit, non perinde credo Macedones facturi, si Erigum amisissent; sed ingens prælium, & cædes, & incerta Victoria secutura erat. Hoc duellum prope ad verbum transtulit Curtius è Diodoro, nisi quod noster omnia, vt solet, splendidius & magnificentius, Græcus breuius & siccius rem narret.

Arrianus paucissimis & ieunis verbis eandem pugnam attingit. Plutarchus omnia tacet.

OPTIMVM BELLI DECUS) Opima spolia Romani vocabant, cum dux duci occiso spolia detrahebat, & Ioui Fercio dedicabat. Quod è Liuio, Plutarcho, Dionysio Halicarnasseo, Propertio, & alijs constat. de his iam suprà Val. Max vide.

Lib.3.c.2.

C A P V T I X.

A R G V M E N T V M.

Alexander Bessum persequendo in aquarum penuriam incidit. Eiusdem patientia & miranda sitis tolerantia.

Gitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, sarcinas & impedimenta ibi cum praesidio relinquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Susitanorum intrat, nocturno itinere exercitus dicens. Aquarum (vt ante dictum est) penuria, prius desperatione, quā desiderio bibēdī sitim accendit. Per CCC. stadiam ne modicus quidem humor existit. Arenas vapor aestiu solis accendit, qua vbi flagrare cœperunt, haud secus quam continentis incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodo terra feruore excitata lucem tegit: camporumq; non alia quam vasti & profundi aquoris species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore & matutino frigore corpora lenabuntur. Ceterū cum ipsa aestus oritur, omnemq; naturalem absorbet humorē siccitas, ora visceraq; penitus vruntur. Itaq; primum animi, deinde corpora defecere. Pigebat & consistere & progredi. Pauci à peritis regionis admoniti preparabant aquam. Hac paulisper repressit sitim. Deinde crescente aestu rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleiq; erat (hominibus) ingerebatur: tantaq; dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. Graues deinde audiē hansto humore, non sustinere arma, non ingredi poterant: & feliciores videbantur, quos (aqua) defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur regerere. Anxium regem tanti malis circumfusi amici, vt meminisset orabant, animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse, cùm ex ijs qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo occurserunt utribus aquam gestantes, vt filii suis, quos in eodem agmine esse, & agrè patis sitim non ignorabant, occurserent, qui cum in regem incidissent, alter ex ijs utre resoluto, vas quod simul ferebat implet porrigens regi. Ille percontatus quibus portaret, filii ferre cognoscit. Tunc poculo pleno (sicut oblatum est) reddito. Nec solus, inquit, bibere sustineo, nec tam exiguum diuidere omnibus possum. Vos currite, & liberis vestris, quod propter illos attulisti, date.

ARTABAZO) de hoc sexcenties suprà. indicem inspice.

D E S E R T A S U S I T A N O R V M) Nulquam in ylo scriptore lego Susitanos, nisi in Mori Vtopia sint. Et fortasse suprà lib.4.c.27. vbi recensetur miles Darianus, pro Suauis vel Suevis, Scridendum quoque Susitanis, vel potius Susianis, nam infrà idem c.11. Susiani vocantur, eo quod hos cum Arachosijs, Dahis, Bactrianis, Magagatis iungat. Nisi mauis Susanorum legere, qui populi sunt ultra Caucasum apud Agathiam (in 4.) Hic tamen omnia exemplaria sine vlla varietate scriptura coniurant in Susitanos, proinde religio fuit quicquam mutare.

N O C T U R N O I T I N E R E E X E R C I T U M D U C E N S) interdui enim intia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inueniunt, & nitor siderum, caligine absconditur. Ita hunc locum ipse Curtius cap.7. paulò ante explicauit, quo non habeo certiorem interpretem: Itaq; qui transeunt cam-

EXPLANATIONES.

427

campos, nauigantium modo, noctu sidera obseruant, ad quorum cursum iter dirigunt: & propemodum clarius est noctis umbra, quam lux.

AQVARVM, VT ANTE DICTVM EST, PENVRIA.) Dixerat autem Bactrianam regionem alicubi fertilem, alicubi sterilem; de sterili hic loquitur, & ibi c. 7. *squalida, inquit, siccitate regio, non hominem, non frugem alit.*

PRIVS DESPERATIONE, QVAM DESIDERIO SITIM ACCENDIT.) Idem fit in fame, quae expleri vix potest, quando explendi desperatio praecepsit, aut sequitur, aut comitatur famelicum, & plus vexat desperatio sitientem, quam ipsa sitis.

PER CCCC. STADIA, NE MOD. QVIDEM HVMOR EXISTIT.) *Quadrinventa stadia, efficiunt duodecim millaria Germanica: Italica octo & quadraginta, si quatuor ponas pro uno; sexaginta, si quinque.*

ARENAS VAPOR SOLIS ACCENDIT.) Ad hunc serem modum iter Alexandri lib. 4. c. 20. his verbis descriperat: *Sed ut aperuere se campi, alto obruti sabulo, hanc secus quam profundum aquor ingressi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium. aqua etiam defecerat, quam vtribus camelii deuexerant, & in arido solo ac feruido sabulo nulla erat. Ad hac, sol omnia incenderat, siccag, & adusta erant ora.*

KORE ET MATUTINO FRIGORE CORPORA LEVABANTVR.) Causam, cur matutino tempore maius sit frigus, quam nocte, cum tamen sol sit manè propinquior, triplicem adfert noster P. Laurentius Ferer in problematis selectis viridarij sui philosophici problem. 17. p. 21. edit. Diligentia, quod quia breue est, subiiciam.

1. **Causa.** An quia tunc maius est tempus absentiae solis, unde magis refrigerata est terra? Cum enim sol sui prælentia terram calefaciat & aerem, absentia certè longiore solis, maius frigus exortur, diutius autem absuit à nobis sol manè, quam media nocte. Licet ergo in aurora rursus sol accedit, tamen calorem suum tam citè non potest aeri communicare.

2. **Causa.** An quia die appetente ros & pruina cadit? hæc autem natura frigida sunt, & aerem frigidorem reddunt.

3. **Causa.** An quia tunc acris nobis videtur frigus, quod concocti iam sint cibi, & stomachus manè vacuus? quod autem inaniores sumus, eò magis persentis cimus frigus ambiens. Aristot. secl. 8. problem. 17. Hæc Forerus.

ER CO QVICQVID VINTOL EIQUE ERAT, HOMINIBVS INGEREBATVR.) Parum hoc est. Hoc mirum, quod Cretenses, dum à Metello obseruentur, sitim cum suatum iumentorum aqua, seu vrina torserunt potius, quam leuarunt: marinam alij cum profluuo & exitio hauserunt. Artaxerxes putridam gustans, nunquam se dulcius vinum aut liquidiorem aquam bibisse testatus est. Hodie, Plutarch. qui ad Indos nauigant, tradunt circa promontorium Bonæ spei, vbi ad Aequatorem accedunt, a- quam in vasis corrupti & verinare, nihilque feciis sorberi, sed obstrictis naribus, ne fætor bi- bentes deterreat. De ipso Alexandro, Plutarchus de Fortuna illius: *Amnes sanguine mixtos bibebat, quos casorum corporibus iunctos, trahiebat, herbam fame coactus edebat, quam primam offendisset. Tanta autem vis sitis est, vt apud inferos splendidus ille conuiuator, oblitus ignes & omnes cruciatus, tan- tum de siti conquetus sit.*

HOMINIBVS ingerebatur. Acidalius à glossa potestatem in contextum aspirandi putat factam; procribendamque vocem hominibus, nec placet eidem in sequentibus aqua post oleum & vinum. Nihil ego muto omnibus exemplaribus contra obtestantibus exemplaribus contra obtestantibus. Et aqua, pro omni potionē in posteriore veriu accepta videtur: humor infusus & egestus, vel rege- stus Acidali, non sapit.

QVOS AQVA DEFECERAT.) Alij aquam, alijs vinum, alijs oleum hauserant, idem omnibus usu venit, feliciores ergo quo aqua, vinum, & oleum defecerat.

ANXIVM REGEM TANTIS MALIS.) Non suis, sed suorum ac totius deficientis exerci- tuis.

VNICVM REMEDIVM.) Nam reges sitiente libenter omnes sitiunt, imò negant se sitire, vt su- præ ex Plutarcho ostendi.

DVO OCCVRRVNT AQVAM VTRIBVS GESTANTES.) Multa præstantia virtutum do- cumenta secum Alexander ex officina sapientiae, & Graciæ, ad Barbaros extulit, singularem casti- moniam, decentem verecundiam, laudatissimam temperantiam, incredibilem in agendo celerita- tem, stupendam laborum omnium tolerantiam, virtutes quas raro in Christianis Imperatoribus le- ges. Hic admirandum sitis habes documentum, cum oblatum in immenso æstu cœli, fatigatus ex itinere, frigide haustum respuit, alijsque propinari voluit. Primus omnium, quod equidem memi- nerim, præxiuit exemplo fortissimus Hebræorum rex, ille domitor leonum, vicitur vñlorum, gigan- tum terror David, de quo sacra historia omnia narrat.

Cato proximus huic (si verus Lucanus, quem historicum potius quam poetam egisse veteres censuerunt) qui in siccis Nasamonum atenis sitiibundus oblatam vndam reiecit, ita canente poeta:

Val. Max.
lib. 7. cap. 6.
Flor. I. 3. c. 7
Plutarch.

Nn 4

Vtq; non esse
poetam.

2. Reg. c. 23.
Mart. I. 14.

sunt qui-
dam qui
me dicunt

Vtq; calor soluit, quem torserat aëra ventus,
 Incensusq; dies, iam mundi spissior ignis,
 Iam plaga, quam nullam superi mortalibus ultra
 A medio fecere die, calcatur, & humor
 In Noton omni abit: manant sudoribus artus:
 Arent ora siti: conspecta est parua maligna
 Vnde procul venâ: quam vix è puluere miles
 Sustulit, & galea conuxum infudit in orbem,
 Porrexitq; duci. Squalebant puluere fauces
 Cunctorum, minimumq; tenens dux ipse liquoris
 Inuidiosus erat, mene, inquit, degener, vnum
 Miles in hac turba vacuum virtute putasti?
 Vsq; aded mollis, primi q; caloribus impar
 Sum visus? quanto pœna tu dignior ista
 Qui populo sitiente bibas: sic concitus ira
 Excusit galeam, sufficitq; omnibus vnda.

Egregia versuum clausula, sufficitq; omnibus vnda, quam nemo post respuentem ducem situit, adeoque omnibus sufficit.

Ab eodem facto laudatur Theodosius minor Arcadio natus, de quo ita Sozomeni interpres Nos in au- (ne te Græcis fatigem) Paulò ante sanè, cum Heracleam Ponticu citatem videre & vetustate collapsam la quinta erigere sat ageres, per Bithyniam meū tempore iter faciebas. Cum vero te satellitum quifiam à sole vehe- p.58. menter vrente in ipso meridie multo sudore ac puluere conspersum cerneret, tanquam gratificatus, phialam tibi admodum splendide, solaribus radijs relucentem obtulit, ac suam quendam potum illi aqua frigi- da mixtum infudit. At tu potentissime, accepta bac phialam, virum munificentia remunerasti. Cum vero mi- lites vniuersi phialam illam suspicerent, felicemq; illum, qui ex ea bibiturus esset, iudicarent, poculum viro illi, & generose, reddidisti, & quomodo ipsi placeret, usurpare iussisti. Videris itaque mihi haud immerito Alexandrum Philippi, virtutibus tuis superare, cui miles quidam sedulus & officiosus, ab illis qui eum celebrant, cum per loca arenaria exercitum Macedonum duceret, aquam inuentam hauisse & obtulisse, ille vero non bi- bisse potum illum, sed effusisse dicitur.

Sed errat * Sozomenus, qui effusam ab Alexandro aquam affirmat.

* præfat. in lib. 1st hist. Ecclesiast. In Lycur: go p.148. vel p.40: in fol.

Nec Soi siue Sæbidae virtus tacenda, quam Plutarchus in Lycurgi vita & apophthegm. laudat: Fama est, inquit, cum esset in loco aspero & arido Sæbidas & circumfideretur à Clitoris, dicitur partus cum hostibus, ut ipsi terram bello partam cederet, si milites vna cum ipso è vicino fonte bibissent (nam eum fontem hostes obsederant) icto fædere congregatis ad se omnibus pollicitus est se daturum eius regionis imperium ei: qui non bibisset. Porro cum nemobi temperaret, sed bibissent omnes, ipse post omnes descendit in fontem: & aqua conspersus, hostibus etiamnum presentibus abiit, ac regionem occupauit, vt qui solus non bibisset. Eodem stratagemate & exercitum à sitis periculo liberavit, & hostem elufit, & regnum sibi vendicauit tolerantia: Non erat obstrictus inimicus ex fodere, quia non omnes cum ipso biberant: nec milites se fellerit, quia nemo praeter ipsum à potu abstinuit. Quod si hostes voluerint ad arma currere, iam nactus locum pugnæ commodiorem, ac fonte potitus, facile poterat illis esse par.

Austriacorum quoque supremus apex & conditor imperij Rudolfus I. dum contra Othocarum imperij æmulum bello decertaret, ipleque cum exercitu siti æstuaret, gnathones illius, agresti colono zythi hydram per vim abstulere, & imperatori detulere: sed ille, re cognita: redite, in- quid, homini vaculum suum, nam ego exercitui, non mihi sitiebam. Digna vox Imperatore, digna Imperio, digna Austriaco. Utinam hanc tolerandæ sitis patientiam discerent exercitus, discederet imperium. Sed enim

Germani multos possunt tollerare labores;

O vrinam possent tam bene ferre sitim.

Nos ad Alexandris sitim, non simplicem redeamus; sapient ille hanc domuit, vicit, & pro illa gloriam hauist. Suprà sub finem quinti libri mentio illius facta ex Plutarch. cuius hæc sunt ex interprete verba: Dum consecutur Darium in itinere laborioso & prolixo (nam diebus xxi. tria millia trecenta stadia conficit) pleriq; latitudine sunt confecti, & præsertim aquæ penuria. Ibi occurrerunt ei Macedones quidam, qui aquam in vtribus à flumine mulù portabant, conficientesq; Alexandrum medio iam die siti maceratum, impleuerunt confestim galeam, eiq; obtulere. Requirente eo quibusnam aquam afferrent, Liberis nostris, respondere: Verum, te incolumi, alios gignemus, etiam si hos amiserimus. Sub quorum dicta accepit galeam. Ceterum, circumlati oculis, vbi vidit, qui ipsum comitabantur, equites capite inclinato potum res- picientes, reddidit illis aquam non gustatam, laudauitque eos: non ego, inquit, si solus biber, bi elangescam. Regis conficati equites continentiam & magnitudinem animi, duceret, & bono animo esset, vociferati sunt, & equos verberarunt: neque fatigari se, neg, sitire, sed nec mortales ducere esse, quod talem haberent re- gem.

CAPUT X.

ARGUMENTVM.

Multī audiūs bibentes intereunt. Regis cura pro exercitu. Oxi traiectus.



Andem ad flumen Oxum ipse peruenit prima ferē vespere. Sed exercitus magnapars non potuerat consequi, in edito monte ignes iubet fieri, ut quā qui ægrē sequebantur, haud procul castris se abesse cognoscerent. Eos autem qui primi agminis erant, mature cibo ac potionē firmatos implere alios utres, alios vasea quibus cunque aqua portari posset, iussit, ac suis ferre. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu extincti sunt: muliōq; maior horum numerus fuit, quām ullo amiserat prælio. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus, aut potu, quā veniebat exercitus constituit. Nec ante ad curandum corpus recessit, quām præterierant, qui agmen sequebantur: totamq; eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigilijs egit. Nec postero die latior erat, quia nec nauigia habebat, nec pons erigi poterat, circumquaque amnem nudo solo, & materia maximè sterili. Consilium igitur, quod unum necēsitatis subiecerat, init. Utres quām plurimos stramentis refertos diuidit. His incubantes transnauere amnem; quique primi transferant, in statione erant, dum trājcerent ceteri. hoc modo sexto domum die in ulteriorē ripa totum exercitum exposuit.

AD FLVMEN OXVM PERVENIT.) De Oxo fluminē cap. 6. iam disputauimus, & mox plura addemus.

QUI INTEMPERANTIVS HÄUSERANT, INTERCLVSO SPIRITV EXTINGCTI SVNT.) Causam huius, naturalis sapientia studiosi reddunt æltereſiaſi caloris interioris, qui pri-
mū æltu diffusus, repente per frigidum humorem & aquā copiosius haustum opprimitur & ex-
tinguitur, non secus ac si ignem infusa largius vnda suffoces. Galenus. περὶ Σόμις καὶ παλιμῆχος σπασίου, cap. 15;
χρήγε. Φλόγα δὲ μοι νόησον ἔκτος πότε μὲν ἀπορίᾳ τῆς θλητοῦ, οὐτεν ἀνίπτετο, διαφερομένη, πότε δὲ τῇ ιδίᾳ λαμ-
πεῖ μαρανομένη, καθιε δ' ὅφ' ὑδατος πολλά κατασεννομένη, η πλήθες ξύλων ἐπ' αὐτῆς σωρευθέντων κατα-
πιγνομένη. Considera mihi sanè flamnam externam, qua aliquando inopia materia, unde accen-
debat, corruptitur: aliquando in Sole splendido marcescit, & rursus ab aqua multa extinguitur: aut co-
pia lignorum super ipsam congestorū suffocatur. Hæc Galenus ducta similitudine ab externa flamma,
qua quatuor modis siue causis exinguatur, inopia alimenti, radijs solis, nimia iniectione materiae,
denique aque, vel alterius humoris conferata infusione, addit speciatim etiam oleum, eandemque
rationem ait esse innati caloris; plura ex Galeno adderem, si res exigeret.

MVLTOQVE MAIOR NVMERVS HORVM, QVAM ULLO PRAELIO FVIT.) Nil bibere
opus, cum fauces vnda strangulat. Ingens clades & strages, cuius maximè rex ipse caula fuit, quod
inexplorato per arida, & siccā, vastaque & vastata loca: non præparatis ad iter necessarijs, exercitum
duxerit. Solertior fuit Iulius Cæsar Alexandro, qui vnius ex omnibus Imperatoribus Alexandrum
vicit, quicquid panegyristæ suis ducibus blandiantur. De huius stragis magnitudine paucis Plutar-
chus: Maximam autem exercitus stragem, inquit, angustia necessiariorum, & cœli intemperies inuexere.

AT ILLE THORACEM ADHVC INDVTVS.) Merito hoc, vt qui ad id locorum & calamitatum suos deduxerit, laudanda tamen tam anxia pro milite cura, cuius salus, cui ducum cordi non
est, non est ille dux, non rex, non imperator. Elegans caput in præceptis suis militaribus composuit
* Vegetius, quo docuit, quemadmodum sanitas gubernanda sit exercitus, locis, aquis, tempore, me-
dicina, exercitio. Commendat Lampridius Alexандri Seueri studium in curandis ægris, militibus-
que, vt & Hadriani Spartanus, qui per tentoria singulos adiere, & an quid rerum necessiarium de-
esset, quæsiere.

TOTAMQVE EAM NOCTEM CVM MAGNO ANIMI MOTU PERPETVIIS VIGILIIS
EGIT.) Pulcherrimum Cæsaribus, regibus, ducibusque vigilantiae, curæ, solitudinis documentum:

Oὐ χρὴ πανύχιον εὖδειν βελκφόρον ἄνδρα.

* Iliad. 4.

NEC NAVIGIA HABEBAT.) Beslus enim traecto Oxo, nauigia omnia exuslerat, ne Macedoni-
viui essent, vt capite 6. extremo cognouisti.

CON-

CONSILIVM NECESSITAS SUBIECERAT.) Nil est necessitate ingeniosius, omnes artes, nationes, confilia vincit.

Verè poeta:

Necessitas omni arte est efficacior.

Necessitas ratione in arctis plus valet.

Necessitas seruat, quem ratio hanc explicat.

V T R E S Q V A M P L V R I M O S .) Vnde acceptos ex pellibus & papilionibus, sub quibus miles in tentorijs degebat, inquit Arrianus. De hoc vtrium artificio copiosius distlerit Stevvechius ad 3. Ad c. 7. p. 168. circa med. Vegetii: *Commodus*, inquit, *hic locus videtur dicendi de vtribus, quos aliquando singulos singuli habuerunt: aliquando plures coniuncti, seruerunt pluribus.* L. *Florus*: Sed fiduciam, inquit, oppidanis resistendi nuncius fecit: docens aduentare Lucullum, qui (horribile dictu) per medias hostium naues, vtre suspensus, & pedibus iter adgubernans, videntibus procul, quasi marina pistrix euaserat: lib. 3. de gestis Rom. c. 5. De Caio Casare etiam Suetonius opulentum testimonium suppeditat: Si flumina, inquit, morarentur, nando traijciens, vel innixus inflatis vtribus, perspè nuncios de se præuenit. De Lusitania populis illud Casar commemorat, proclive ijs esse tranare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, vt sine vtribus ad exercitum non eant: lib. 1. belli ciuil. Sed vtribus bubulis Hispanos, Arabes: alios contabulatas crates superimposuisse, & ita vextitatos, etiam vestimentis in eos coniectis, scribit Valturinus libro XI, apud quem figuras etiam vtrium expressas spectabis.

Liuius: vt iam Hispanos omnes, inflati transluixerint vtres l. 30. Idem lib. predicto, Hispani, inquit, sine vlla mole in vtres vestimentis coniectis, ipsi ceteris suppositis incubantes, flumen transnatauere. Etiam scutis in modum alueorum suppositis milites flumen transasse discimus ex Ammiani lib. 16. històr. Sub Imperatoribus Romanis alius & expeditior factus traijciendo fluminis usus, adminiculo vtrium: quem indicauit mihi auctor incertus de rebus bellicis, adiunctis Notitia Imperij: præter officium non videbar facturus, si illius verba huic accersem: Ne interdum, inquit, necelario itineri exercitus fluuiorum, quod plerunque euenit, occursus impedit, remedium ad hanc rem, & compendio facilè, & viu præcipuum reperit ingeniosa necessitas, quod tali ratione componitur. Vitulinis pellibus Arabicâ arte mollicitis: est enim apud eos præcipua confectionis cura, propter aquam de puteis follibus haurientat: his igitur, vt dictum est, diligenter lutis, vtres in magnitudinem trium semis pedum, ita vt cum iidem vtrs spiritu inflati tumuerint, non extollant vterum, sed æqualitate quadam plenitudo ipsa vtrium spacia plana perficiat. ex quorum lateribus, loris subter annexis, inuicem colligantur: desuper autem vna parte circulis extantibus ex altera immittuntur vncini. & ita in formam pontis ad sociata partibus explicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo fluuio, propter impetum meatus, facilius usque ad alteram explicabitur ripam, quod fixis in vtraque ripa ferreis pa- lis, & funibus validis in medio quidem sub ipsis vtribus, propter incedentium sustinendum pondus, in marginibus autem firmitatis gratia desuper extensis, transfundi per fluuium nouo quodam, & peregrino itineris apparatu, intra breue temporis spaciū, præbebit liberam facultatem. Admonendi præterea sumus, quod super vtrium compagationem cilicia sunt incedentium substernenda vestigijs, ne lubrica pellum confectione insistendi denegat firmitatem. In vtraque tamen ripâ erunt manubalistæ dispositæ, ne hostilis manus pontem operantibus impedimento consistat.

Figuram illius pontis (Ascogefrus illi vocatus est) apud eundem videbis.

De voce Ascogefrus & Ascogefri, possis querere quid monstri sit, quod à Stevvechio est expli- catum. Vox è Græco petita & concinnata est. ἀσχός vtre lonat, γέρου ποντε, ἀσχόγερος - per syncopen, pontem tibi ex vtribus factum componet.

Sed aliam viam Oxi superandi inuenere Nomades Scythæ, qui inter Oxum & Tanaim colunt, Lib. 10. hist. p. 619. ex Casaub. edit. eamque permiram, à Polybio his verbis descriptam: *Apsasia carum Nomadum*, inquit, *gens, sedes habet inter Oxum & Tanaim: quorum annuum alter in mare Hycanum se exonerat: Tanais in Maotim paludem ingreditur. & sunt ambo eius magnitudinis, vt nauium sint patientes.* Atque hic admiratione digna res occurrit, quā Nomades ratione Oxo fluminे traiecto, pedibus, cum equis suis in Hyrcaniam veniant. Eius rei duplex afferri solet ratio, quarum altera nihil quod mireris continet: altera est miraculosa, non tamen eiusmodi, quæ fieri nequeat. Nam Oxus fluuius è monte Caucaso fontium origines ducens in Bactriana, multis in eum aquis influentibus vehementer auctus, per plana camporum ingenti ac turbido fertur alueo- deinde, vbi ad deserta loca venit, in abrupta quadam & confragosa delatus saxa, tanto impetu ac violentia (quippe fluuius ingens, & qui de superioribus locis deorsum feratur) aquas suas præcipitat, vt in inferiore solo absquat à dictis axis ruens aqua longius studio. Aiunt igitur, per hoc spaciū propter istam rupem sub aqua præcipitantis alueo, pedestri itinere Apsasiacum cum suis equis in Hyrcaniam transire. Ratio altera expositionem veri magis similem habet. Solum illud, in quod è cat arractu Oxus cadit, vastas planities aiunt habere, quas vis atque impetus præcipitantis aquæ cauat: deinde, vbi, disrupta terra, profundum fibi foramen aperuit, subter terram ferri annem, ac mox spacio confecto non ita magno, rursum emergere & in conspectum venire: Barbaros, qui locorum naturam probè teneant, quā intermittit fluuius, equis vectos in Hyrcaniam iter facere.

Lege quæ in prolusionibus ex Plutarcho de Oxo & oleo notaimus, vbi mira de Alexandro ex posuimus. Facit eiusdem Oxi & olei mentionē Strabo, sed effossum Ochum, non Oxum ait, quia quis

Facit
Ochus

Ochus Oxo excipiatur. Eustathius ad Dionysium geminos fontes ad Oxum repertos ait, alterum o-
lei, alterum aquæ. locum suprà laudauimus. Curtius ipse de scaturagine ad Oxum reperta cap. 25.
tradit.

CAPUT XI.

ARGUMENTVM.

Spitamenes cum coniuratis Bessum vincitum dicit
ad Alexandrum.

Amq; ad persequendum Bessum statuerat progredi, cum ea qua in Sufianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus à Besso. Sed nullus meritio perfidia mitigari potest, qua tamen iam minus in eo iniusta esse poterat, qui nihil ulli nefas tum in Bessum interfectorum regis sui videbatur. titulus facinoris speciosus præferebatur, Vindicta Darii. Sed fortunam non scelus oderant Bessi. Namque ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognouit, Dataphernem & Catenem quibus à Besso maxima fides habebatur, in societatem cogitatæ rei asciscit. Illi promptius adeunt quam rogabantur; assumptis q; octo fortissimis iuuenibus talem dolum intendunt. Spitamenes pergit ad Bessum, & remotis arbitris competreris ait se, insidiari ei Dataphernem & Catenem: ut viuum Alexandro traherent agitantes, à semet occupatos esse, & vincitos teneri. Bessus tanto merito (ut credebat) obligatus, partim gratias agit, partim auditus explendi supplicij adduci eos iubet. Illi manibus sua sponte religatis à participibus consilij trahebantur: quos Bessus truci vultu intus consurgit, manibus non temperaturus. At q; illi simulatione omissa circumstidunt eum, & frustare repugnantem vinciunt, direpto ex capite regni insigni, lacerataq; ueste quam spolium occisi regis induerat. Ille deos sui celestis vltores adesse confessus, adiecit: non Dario iniquos fuisse, quem sic vlciscerentur, sed Alessandro proprios, cuius victoriam semper etiam hostis adiunxit. Multitudo an vindicta Bessum fuerit incertum est, nisi illi qui vinxerant, iussu Alessandri fecisse ipsos ementi, dubios adhuc animi terruissent. In equum impositum Alessandro tradituri ducunt.

SUSIANIS.) Suprà Susianos appellauit, incertum quo loco, emendatiū, ego in Susianos inclino. Diuersi hi sunt à Susijs, ad quos Alexander, cum è Babylone moueret, accessit. Hinc pylæ Susianes, in quibus hæsit Alexandri felicitas, vt suprà demonstratum est.

SPITAMENES.) Vir improbitate, perfidia, scelere nobilis, qui virtutem Alessandri egregie exercuit, magnumq; Macedonum numerum cum Menedemo duce per insidias interfecit, tandem c. 13. 24. 26. ipse ab vxore interemptus, vti suo quæque loco cum Curtio exponemus. lib. 8. c. 8.

NVLLIS MERITIS PERFIDIA MITIGARI POTEST.) Complures perfidiæ naturam defrapsere, tam aculeatè, & tam breuiter nullus atque hic Curtius. Occultum, inquit, Val. Max. & insidiosum malum perfidia, cuius efficacissima vires sunt, mentiri ac fallere: fructus in aliquo admisso scelere consistit, tam certus, cum crudelitatem nefarjus vinculū circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides prestat. Inde dubitatum est de Hannibale, maiörne an peior vir haberet deberet. Sed quid facias? naturam perfidam nulla gratia vertere potest: nec improbitas ullis beneficijs emendatur. Ergo quemadmodum Bessus in regem suum Darium perfidus fuit, ita in Bessum Spitamenes, in Spitamenem vxor, quos & Eumenidum furiae & numinis vindicta vbique persecuta sunt, quoad penas sceleribus dignas iustis supplicijs dependerent, & alter alterius carnifex fieret.

* NEFASTVM.) Inuidiam perfidiæ Spitamenis leuabat & mitigabat parricidium Bessi, vt ne-
mo indicaret scelus committi posse in eum, qui suum regem & amicum per summum scelus interfe-
cisset. an nefas
rum.

VINDICTA DARII.) Iustus, non speciosus tantum titulus & causa vindicati parricidij eslet, si non per parricidium res patrata eslet.

Nullum scelus vlciscendum parricidio est. Spitamenum amicum Bessi, & inter primos ab illo cultum & honoratum non decebat tali via & modo suspecta grassari in sanguinem & vitam Bessi.

F. R.

FORTVNAM.) Regiam, superbam, beatam, vt videbatur. Itaque non vindicta Dārij, sed iniuria Spītamenis fuit.

Φθονεστιν αυτοι χειροες περιποτές.

DATAPHERNES ET CATENES.) Et hi duo perfidi dignam perfidia mercedem in frā pēterunt. vterque enim cum Spītamene paullò pōst ab Alexandro defecit: & Dataphernes à Dāhis vīctus Alexandro cum deditio[n]e gentis suā traditur; Catenes in prēlio occisus. Catenes iste certissimus sagittarius fuit, adeo ut omnia destinata feriret, atque in aere exciperet.

TALEM DOLVM IN TENDVNT.) Veteres ambiguè hac voce dolus vsi sunt, ita vt tam in viatio, quām in virtute poneretur, vocaruntq[ue] bonum & malum dolum, prout res exigebat. Vlpianum lib. 4. p[er]ande ad illa Prætoris verba audi: Quæ dolo malo facta esse dicentur, de his iudicium dabo. Non fuit, inquit, contentus prætor dolum dicere, sed adiecit malum; quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximē si aduersus hostem latronēm-ue quis machinetur. Horatius etiam fraude mala dixit usum Promethea. quamvis nisi in malam partem fortasse nunquam accipiatur. Atque ita hoc loco non suislet malus dolus Besso intentus, nisi ipsi, qui intenderunt, suislet etiam latrones.

INTENDVNT.) Tendere, intendere dolos dicunt auctores.

A SEMET OCCVPATOS ESSERE.) Utitur frequenter Curtius hac voce pro anteuento, præcipio, anteuenio, præoccupo.

SVA SPONTE RELIGATIS.) In speciem à tergo reuinctis, ita vt quando usus esset, statim sua sponte soluerentur, & illa ipsa vincula advincendum Bessum adhiberent.

MANIBVS NON TEMPERATVRVS.) Suis manibus omnes obtruncaturus.

REGNI INSIGNI.) Faschia regia, diademate, cicri, corona regia.

Occisi REGIS SPOLIVM.) Vestem Darij occisi regiam induerat Bessus, & insigne regium sumperat.

SCELERIS.) Parricidij in Darium commisi. faslus est sentire se iusti numinis vindictam, scelus suum prosequentis.

DARIO NON INIQVOS, ALEXANDRO PRÖPITIOS.) Caussam addit utriusque dicti: nam iusti lunt d[i]j, dum vindicant necem Darij; sed fauent Alexandro, dum efficiunt, vt hostes etiam, illius victoriam adiuuent, semperque adiuuerint. Nam & ego auersis superis Darium vinxi, &, vinciendo hostem Alexandri, Alexandro victoriam propinavi. Me rursus, qui solus adhuc potui illius victoriam morari, vincetum hostes tradunt Alexandro, vt vinci non possit.

MVLITITVDO.) Milites, clientes, Baetriani.

DVBIOS) An vindicarent Bessum dominum suum è manibus coniuratorum, aduci permitte-rent.

Quid deinde Besso factum, quo pacto modoque & habitu ad Alexandrum sit adductus, infra c. 13. exponemus.

C A P V T XII.

ARGVM ENTVRVM.

Missio veteranis data. Brancidarum excidium.



Nter h[oc] rex quibus matura erat missio lectis 15. CCCC. ferē, bina talenta equiti dedit, pediū terna denariū millia, monitos-que vt liberos generarent, remisit domum. Cateris gratia acta, quod ad reliqua belli nauaturos operam pollicebantur. dum Bessus perducitur, peruentum erat in parvulum oppidum, Brancida eius incolae erant. Mileto quondam ius[ic]u Xerxis, cum è Graciare d[omi]n[us] ret, transierant, & in ea sede constiterant: quia templum quod Didymaon appellatur, in gratiam Xerxis violauerant, mores pa-trij nondum exoleuerant, sed iambilingues erant, paulatim à do-mestico, externo sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem suscipiunt, urbem sequi dedentes. Ille Milesios, qui apud ipsum militarent, conuocari iubet. vetusodium miles gerebat in Brancidarum gentem proditionis ergo. His, siue iniuria, siue originis meritisse malent, liberum de Brancidis permittit arbitrium. Variantibus deinde sententijs, se ipsum con-sidera-

EXPLANATIONES.

43

sideraturum, quid optimum factu esset, ostendit. Postero die occurrentibus, Brancidas se-
cum procedere suber: cumq; ad urbem ventum esset, ipse cum expedita manus portam intrat.
phalanx mænia oppidi circuire iussa. & dato signo diripere urbem proditorum receptacu-
lum, ipsos q; ad unum cædere. Illi inermes paſim trucidantur, nec aut commercio lingue, aut
supplicum velamentis precibus q; insibiri crudelitas potest. Tandem (ut deycerent) funda-
menta murorum ab imo moluntur, ne quod urbis vestigium extaret. nemora quoque lucos q;
sacros non cædunt modo, sed etiam extirpant, ut vasta solitudo & steriles humus, excusis et-
iam radicibus linqueretur: quæ si in ipsos proditionis auctores excoxitatae essent, iusta ulti-
tate, non crudelitas videretur: nunc culpam maiorum posteri luere, qui ne viderant quidem
Miletum, adeò Xerxi non potuerant prodere.

QVIBVS MATVRA ERAT M I S S I O .) Qui emeritis stipendiis à militia dimittendi erant. Dè
varijs missionum generibus disputat Alexander Neapol. l.6.c.22. Stevvechius ad cap.3.l.2. Vegetij,
& accuratius de militia Romana Lipsius dial.19.l.5.

Porrò missionem aliam faciunt iustam, aliam iniustam. vtriusque geminæ sunt formæ: ex iustis,
alia honesta, alia cauſaria; ex iniustis, alia gratiola, alia ignominiosa: honesta, quæ emeritis stipendiis
dabatur; cauſaria, quæ ob vitium, senectutē, defectum, morbum: vt si miles captus oculis, manibus,
pedibus, aut morbo, aut alio vitio labore: gratiola, quam Liuius ita nominat, per gratiam, aut ambitum
ab Imperatoribus impetrata: sed sapè inutilida, & Censores rescindebant. Liuius: Missorum quoque cauſas
le cognituros esse, & quorum ante emerita stipendia gratiola missio sibi visa esset, eos milites fie-
ri iussuros. Ignominiosa est, quæ ob delictum, aut crimen militiā quis solutus. Et idē sic dicta, quia nominis
notam & infamiam adferebat. Iuris consulti quoque hoc testari: & exemplum huius elegans, atque
ipsa formula, in Hirtij, de bello Africano: Cæsar postero die de suggestu, conuocatis omnium le-
gionum tribunis, centurionibusque C. Aniene, inquit, quod in Italia milites populi Romani contra
rempubl. instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi reiq; publicæ inutilis fuisti: ob
eas resignominiæ cauſa ab exercitu meo te remoueo, hodieque ex Africa abesse, &, quantum po-
test, proficiſci iubeo. itemque te, A. Fontei, quod tribunus militum feditiosus, maluſque ciuis fuisti,
ab exercitu dimitto. Ipsa verba sic cum dignitate in aspectu omnium de tribunal prolatæ, aterno vulnere
eos sauciant.

Lipl. 234.
lib. 5. mit.
Rom.

Plura idem Lips. eadem pag. & seqq. Hoc loco Curtius de honesta missione loquitur. Sed quæ
etiam apud Græcos harum missionum testes & auctores. Curtius pleraque Græca ad formam Ro-
manam transfert.

BINA TALENTA E Q V I T I .) Millenos ducenos Philippæos singulis equitibus, peditibus sin-
gulis trecentos philippæos. Et hoc missionis donatiuum.

LIBEROS GENERARENT.) Vt nouis miles succresceret, quo & ipse, & secuturi reges vte-
rentur.

BRANCIDAE EIVS INCOLAE ERANT.) Branchidas Goropius in Francicis à Brancho di-
ctus affirmat; Branchum autem eundem esse cum Vrancum & Vrancum cum Franco, indequæ Fran-
cos nomen accepisse. Quemadmodum, inquit, Romulida à Romulo, ita Branchida à Brancho dici viden-
tur. Quamobrem ut origo gentis in lucem eruatur, necesse habeo inuestigare, quis fuerit Branchus, & quibus
parentibus ortus. Graci, vt modo dictum, ea consonante carent, cuius figura eadem est cum quinta Latinorum
vocali. Loco autem eius, Beta vituntur, cuius apud eos, perinde atque Hebraeos, duplex sonus esse potest. Quod
igitur nos dicimus Vrancus, illi Βεγχα scriberent, nec aliter tamen quam nos pronunciarent, seruato quo-
dam idiotismo literas alias ad sonum aliorum cogente, qui notior est, quam ut odio se sit pluribus explicandus.
Non parum modò nobis effectum est à Branchidis ad Branchum, à Brancho ad Vrancum progressis, quan-
doquidem posthac negari nequeat, pristam esse Vrancorum nomenclaturam, quæ quid significet, modò expli-
catum.

Docet deinceps quis Branchus siue Vrancus fuerit, cuius ego mirissimas originationes hic præ-
termitto illis legendas, qui nihil habent, quod agant.

MILETO.) Miletus inclita ciuitas Ioniae: Herodotus in Clio; Μίλητος μεν αὐτῷ (P. A. C.) l. p. 60. ad
πρώτη κέτη πόλις τῆς μεταμεβογής. Miletus, prima apud ipsos (Iones) ciuitas, ad meridiem
vergens. Et hanc in Caria poluit. In Caria Ionum, inquit Stephanus, & Hecataeus in Asia: Di-
dymus verò in Symposium, primum Lelegia ab incolis Lelegibus dictam affirmat, deinde
Pityulam, à frequenti pinu ibi nata: Anacloria quoque ab Anacto. Ciuis, Milesius dicitur. Eadem
ferè Euſtathius ad Dionysium p. 106. Mela in Ionia, Post Basileum. Ionia, inquit, aliquot se ambagibus
sinuat: & primum à Poſſidio promontorio inflexum inchoans, cingit oraculum Apollinis, dictum olim
Branchida, nunc Didymi: Miletum urbem quondam Ionia totius, belli pacisq; artibus principem;

marg. 142.

patriam



patriam Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximandri Physici, aliorumq; ciuium inclitis ingenis
meritò militam, vicinque Ioniā vocant. Plinius lib. 5. cap. 29. Miletus Ionia caput, Lelegeis ante, &
Pityusa & Anactoria nominata super octoginta urbium per cuncta maria genitrix.

I. II. p. 604. IVSSV XERXIS TRANSIERANT.) Strabo testis, Circa hæc loca eum etiam Branchidarum
urbem excidisse, quos ed Xerxes collocarat, vltro eum à patria secutos, quod pecuniam Dei in Didymis &
donaria prodidissent: at Alexandrum sacrilegia eorum & proditionem abominatum, urbem deleuisse.
lib. 17. pag. 941. inf. vel. P. 560. Callisthenes idem apud Strabonem. His Callisthenes tragicè rem exaggerans addit, cum Apollo Bran-
chidarum oraculum deseruisset, ab eo tempore quo templum à Branchidis Xerxem sequentibus spoliatum
fuit, & fons defecisset: & hanc tum denū scaturisse, & Milesiorum legatos Memphis profectos, multa
responsa attulisse de nato è Ioue Alexandro, de futura apud Arbela victoria, de Darij morte, de rebus La-
cedemone nouandis, de generu quidem nobilitate, etiam Erythræam Athenaidem effatum, quæ Erythræa an-
tiquæ Sibyllæ similis fuerit.

I. I. p. 732. Idem Strabo: Post Posidium seu Neptunium Milesiorum deinceps est oraculum Didymæi Apollinis in
Branchidis, sursum versus octodecim stadia incensum est à Xerxe, ut & alia omnia templæ præter Epho-
sium. Branchidae cum fugienti Persæ thesauros Dei tradidissent, vna abiuerunt ne poenæ cogarentur dare
sacrilegij & proditionis. Postea temporis Milesij templum omnium maximum construxerunt, quod ob
magitudinem sine culmine mansit: nam ambitus delubri * pagi amplitudinem aquat: estq; intrus &
extra lucus preciosus: alia delubra oraculum & sacra continent. Ibi fabula * Branchum fuisse di-
cunt, & amorem Apollinis. Ornatum est templum donarj antiquarum gentium sumptuosissi-
mè.

* κώμης. * Hunc Branchum Beccanus interpreta-
tur lapetū. DIDYMÆON.) Ita rescribe, non Didymaon, quamvis apud Strabonem etiam Απόλλωνος Δι-
Apollinem θυμῷ legatur ab recto Απόλλων διδυμεῖς Apollo Didymæus. Beconus rursus exoticam ad fert Didymæi vocis originem, quam Nocho attribuit, multisque paginis de Didymæo & Brancho & Philesio
ipsum Nochum, seu disputat in Francicis & alijs. Cæterum, cur Apollo, Didymæus sit appellatus, docet & Macrobius.
* l. 14. p. 732. Απόλλων, inquit, Διδυμῷοι vocant, quod geminam speciem sui numinis præfert ipse, illuminando formam
* li 1. pag. 22. dogi lunam. Etenim ex uno fonte lucis, gemino sidere spacia diei & noctis illustrat. Vnde & Romani solem sub
* lib. 1. Satur- nomine & specie Iani, Didymæi Apollinis appellatione venerantur. Est mentio huius Apollinis apud
naliorum cap. 17. a Sozomenum, Apuleium, b Lactantium Firmianum, vbi extat de Christo oraculum quis tue-
* lib. 1. Ec. rit:
cles. hist. c.
7. Licinio
Imperator
datum ora-
culum ab
hoc Apol-
line.
b lib. 4. de
vera sapi-
lentia. c. 13.

Θυρὸς ἔν τοιτά στέρκε, σφόδρα τερατῶδεσιν ἔργον,
Αλλ' ὅποιοι καλδαῖοιν κρίταισι δηλοῖς συναλεθεῖς,
Γόμφοις, καὶ σκολόπεσοι πικρὸν ἀνέπλοκε τελευτήν,
Mortalis erat secundum carnem, sapiens portentissimis operibus,
Sed sub indicibus Chaldaicis armis comprehensus,
Clausis, & cruce amarum tolerauit finem.

Est & apud Orpheum in Apollinis suffimento manuæ, mentio Didymæos:

Βάλχιοι, καὶ Διδυμῷοι ἔκσεργε, λοξία, ἄγνε.
Bacche, & Didyme, longè arcens, Loxia, munde.

Idem & Branchum & Miletum laudat in Argonauticis paullò post principium.

IN GRATIAM XERXIS VIOLAVERANT.) Hoc præter Curtium Strabo, quem suprà lauda-
ui pluribus locis testatur. Sed hoc negat Beccanus, quod ob thelauros Xerxi datos ad Sogdianos vi-
que secesserint: Isenim religionis causa id factum à Branchidis euincere, vñnam non frustrâ, mul-
tis verbis conatus est.

MORES PATRIL.) Græcia mores.

IAM BILINGVES ERANT.) Barbaræ & Græce loquebantur. alioqui bilinguës mendaces, calli-
di, subdoli sunt, qui album & atrum, calidum & frigidum ex eodem ore simul proflant, de quibus
literæ sacræ. Tradit in secundo bibliothecæ Diodorus Siculus apud Taprobanam insulam gentem
fuisse bilinguem δίγλωσσον, quæ geminas in ore linguas versabat, simulque diuersa loqui poterat,
cui, meo animo, nulla fides. Nihil tamen Deo adiutorio. Ita à Xerxe Bœoti quoque translati sunt, ut
Siculus in septuaginta volumine narrat, quos etiam διφωνοι bilingues appellat, & ad Celonas
collocatos. Hæc tamen de Branchidis historia apud Diodorum desideratur, non quod ipsam ille
præterierit, sed quod in eum codicis locum vetustas sauerit, & aboleuerit. In indice enim libri ca-
put hoc de Branchidis extat: ὡς τοὺς βραγχίδας τὸ παλαιὸν ὅποι περσῶν μετονομένας τὰ ἐσχάτα
τῆς βασιλείας, ὡς προδότας τῷ ἐλλήνων ἀνείσεν Αλέξανδρο. Branchidas olim à Persis ad extremos regni fines
collocatos, ut Græcorum proditores Alexander morie adserit. Ab Arriano totam silentio præteritam mi-
* Gorop. in ror, * Plutarchus ex Bilibaldi interpretatione de hoc Branchidarum excidio ita sentit, Nec Ale-
Franc. p. 16. xandrum, & qui mirè eum admirantur ac amant, ex quorum numero nos quoque sumus, laudare solent,
quod Branchidarum urbem funditus subuerterit, omnemq; atatem penitus exciderit, quoniam ab eorum
maioribus Milesi templum olim proditum fuerat.

EXPLANATIONES.

45

VRBEM SEQYE DEDENTES.) Contra ius gentium ergo Alexander egit, quando & suppliees confugientes, adeoque scipios sine armis, sine tumultu, sine suspicione maleficij dedentes trucidavit, deleuit, & funditus cum tota gente excidit. Alias etiam huiusmodi ludos crudelitatis non sine nominis infamia lusit Alexander. Plutarchum per interpretem audi: *Bellicosissimi, inquit, Indi militabant mercede. hi vrbes strenue defendebant, multiq; modis Alexandrum fatigabant: cun his inducias in opido quodam fecit, mox recipientes se in itinere oppresbit. quarebus illus bello gestis, justè alias & regie bellantis quasi labes adhæsit.* Aliud huius perfidia documentum de Alessandro tradit Siculus de mercenariis lib.17.p.555.

QVI APVD IPSVM MILITARENT.) Militabant, dicerent alij.

SIVE INIVRIAE, SIVE ORIGINIS MEM. MALLENT.) Iniuria, ob aurum & thesauros templi Appollinis Didymæ Xerxi proditos; originis, quod origine Iones & Græci essent: Iniuria, vt proditionem vñcerentur; originis, vt popularibus & gentilibus, & ciuibus olim parcerent.

VARIANTIBVS SENTENTIIS.) Cum rectius sentientes dicerent, parcendum innoxij; non luendum posteris, quod maiores peccauissent. Alij contraria, delendos esse malos coruos, ex malis oviis natos, perfidiam nulla gratia dignam, vt quæ nullis beneficijs emendetur. Cum inter ipsos Milesios non conueniret, Alexander ipse in deteriorem partem versus censuit delendos.

POTERO DIB OCCVRRENTIBVS.) Militibus Alexandri Milesios ad audiendam regis sententiam occurrentibus; dixerat enim pridie se ipsum; quid optimum factu esset, consideratum.

BRANCHIDAS SECVM PROCEDERE.) Quasi ad triumphum, sed reuera ad cædem & exitium.

CVM EXPEDITA MANV.) Cum equitatu. phalanx autem pedestris erat.

SUPPLICVM VELAMENTIS.) Infulis, habitu gestuque, & alijs supplicantium signis. Liuius, Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigitentes, orare ut recipierent sese. Tacitus lib.19. etiam Insulas & velamenta coniungit. Multa Alexander Neapolitanus super gestu, habitu, more, cultuque supplicantium vol.2.c.19.

TANDEM (vt deijerent) FUNDAMENTA MVRORVM AB IMO MOLIVNTVR.) Acidalius illa verba, vt deijerent, tanquam glostema, inducenda putat, nec ego aliter existimo, quid enim opus, vt deijerent, fundamenta enim euerterunt, non vt ædificarent.

TANDEM FUNDAMENTA.) Post ciues omnes crudeliter trucidatos, etiam in tecta & mœnia furor Græcorum graffatus est.

LVCOS QVOQUE SACROS.) Ita compono, & dispono verba: Pluribus gentibus luci sacri & Iuuenal. nemora pro templis fuerunt, præsertim Germanis, è quibus Branchidas fuisse Goropius existimat. sat.1. Athenies Herculis, Romani Vestæ & Martis, Iliæ, Colchi, in quo fuit aureum vellus, lucum potissimum venerati sunt. Lucos putant dictos quasi minimè luceant, vt Parcae quod nemini parcant, Alex. Neā. pol. passim. bellum per antiphraſin, quasi minimè bellum.

QVAE SI IN IPSOS PRODITIONIS AVCTORES EXCOG. ESSENT.) Sequitur Curtius iudicium, & sententia de hoc immani facinore Alessandri, quod non immerito tanquam fauum & impium damnat.

C A P V T XIII.

ARCVM ENTVM.

Spitamenes adducit nudum Bessum, qui in crucem agendus ad sagittas pro meta destinatur. Catenis sagittarij laus.



Nde processit ad Tanaim annem: quo perductus est Bessus non vincitus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inserta catena, tam barbaris quam Macedonibus gratum spectaculum. Tum Spitamenes, et te, inquit, & Darium reges meos vultus, imperfectorem domini sui adduxi, e modo captum, cuius ipse fecit exemplum. aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius: existat ab inferis, qui illo suppicio indignus fuit, & hoc solatio dignus est. Alexander multum

multum collaudato Spitamene conuersus ad Bessum Cuius, inquit, fererabies occupauit animum tuum, cum regem de te optimè meritum prius vincire. deinde occidere sustinuisti? sed huius parricidij mercedem falso regis nomine persolueisti. Ibi ille facinus purgare non ausus, regis titulum se usurpare dixit, ut gentem suam tradere ipsi posset: qui si ceſſasset, alium fuſſe regnum occupaturum. At Alexander Oxatrem fratrem Darij, quem inter corporis custodes habebat, propius iuſſit accedere tradigere Bessum ei, ut crucifixum, mutilatis auribus naribusq; sagittis configerent barbari, aſſeruarentq; corpus ut ne aues quidem contingenterent. Oxatres catena ſibi curæ fore pollicetur, aues non ab alio melius quam à Catene poſſe prohiberi adiicit, eximiam eius artem cupiens ostendere. Namque adeo certo ita destinata feriebat, ut aues quoque exciperet. Nam etiā ferre ari sagittandi tam celebri uſu minus admirabilis, videri ars haec poſſit, tamen ingens viſentibus miraculum, magnoq; honori Catene fuit. Dona deinde omnibus qui Bessum adduxerant data sunt. Caterum supplicium eius diſtulit, ut eo loco in quo Darium ipſe occiderat, necaretur.

lib. 4. c. 16.

AD TANAIM.) De Tanai multa prioribus libris, & plura dicemus infra.

1. 6. c. 3. 12.

BESSVS NON VINCTVS MODO.) De Besso non idem narrant omnes, nec cum Curtio consentiunt, nec tamen admodum disſentiunt: Siculus breuiter: Huius salute ac ſpe munierunt ab Alexandro referendorum inuitati ducum primores, inter ſe conſpiravit, Bessumq; captum ad Alexandrum perducunt, rex magnificis eos donis excepit: Bessum vero Darij fratri, caterumq; propinquis ad ſupplicium, illorum arbitratu de eis ſuſtendum concepit. hi omni contumelie & cruciatu genere tandem minutatim conciſo, particulas huic illuc fundis diſticerunt. Iuſtinus adhuc breuiter: Interea viuus ex amico Darij Bessus, vincitus perducitur, qui regem non ſolum prodiderat, verum & interfecit. quem & in uitionem perfidiae ex cruciandum fratri Darij tradidit, reputans non tam hostem ſuum fuſſe Darium, quam amicum eius, a quo eſſet occiſus. Eſt huius Belsi mentio quoque apud Strabonem.

1. 7. c. 6. &

OMNI VELAMENTO SPOLIATVM.) Hoc ad ſummam Belsi ignominiam & contumeliam factum. Persis enim tanta verecundia eſt, ut hominem nudum videre capitale fit. Et mirum ſane omnibus gentibus tum Christianis tum paganiſ inſitum à natura pudorem. Moschi nec Christum in cruce quamuis naturā velatā nudum ſpectare ſuſtinent, quod Posleuinus tradidit. Milesiæ virgi-

17. 18. 22.

nes cum nescio qua phrenesi aut furore correptæ certatim ſibi gulam laqueo frangerent, nec ullis ſupplicijs, aut cultodijs ab ea mente deduci poſſent, tandem decreto edito, ut poſt ſuſpendium eodem laqueo nudæ per publicas ciuitatis vias ad ſpectaculum traherentur pudore deterritæ deinceps ab infami morte abſtinuerunt. Tanta cura verecundia eſt, ut à morte etiam ſumma eius ratio habeatur, quod in Lucretia, Julio Caſare, alijsque eſt memorie prodiit. Et Nicolaus Trigautius in triumphis Martyrum Iaponenſium obſeruauit nobiles & honestas matronas cum nullis ſupplicijs à Christi cultu poſſent deterreri, tandem imminente verecundia periculo, ne publicē deueltitæ pertulantis plebejæ ludibrio exponerentur, ita perculſæ ſunt, ut adito magistratu grauiſſimis verbis iudices monerent, viderent, quoſque progrederentur, viſtatis & humanis ſupplicijs eſſent contenti, cauerentque ne limitibus verecundia perruptis, patientiam Christianorum in furorem rabiemque verterent, totamque rem pellendarent. Quibus vocibus deterriti magistratus intra modum genti uſurpatum conſtitere. Christus tamen omnis auctor patientiæ nudus omnino in cruce peperdit, quod maiorem ignominiam Hebræi, nec Hebræis puniendi reis excogitare poſſent.

1. 17. p. 554.

COLLO INSERTA CATENA.) Et ore, capistro tanquam feræ etiam alligato; ut Arrianus paullo ante citatus tradit. ET TE, INQVIT, ET DARIVM REGES MEOS.) Te Alexandrum, in quem Bessus arma ſumperferat, Darium etiam vinxerat, & occiderat.

EO MODO CAPTV M.) Scit ille catenis vinxit Darium, ita vincitus tibi ſiſtitur. COLLAVDATO SPITAMENE.) qui tamen mox ab Alejandro defecit, ab uxore poſtea occiſus.

QVAE TE FERA RABIES.) Feram Bessus immanem & vincitus, & capistro frenatus nudus referebat; & reuera omnem humanitatem exuerat, ferasque omnes que parentibus suis parciunt, ſuperarat, rege ſuo, a quo nunquam laetus, multis etiam honoribus & opibus auctus fuerat, occiſio.

PARRICIDII MERCEDEM F.R. NOM. PERSOLVISTI.) Tibi ipſi mercedem persolueisti parricidij, quando ſumpſisti regia insignia, regnum Darij inuafisti, te ipsum regem appellasti, quamuis neque rex iuſtus, neque verus, ſed falsus, ſed tyrannus es, dum alienum regnum contra ius fas uſurpatiſ.

VT GENTEM SVAM ILLI TRADERE POſſET.) Haec mendacia erat cauſa, nunquam illi regnum tradere cogitarat, alioqui ad exemplum aliorum latraparum ſupplex ad Alexandrum ſine falsia & ciſa ueniffet.

EXPLANATIONES.

437

OXATREM FRATREM DARI.) Nobili encomio hunc Curtius lib. 3. celebrauit : Ergo, in cap. 21.
quit, frater eius Oxathres cum Alexandrum instare ei cerneret, equites quibus praeerat, ante ipsum currum
regis obiecit, armis & robore corporis multum super ceteros eminens: animo verò & pietate in paucissimis,
illo utique prælio clarus: alios imprudente instantes prostrauit, alios in fugam auertit. Et sexto libro. Mille hi lib. 6.c.2.
fuerunt, inter quos repertus est Oxartes Darij frater non illius fortuna, quam indeole animi sui clarior.

QUEM IN TER CORPORIS CVSTODES HABEBAT.) Hoc suprà Curtius posuerat: Fra- lib. 6.c.2.
tremq. Darij recepit in cohortem amicorum omni vetustæ claritatis honore seruato. Eundem reor postea
creaturn Bactrianorum prætorem, accusatum etiam & absolutum, ampliorisque imperij finibus
donatum l. 9. c. 15.

CRVCI AFFIXVM.) Variam de nece Besi Scriptorum sententiam suprà allatis auctorum
verbis exposui. Hic rursus aliam ex Plutarcho audi, Bessum, inquit, post comprehensum dilacerauit, di-
rectis arboribus duabus in unum deflexis, quarum viruque corporis partem alligauit, inde laxata amba atq.
impetu in sedem suam relata: partem sibi annexam retinuere.

Hoc supplicij genere lacerabant noxios Derbices, nec multum ab hoc diuersum genus mortis
Metij Suffetij quadrigis illigati, & in diuersa actis lacerati.

NE AVES QVIDEM CONTINGERENT.) Ut in cruce contabesceret, & putiseret.

CATENE.) De hoc cap. xi. dictum. Hic si plura nobilium sagittariorum exempla desideras, habes in primis apud Plutarchum in Alexandri dictis, de Indo exemplum, qui per annulum sagittam mittere poterat, sed iussus ab Alexandro duci, quod artis sua specimen edere recularet, ductus respondit, se pertinuisse, ne à scopo aberraret, & famam suam iacturam faceret, quod iam pridem artem non exerceisset, quo nomine dimisillus, & donis auctus abiit. Mira etiam de Domitiano Imperatore Suetonius, de Gratiano Ausonius, Olaus de Tochone Gotho, Guilelmo Tello Stumpfius, A-
uone Noruego Saxo l. 6. Alphonso Arragonum rege Panormitanus in eius vita refert, plura paßim
leges, hic ista etiam plus satis.

VT EO IN LOCO, QVO DARIVM IPSE OCCIDERAT, NECARETVR.) c. 25. Inde (ex Bactris)
Bessum Ecbatana duci iussit, imperfecto Dario, poenas capite perfolutorum. Vinctus est à Beso Darij in vico Parthorum Thara, vt in xi. narrat Iustinus. Ita Andronicus, suggestore Menelao, Antiochiae eodem loco, vbi Oniam sanctissimum Pontificem Hebræorum interfecerat, ab Antiocho Epiphane, vt est in altero Machabæorum volumine, trucidari iussus est. Sacrilegus autem Menelaus etiam deteriori fato, vti merebatur, defunctus est. Iuris quoque lex est, vt reus ibi puniatur, vbi deliquit. Digest. l. 48. tit. 2. de accusationibus & inscriptionibus. Et authenticorum collatione nona: Vt Bartolus nulli iudicium. tit. 9. Reus capiendus est, & ad locum delicti remittendus, vt ibi supplicium patiatur. Attende tamen leges hasce non præcipere de vestigio loci, in quo cædes facta est, vt illuc reus du-
catur & supplicium in vestigio habeat, sed in præfectura illa, foro & ditione præfecti, vbi scelus, aut parricidium, aut aliud huiusmodi facinus est perpetratum. Vt si cædes in silua, antro, domo, via, templo sit facta, sicarius vel parricida non erit in templo, antro, silua, puniendus; sed loco ordinario illius prouinciae plectendus, de ipso loci vestigio nulla extat lex. Factum tamen est in Beso, Andronico, & alijs.

CAPVT X IV.

ARGUMENTVM.

Ex Macedonibus nonnulli pabulatores oppressi à barbaris capiuntur. Rex dimicans vulneratur, barbari deduntur.



Mterea Macedones ad petendum pabulum in composto agmine egredi
à barbaris, qui dum proximis montibus decurrerunt, opprimuntur,
plures q̄ capti sunt, quam occisi. Barbari autem captiuos præse agen-
tes, rursus in montem recesserunt: xx. millia latronum erant, fundis,
sagittis q̄ pugnam inuidunt. quos dum obſdet rex, inter promptissimos
dimicans sagitta iactus est, qua in medio crure fixa reliquerat spiculum.
Illum quidem mæsti & attoniti Macedones in castra referebant. Sed
nec barbaros fecellit subductus ex acie: quippe ex edito monte cuncta prospexerant. Itaque
postero die misere Legatos ad regem, quos ille protinus iussit admitti, solutis q̄ fascijs magni-

tudinem vulneris disimulans, crus barbaris ostendit. Illi ius si considerere affirmant, non Macedonas, quam ipsos tristiores fuisse, cognito vulnere ipsius: cuius si auctorem reperissent dedituros fuisse: cum dijs enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius. Rex fide data, & captiis receptis, gentem in deditionem accepit.

I N C O M P O S I T O A C M I N E .) In hostico nunquam palandum, nunquam nisi pluribus, & ordine, & explorato pabulandum. Singuli intercipiuntur, palantes excipiuntur, incompositi facile op primuntur. Exempla in omnibus historicis pasim occurunt.

A B A R B A R I S .) Sogdianis, qui se ex urbibus in montes contulerant, nec se Alexandro commiserant. inter Oxum enim & Tanaim Sogdiani potissimum degunt.

I.3. sub. fin: **XX. M I L L I A L A T R O N V M .**) Arrianus triginta millia numeravit.

ibid. pa. 76. **S A G I T T A I C T V S .**) Idem Arrianus: qui in ceteris non nihil discrepat a Curtio; nihil enim de vel 150. in 8. legatis a barbaris missis, gente que regi dedita scribit. Plutarchus in secundo de Fortuna Alexandri, p. 341. in f. hoc vulnus miris modis auget. In Maracandu, inquit, sagitta crus vulneratus, ita ut a tibia radio fractum os disiliret. In Graeco est pro Maracandis, eis Mallos in Mallis, sed Malli & Oxydracae procul absunt a Maracandis. Malli apud Indos sunt: Maracanda regia est Sogdianorum. Interpres ergo verior, quam Plutarchus, sed verba auctoris erant ponenda: in ora vero notandus error & Maracanda nominanda. In primo de Fortuna gentem Maracadartas appellat: Apud Maracadartas, inquit, sagitta sura offe diffuso defunctus sum.

C V M D I I S E N I M P U G N A R E S A C R I L E G O S T A N T V M .) Deo μάχεσθαι δεινόν. Impium est pugnare cum Deo. Vnde θέομαχοι. Hic professa adulatio est. Nam si Alexandrum crediderunt Deum, quare cum eo in prælium descendenterunt? & quomodo Deum, quem ipsi in pugna vulneraverint?

C A P V T X V .

A R G V M E N T V M .

Certamen elegans peditum & equitum super gestando rege, quod rex a mœbæum esse voluit. Maracanda occupat. Scytharum legatos audit. Locum vrbi ad Tanaim designat.



Astris inde motis, lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesq. subire certabant. Equites cum quibus rex prælio inire solitus erat, sui muneris id esse censebant. Pedites, cum saucios commilitones ipsi gestare assueuissent, eripi sibi proprium officium tum potissimum cum rex gestandus esset, querebantur. Rex in tanto utriusque partis certamine, & sibi difficilem, & prateritis granem electionem futuram ratus, in vicem subire eos iussit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda peruenitum est. LXX. stadia murus urbis amplectitur. Arx nullo cincitur muro, præsidio urbirelictos proximos vicos depopulatur atque urit. Legati deinde Auiorum Scytharum superueniunt, liberi ex quo decesserat Cyrus, tum imperata facturi, iustissimos barbarorum constabat. armis abstinebant, nisi lacesisti. Libertatis modico & equali usq. principibus humiliores pares fecerant. Hos benignè allocutus ad eos Scythes, qui Europam incolunt, Penitam quendam misit ex amicis, qui denunciaret eis ne Tanaim amnem regionis iniussu regis transirent. ei mandatum, ut contemplaret locorum situm, & illos quoque Scythes, qui super Bosphorum colunt, viseret. Condenda urbis sedem super ripam Tanais elegerat, claustrum & iam perdomitorum, & quos deinde adire decreuerat.

Elect. I. 1. c. **L E C T I C A M I L I T A R I F E R E B A T V R .**) Lecticarum usus olim potissimum in agris & via. alię 19. p. 103. fuere apertæ, aliæ clausæ, quas Lipsius describit, ex quo pauca delibo. Addam nunc & lectica formam, vel p. 410⁸ quæ duplex, alia Aperta, alia Testa. Aperta forma simplex, asseres aliquot compacti, qui capere pulsuum oblongum in 4.

oblongum possent, in quo homo singularis porrectus iaceret. Ad summam non aliud, quam modicus quasiles-

*stus. Ex * Suetonio: non vanè quis suspicetur afferes eos exempliles fuisse, & facile in lecticanu reponi po-*

*in Cali-
gula c. 58.

puluinum in lectica, adstruo ex Cicerone, vt in Verrem: Lectica octophoro ferebatur, in qua erat puluinus perlucidus, rosa farctus. ait, rosa farctus: at Iuuenalis, pluma, quod magis ex more vulgi.

Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur

Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos.

Indignatur enim celestum illum sublimem & superbum ferri in lectica. De puluino etiam Seneca. De consolatione ad Martiam cap. 16. Equestri insidens statua, in sacra via celebrissimo vrbis loco Clælia, exprobrat iuuenibus nostris puluinum ascendentibus, in ea illos vrbē sic ingredi, in qua etiam fæminas equo donauimus. Eleganter. nam intelligit eos ascendere lecticanu. in qua puluinus.

Et Athenæus lib. 5. c. 10. Athenionis philosophi lecticam describit pedibus argenteis, vel, vt eius verba sunt φορέον ἀγγεῖον. His pedibus lectica deposita insistebat. Vide exempla in Suetonij Augusto, cap. 78. & 94.

Eadem omnia in lectica tecta, nisi quod hac maiorum deliciarum fuit, contra aspectum hominum sive iniurias aeris clausa vndique & munita. Ideo Cubiculum tectum Plinius Nepos alibi in epistolis dixit, & anunculus Cubicula viatoria, nisi fallor, lib. 37. hist. natur. cap. 2. cum Neronem ait lceptra & personas & cubicula viatoria vunionibus construxisse. Munita autem pelle & velo, opere arcuato planè ad eum modum quem afficimus hodie in Italica rhabda.

Suidas de lectica aliqua militari & subita locutus videtur, corijs boum ad formam lecticæ muliebris intacta. Opus arcuatum eruo ex Taciti verbis lib. 15. Cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ & vinclo fasciæ quam pectori detraxerat in modum laquei ad arcum sellæ resticto, indidit ceruicem & corporis pondere connisa tenuem iam spiritum exprelit. Clausa igitur vndique hac lectica, nisi quod fenestra quadam in ea ad prospectum. Iuuenalis:

Namque facit somnum clausa lectica fenestra.

Eae ipsa velo sive linteo tegebantur, quod dimouere licebat seu adducere, pro voluntate vehentis. Ausidius Bassus de morte Ciceronis: Cicero paullum remoto velo, postquam armatos vidit: ego vero confisto, ait. accede veterane, & si hoc potes saltem recte facere, incide ceruicem.

Illud tamen non satis assequor, quod sub finem capituli adjicit: Caput, inquit, exasciatum est de lecticis & sellis, quarum usum moneo ignotum priscis Græcis, ex Iuuenali.

--- quanquam non escent vrbibus illis

Prætexta & trabeæ, fasces lectica, tribunal.

Etiam Orientis populis: Tacitus l. 2. annal. de Venone rege Parthorum, Accedebat deditantes & ipse diuersus à maiorum institutis, raro venatu, legni equorum cura, quotiens per vrbes incederet, Lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas. Quæ vitia omnia ad Parthos Româ transfluerat Venones, olim ibi obser.

Sed, vt de Parthis concedam, de Græcis etiam priscis aliter vt legis, hic, Curtius, qui militari lectica gestatum narrat Alexandrum. Et Alexander certè rex Græcorum, & ipse Græcus, & ex priscis illis non recentioribus, qui Cælarum ævo vixerunt. Sed Lipsius de vnu ordinario Græcorum loquitur, non de casu, qui lecticam ex necessitate fuggelit, quanquam militia etiam milites gestatos item Curtius hic doceat. vno verbo, periculatum est negare aliquid de tota gente, & tempore nulli satis cognito.

IN VICEM SVBIRE EOS IVSSI T) per vices, non simul, sed per aliqua spacia equites, per alia pedites. Et sanè memorabile est exemplum cultus & amoris in regem suum Macedonum, qualia certamina non multa in omni antiquitatis memoria cognoscere.

MARACANDA) regiam Sogdianorum: Arrianus ὁ ἐπ Μαράκανδα ἡγε. τὰ δὲ ἐσι βασιλεία τῆς Σογδιανῆς χώρας, in Maracanda monit, quæ in vrbē Sogdianorum regia est. Apud Strabonem mendosè scriptum est Μαράκανδα: vetus enim codex Μαράκανθα habet, quamvis nec ipse satis emendatus, cum Μαράκανδα, non Μαράκανθα legendum sit. Variat tamen etiam apud Arrianum citamus, qui modo Paracanda, modo Maracanda scripsit, Plutarchus constanter Maracanda.

LXX. STADIA MVRVS VRBIS AMPLCTITVR) Duo milliaria germanica, passusque septingentos quinquaginta. amplam lant oportuit fuisse ciuitatem.

ARX ILLIN CINGIT VR) illius legit Acidalius, pro illinis, alij codices, arx nullo cingitur muro, quia intra septa ciuitatis. Et sequitur praesidium vrbis relictum, nullum arcu. Malim tamen Acidalianum illius, vrbis inquam.

LEGATI DE INDE AVIORVM SCYTHARVM SUPERVENIVNT) Qui sint Auij Scythæ; Curtius ipse docet, gentem esse liberam à morte Cyri, tum se Alexandro permisisse, iustissimam, alieni non appetentem, quietam nisi læderentur, omnibus paribus, nullo inter illos eminente, vt perfecta Democratiæ forma videretur. Arrianus de ipsis Abiis. Paucis, inquit, post diebus legati ad Alexandrum veniunt à Scythis, quos Abios vocant, quos & Homerus iustissimos mortalium appellans, in suo opere laudat. Hi Asiam incolunt, nullis legibus aut regibus subiecti, ob paupertatem nimirum cum iustitia

1.4. p. 77.

coniunctam. Homerus porrò, quem hic Arrianus testem produxit, hos Abios canit in XII. Iliados, qui Paſſa N. inscribitur, ipso ferè initio, quem cum Eustathio videbis, multa enim hic de Abijs.

Obſeruandum etiam, quod recte Calaubonus animaduertit, Abios. Arriano, Curtio, Ammiano, nomen proprium videri, non epithetum, quemadmodum etiam Aſſavēs Hesichio teste. Proinde interpetrem Homeri Latinum, Abios non recte vertile arbitror Abios longæuos, quamuis etiam Eustathius in quibusdam ita Græcis intellectam vocem moneat. Cæterū, Latini hos Scythes, nūc Abios, nunc Auios appellant, quod Græcis secunda litera scribatur, quæ Romanis & alteram in alphabeto, & v consonantem valeat, recteque vtroque modo notatur: vtſtatius tamen Abij, quam Auij nuncupantur. De his Strabo V. vol. copioſe disputat, Iuſtinus eosd. quamuis communis Scytharum nomine comprehensos paucis describit: Hominibus, inquit, inter ſe nulli fines, neque enim agrum exercent, nec domus illis villa, aut teſtum, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus & per incultas ſolidudines errare ſolitis. Vxores liberosque ſecum in plaueſtris vebunt: quibus, corijs imbrum biemisq; cauſa teſtis, pro domib; utuntur. Iuſtitia gentis ingenij culta, non legibus. Nullum ſcelus apud eos furto grauius, quippe ſine teſti munimento pecora & armenta habentibus, quid inter filias ſupereſſet, ſi furari licet? Aurum & argentiū non perinde ac reliqui mortales appetunt. latte & melle vefuntur. Lana ijs vſus ac veftium ignotus: & quanquam continua frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur. Hæc continentia illis morum quoque iuſtitiam edidit, nihil alienum concupiſcentibus. Quippe ibidem diuitiarum cupidio eſt, vbi & vſus. atque utinam reliquias mortalium ſimilis moderatio & abſtentia alieni fo- ret.

Albanis Glareani nullus hic locus, nec ipſe tamen admittit.

QVI EVROPAM INCOLVNT) Abijs enim seu Auii Asiatici ſunt ex Arriani, & Curtii, alio- rūmque nonnullorum opinione. Cum Abiis ergo paciſci non dubitauit Alexander ad Europæos per ſpeciem legationis miſit Penidam (an Menidam? de quo inſrā) qui & regionem & populos Scytharum, & genera armorum, & omnia denique quantum poſſet aſſequi, exploraret. Idem Arrianus docet.

*sub fine lib. 3. NE TANAIM TRANSIRENT) Silin, ſeu Iaxartem, ſeu, vt Arrianus *appellat, Orxantem, qui Macedonibus faltus Tanais, vt ſuprā docuimus, iſraque docebiſus. Scythis per Penidam tranſitu Tanais interdiſit, quod ea quæ cis Tanaim hunc Macedonicum omnia in potestate Alexandri eſſent. Ne alienum ergo regnum inuaderent, canit per legatum Alexander, cauſam bellii aduersus Scythes Europæos quæſiturus, vrbem etiam ad Tanaim poſturus.

QVI SVPER BOSPHORO INCOLVNT) Hic Bosphorus ſeu Bosphorum Cimmericum ſeu Scythicum, non Thracicum intelligo, qui valde remota ſe Tanai in Mæotidem paludem teſe exonerante, ſicut palus Mæotica per Bosphorum Cimmericum in pontum Euxinum delabitur, vt non immēritò Mæotis mater Ponti appelletur. Itaque Petrus Gyllius in Boſporo Thracico Boſpororu origine p.12. l. i. c. i. ita deducit: Thracici, inquit, origo eſt pontus Euxinus. ſupra pontum eſt Mæotis, quam matrem & nutricem ponti diuulgauit hominum sermo, iam abuſque antiqua memoria traditus, Mæotidis finis Tanais, limes Europæ & Asia Mæotidem Cimmericoſi eto excipit pontus auctus Mæotide & multis magnisque fluminibus per Thracium Euripum exit in Propontidem. Et vt magni lacus flumen aliquem emittere ſolent, ita pontus emitte in mare Aegeum velut flumen maximum, in principio angustum, in medio amplum, in fine ſtrictum. Finis appellatur Helleſpontus, medium verò lacus ſimilitudinem gerens Propontis, principium Bosphorus. De utroque Bophoro & nos ſuprā, & multa Arrianus in p. riplo ponti Euxini, Strabo l. 2. Eustath. ad Perieg. Mela, Plinius, ali. Super Bophoro verò Cimmerio ſauromata ſeu ſarmata Scythæ colunt. Cimmerium etiam Glareanus hic ponit, quem conſului, vbi hæc iam ſcripſeram.

CONDENDAE VRBISS V.P. RIP. TAN.) De hac vrbē Alexandria poſteā condita inſrā c. 17. plura ex iplo Curtio cognolces. Arrianum initio lib. 4. confule.

CAPVT XVI.

ARGUMENTVM.

Sogdianorum & Bactrianorum defectio. Cyropolis & Memacena vrbes cum regis periculo euentuntur. Spitames obſidetur.

ſed

Sed consilium distulit Sogdianorum nunciata defectio, quæ Bac̄trianos quoque traxit. VIII. millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamenem & Catenem, a quibus ei traditus erat Bessus: haud dubius quin eorum opera regrediposset in potestatem, coercendo qui res nouauerat, iussit arcessi. At illi defectionis ad quam coercendam euocabantur, auctores, vulgauerant famam, Bac̄trianos equites a rege omnes ut occiderentur arcessi: idque imperatum ipsis, non sustinuisse tamen exequi, ne inexpiable in populares facinus admitterent: non magis Alexandri sauitam quam Besii parricidium ferre potuisse. Itaque sua sponte iam motos, meru panae haud difficulter ad arma concitauerunt. Alexander transfugarum defectione comperta Craterum obsidere Cyropolis iubet. Ipse aliam urbem regionis eiusdem corona capit, signoque ut puberes interficerentur dato, reliqui in prædam cessere victoris. Vrbs diruta est, ut ceteri clades eius exemplo continerentur. Memaceni, valida gens, obsidionem, non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem ferre decreuerant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex L. equites premit, qui clementiam ipsius in deditos simulq; inexorabilem animum in deuictos ostenderet. Illi nec de fide, nec de clementia regis ipsis dubitare respondent, equitesque tendere extramunita urbis iubent. Hospitaliter inde exceptos, grauesque epulis & somno, in tempesta nocte adorti interfecrunt. Alexander haud secus quam par erat motus, urbem coronam circumdedit, munitionem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum & Perdiccam in obsidionem iungit, Cyropolis (ut ante dictum est) obsidentes. Statuerat autem parcere urbi condite à Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, & Semiramim, in quies & magnitudinem animi & claritatem rerum longè emicuisse. Ceterum pertinacia oppidanorum iram eius accendit. Itaque captam urbem diripi iussit; deleta, Memaceni haud iniuria infestus, & ad Meleagrum & Perdiccam redit. Sed non alia vrbis fortius obsidionem tulit: quippe & militum promptissimi cecidere & ipse rex ad ultimum periculum venit: namque ceruix eius saxo ita icta est, ut oculis caligine confusis collaboretur, ne mentis quidem compos. Exercitus certe velut erepto in eo ingemuit. Sed inuitus aduersus ea que ceteros terrent, nondum percurato vulnera acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem in a concitante. Cuniculo ergo suffossa manu ingens nudauerat spaciū, per quod irrupit, victor q; urbem dirui iussit. Hinc Menedemum cum tribus milibus pedum & 1300. equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga præsidio Macedonum inde deiecto muris urbis eius incluserat se, haud oppidanis consilium defectionis approbantibus: sequit tamen videbantur, quia prohibere non poterant.

SOGDIANORVM DEFECTIO) Ter Sogdiani perfida gens dediti, ter defecerunt, ut est in indice Siculi * ex quibus rex ducenta viginti millia capitali supplicio interfecit: Sic enim Siculus, ^{*l. 17. tom. 2. p. 484.}

Αλέξανδρος οἱ Σογδιανοὶ τὸν Σχίθας ἐστράτευεν.

Ως οἱ πρωτεύοντες Σογδιανῶν ἀπαγάμενοι πρὸς θάνατον παραδόξος ἐσώθεσαν.

Vt principes Sogdianorum ad capitale supplicium ducti, præter omnem expectationem seruati fuerint.

Ως Αλέξανδρος ἀποσάτας τοὺς Σογδιανοὺς ἐπολέμεισε κακάτεφαξεν ἀυτῶν πλεῖστος τῶν δώδεκα μηριῶν.

Quemadmodum Alexander Sogdianos cum rursus defecissent, bello adortus vicerit, & centum viginti millia capitali supplicio afficerit.

Απόσατις τετταγένων καλωτοῖς τῷν εἰς τὴν πέτραν καταφυγοῦντον.

Tertia defectio Sogdianorum, & rupis in quam confugerant, expugnatio.

SPITAMENEM ET CATENEM) Nulla fides barbaris, omnibus momentis nunc ad hos, nunc ab his ad alios deficient. Inter victos enim & victores nulla firma amicitia, sicuti nec inter dominum & seruum.

BACTRIANOS EQVITES A REGE O. V. OCCIDERENTVR ACCERSI) Arrianus * etiam aliam caussam ad fert detectionis Sogdianorum & Bac̄trianorum, quod Alexander illius prouincia maximum conuentum ad urbem Zaraspā indixisset, cuius eventum barbari pertimescebant, praesertim si qui sibi non optimè conciserant.

TRANSFUGARVM) Spitamenis & Catenis, quos ad continentos in officio alios miserat, cum ipsis non solum defecerunt transfugæ, sed alijs etiam auctores defectionis fuere.

De hoc etiam copiæ Cuius.

*l. 4 p. 77.

CYROPOLIM) Κύρπολιν, Arrianus Κύρσαρα. Ptolemaeus τὰ Κύρα, Σύρσαρον οὐ Κύρη καί συά απα-
pellat, ultimum operum Cyri, Persici nempe imperij ultimum claustrum & terminus. Plinius
Cyropolim maritimam regionem ad rubrum mare collocat: Idem apud Sogdianos autem ponit
aras Herculis, Bacchi, Semiramidis, Cyri, Alexandri. Finis, inquit, omnium eorum ductus ab illa parte
terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silin vocant: Alexander militesque eius Tanaïm puta-
uerunt esse.

1.16.c.15. Sed non satis esse quorū, quid sibi Aelianus velit, cum Cyropolim ab Alexandre conditam af-
firmat in India. Nec ea narratio ad illud caput, ubi de Cercione aue tractat, quicquam facit, nec
 $\pi\varphi\sigma\epsilon\pi\Theta$, nec $\pi\varphi\sigma\tau\alpha\chi\varphi\delta\eta\pi$, nec $\pi\varphi\sigma\delta\Delta\iota\omega\mu\sigma\tau\alpha$, nec Mercurium pertinet. Nec verisimile est Cyro-
polim in Sogdianis euerit, restitutam apud Indos. est eiusdem mentio apud Amm. Marcelli-
num.

**1.4.in i-
nitio.** **ALIAM VRBEM**) Arrianus s. ptem vrbes in Sogdianis ordine expugnatas ait ab Alexandre,
ad quos barbari eius regionis confugerant. primam vocant Gazam, Craterum... Cyropolim misit,
vt omnium vrbiū maximam, & in qua in plurimi barbarorum se receperant. Ipse vero simulac **Ga-**
zam peruenit, inquit Arrianus, primò statim impetu, murum terreum alioqui & parum altum inuadi-
iubet, scalis omni ex parte admotis, tum funditores, & sagittarij, ac iaculatores simul cum pedestribus impe-
tum facientibus murorum propugnatores e machinis lacefunt, telisque petunt: adeo ut prænimitia telorum
vi muro confessim propugnatoribus nudato, scela celeriter admotis sint, Macedonesque murum conscede-
rint, ac viros quidem omnes iuterimunt (ita enim iusserat Alexander) mulieribus, ac pueris, reliquaque pre-
da direpta.

CORONA CAPIT) Oppugnatio vrbiū duplex est, subita, & diurna: de subita hic Curtius, &
paullò intrà hoc eod. c. p. vbi quid sit corona capere, quodammodo explicat: Vrbem corona circum-
dedit, munitorem quam vt primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum & Perdiccam in obfidionem iungit.
Ecce utramque formam capienda vrbis.

**L.i.1.polis-
orcericowv.
dial. 4.
pag. 23.** Est autem subita oppugnatio, vti Lipsius describit, cum impetu, nec circumuallatione adhibita, incur-
runt. Ad hanc rem corona primum vbi, tum retinidine, sapè & scalis, cratibus, musculis, & qualeuiores
sunt machinarum. Si placet isthac ordine videamus. Coronam primum adhibeo: & ita solēt ad terrendum
aut claudendum, sed & ad distinendum. Sapè occurrit, corona cingere vrbem, corona capere, expu-
gnare: & valet in hunc sensum Silius:

Mœnia flexa sinu, spissa vallata corona

Alligat, & telis in morem indaginis ambit.

Facit spissam coronam, id est, duplēcē, triplicē, aut suprà, vt numerus militum, aut magnitudo loci
oppugnandi erat. In Ammiano: Armatorum triplici corona muris circumdati, In Iosepho: Διπλή την φό-
δα γιγικιλεντοι την πόλιν, και τριτην έχοντες περιστασι την ιππον: Duplici peditum corona vrbem (Iotapata) cingunt, & tertiam seriem equitum exterius ponunt. Bonus ordo, not ate. introrsum pedites, quorum inua-
dere, extrorsum equites, quorum inspectare & tueri. Et eminus quidem series ita duplex aut triplex, sed cum
appropinquabant, ratio vult magis arctatos multiplicatosque item fuisse, in gyro scilicet assidue angustiore.
annon & corpora alibi militum & cohortes relicte, ad subita belli, & subsidium aut praesidium? opinor. Hoc e-
tiam amplius, primos ordines peditum scutatorum grauiorū, fuisse, qui cominus assūlarent, inuaderentq;
retrorsum leues aut velites, vt funditores, sagittarios, qui eminus pellerent telis, & deturbarent propugnato-
res. Nec in hac re aliud monendum.

**41.6.
41.3.de leg.** Hæc Lipsius, apud quem & descriptam in charta eius imaginem cognoscet. Apud Græcos non
dissimile est τὸ στρῶμα apud a Herodotum, & b Platonem. vrbem quasi sagena & indagine inclu-
dere, vt & Herodianus loquitur.

PUBERES) qui arma ferent, aut ferre possent: iuuenes, sicut impuberes, pueri & imberbes ado-
lescentes. Liuius dixit puber etas. Virgiliius pubera folia.

RELIQVYI) fæminæ, impuberes, puellæ. Visitatum hoc in vrbium expugnatione, vt pueris, puel-
lis, & fæminis parcatur, nisi quando hostis hostem grauius irritauit, tum plerunque nemini parcitur, cuius in sacris & profanis literis passim documenta habemus.

MEMACENI VALIDA GENS) quantumuis valida gens sit aut fuerit, nomen eius tamē nul-
lius vel auctoritate, vel tibicine extra Curtium nititur aut fulcitur.

LEQVITES MISIT) Legati iure gentium sacrosancti ad hostes ibant & iniolati redibant,
quamuis atrocissima perferrent. Nec ullum scelus ab hoste atrocius vindicatum est, quam si vel in-
iuria, contumeliae afficerentur, vel etiam occiderentur. cuius rei in omni historia passim occur-
runt exempla, quibus hic nihil opus. Summa ergo perfidia & crudelitas fuit Memacenorum, qui
legatos Alexandri & hospites, publicaque fide vti credebant tutos, per noctem obtruncarunt. Vnde
non immerito gens tota excisa. Credibile ergo quod Siculus in capitibus suprà annotauit, centum
viginti millia Sogdianorum & Bactrianorum cælos, præsertim si Cyropolim cum reliquis vrbibus
euersam addas. Porro quid sit ius gentium, leges in Decret. parte 1.c.9. Ius gentium est sedi-
um occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, feruientes, postliminia, foedera, paces, inducie-
legatorum non violandorum religio, & hoc genus alia. Dicitur ius gentium, quia eo iure omnes fa-
re gentes vntur.

CYROPOLIM, VT ANTE DICTVM, OBSIDENTES) De Perdicca & Meleagro Cyropolim
obsidentibus, nihil ante dixerat, sed Craterum ad eam obsidendum misit, cui haud dubie Perdic-
cam & Meleagrum socios adiunxerat, quos inde auocatos ad Memacenos expugnandos adhibuit.
Cyropolim autem omnibus modis seruatam ob Cyri nomen cupiebat.

ADMIRATVS EST HVNC REGEM) Clarissima & æterna memoria fuit Cyri in omni anti-
quitate, quem historia sacra lèpè celebrat, laudat copiosè lib. i. Herodotus, Ctesias in fragm. cum
Herodoto editis, Xenophón octo libros, quos Kúρσ πάντες inscripsit, de eodem condidit: Diodo-
rus Siculus in secundo bibliothecæ quædam descripsit. Iustinus eiusdem res gestas latè persequitur.
Persis pater dictus, vti Suidas ex alij docet, plura de hoc, libro 10. c. 3.

SEMIRAMIM) Fuere sañè multa in hac ingenti heroide admiratione dignissima. Ctesias apud 1.2. Biblio-
Diodorum Siculum, eius mirandos natales, educationem, virtutes, & opera describit. Est mihi ad
manus Ctesias, & ipse Diodorus vti Græcè històriam conscriptis. fed molesta lectoritam longa
oratio futura erat: quam ex fontibus ipsis, quisquis volet, * hauriet.

Ioannes Tzetzes Chil. 9. p. 416. n. 275. politicis versibus eadem quæ Ctesias ac Diodorus, ceci-
nit:

Iustinus paucis verbis, sed paullo verioribus eiuldem res gestas in epitomen contulit: Hoc occiso, Iustin. l. 1.
Pag. 4.
Zoroastre, & ipse decepit, relicto, adhuc impubere filio Ninia & vxore Semiramide. Hoc nec immaturo au-
sa tradidere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum fami-
nia parituri, simulat se pro vxore Ninu, filium; profamina, puerum: nam & statura utriusque mediocris, &
vox pariter gracilis, & lineamentorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis,
caput tiara regit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet:
quem morem vestiu exinde gens vniuersa tenet. Sic primus initus sexum mentita, puer esse credita est. Ma-
gnas deinde res gesit: quarum amplitudine, ubi inuidiam superat amputat, quæ sit fatetur, quemue simulaf-
set. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quod mulier non faminas modo virtute,
sed etiam viros anteiret. Hoc Babyloniam condidit, murumqne vrbi cocto latere circumdedit, harenæ vice,
bitumine interstrato, quæ materia in illis locis passim è terra exæstuat. Multa & alia præclara huius regina
fuere: Siquidem non contenta acquisitos viro regni terminos tueri, Aethiopiam quoque imperio adiecit. Sed
& Indio bellum intulit: quod prater illam & Alexandrum Magnum nemo intravit. Ad postremum cum cō-
cubitum filij petiisset, ab eodem imperfecta est, duos & XL annos post Ninum regno potita.

Multa passim Strabo de ead. & Plinius, & non paucialij, cum rerum scriptores, tum poetæ. Est
huius rursum mentio infrà lib. 9. c. 11. vbi Semiramidem Alexander sibi anteponit. Huic tamen Go-
ropius Babylonem abdicat, quæ inter maxima & nobilissima opera Semiramidis plerique omnes
Græci recensent, mirantur, prædicant, vt suprà audisti. Sed verus & germanus Berolus (non ille fa-
naticus, Viterbiensis & pseudoberolus) apud Iosephum omnia hæc opera Babylonica Nabuchodonosoro adscribit: Beganum aduersus Viterbiensem consule, qui fabulosa de Semiramide pleraque
omnia refutat, in Cronijs p. 342. v. 10. à fine. Iustinus pleraque vera, præter Babylonem, denarrauit.
Nos ad Curtium redeamus, qui & ipse hæc fabulosa fecutus est.

ITAQVE CÀPTAM VRBEM DIRIPIT VSSIT, DELECTOS MACEDONES HAUD INIVRIA
INFESTOS) Locus hic totus in graui morbo cubat, quem an curaturus sim, nefcio, manum saltem
cum Acidalio medicam adhibere conabor. MS. Constantiensis, Itaque captam urbem diripi iussit.
Deleta Macedones haud iniuria infestos. Eodem modo legit Modius in suis membranis, editi omnes:
Itaque captam urbem diripere iussit, delectos Macedones haud iniuria infestos. Senlus hujus scripturæ pa-
ram aptius, seu legas deleta seu delectos. Primum, nulla causia fuit, cur Cyropoli essent infecti Mace-
dones, nisi quod le fortiter defendere, quod laudi potius, quam indignationi erat tribuendum. De-
inde, cur deleta essent infecti? Itaque nec placet castigatio prima Acidalij, cum pro delectos, recri-
psit relitto. Melior altera est: Itaque captam urbem diripi iussit. Deleta, Memacenis haud iniuria infes-
tos. Vera & certa emendatio, quam res ipsa dictabat: Cyropoli, inquit Acidalius, deleta, in quam ira
magis, quam iure suierat, ad Meleagrum & Perdiccam redit, Memacenos obsidente, quibus merito suo in-
festos erat ob interfictos equites, legatorum vicem à se præmissos, gentium iure violato. Hinc tamen illud
sequatur, ipsum regem obfisioni & direptioni Cyropoleos præfuisse, quod ex reliqua narratione non appetet:
Arrianus inter & præfuisse disertè scribit, atque ibi vulnus in ceruice accepisse, quod ad hanc urbem Curtius refert. Sed vt ante dixi, & dissentanea & intricata hæc tota Curtij narratio est: quod ante nos etiam
Modius in parte obseruauit.

Cæterum quod Modius & Acidalius intricata & dissentaneam totam hanc Curtij narratio-
nem iudicant: mihi secus videtur, si Curtius cum Curtio componatur: si cum Arriano, fateor Curtius
dissentire non ab seipso, sed ab Arriano. Arrianus * omnia, quæ Curtius de Memacenis tradit,
ad Cyropolitano refert, Alexandrum, inquam, vulnus ad hanc accepisse, Craterum, quem Curtius
ad Memacenos posuit, sagitta icum. Curtius rem hoc ordine gestam exponit: Alexander Craterū
ad Memacenos oppugnandos misit: eique Perdiccam & Meleagrum duces adiunxit: ipse Cyropo-
lim sibi expugnandam sumisit, cui omnino propter Cyrus conditorem & eius regis claritatem &
memoriam parcere cupierat. Sed cum constanter urbem ciues defenserent, Alexander illam ex-
pug-

*lib. 4:

pugnauit, & delevit. Cyropoli deleta, contulit se rursum ad Memacenos, quibus propter legatos o-
 *an illorū? cilios infestus erat, se contulit, atque * in illius oppugnatione saxo iactus, graue vulnus accepit: nihil
 minus oppugnationem acrius vrgens per cuniculum tandem in urbem evasit, illamque captam &
 direptam euerit. Hæc narratio est clara & expedita, si locum illum ab Acidalio emendatum lequa-
 ris. Quod ad Craterū attinet, fieri potest illum à Memacenis tanti per ad Cyropolitas auocatum, re-
 lieci interī in obsidione Memacenorum Perdicca & Meleagro, ad quos cum Cratero, post ex-
 pugnatam & deletam Cyropolim, rediit. Ita Curtius tres duntaxat vrbes in Sogdianis ab Alexan-
 dro expugnatas ostendit, primamque ἀνόνυμον corona captam, Cyropolim, & Memacenorum, vi &
 virtute, omnēque tres deletas. Arrianus * Memacenorum nullam facit mentionem, sed pro tribus
 *lib. 4. pa.
 77. post
 med.
 *lib. 17.
 *lib. 2. de
 fort.
 *lib. 5. dial.
 6.p.201.
 lib. 4. pag.
 154. in 8.
 teptem enumerat vrbes ab Alexandro expugnatas.

Diodori Siculi narratio hic, vt dixi, desideratur, capita * docent, centum & viginti millia Sog-
 dianorum occisa, quod post teptem ciuitates expugnatas & deletas non est improbabile. Plutarchus
 quamuis tres libros de Alexandre compotuerit, potissimum tamen in moribus eius exponendis,
 & quæ ad Philosophiam pertinent, versatur, è rebus gestis plurima nec attingit quidem. Quod hic
 in Memacenis vulnus accepit, Plutarchus * in Hyrcania factum dicit, ciuitatem nullam exprimit,
*In Hyrcania, inquit, oblaſo lapide collo, quo idū tenebris ob oculos offusis, ad dies multos cæcitatem ti-
 muit.*

NON ALIA VRBS) Memacenorum urbem accipe. De cuniculis dictum ad Martialis epigram-
 ma 60. lib. 13. ad Curtium lib. 4. c. 19. vbi de nomine cuniculi plura ex Vegetio. Lipsium Poliorce-
 tica lege. vbi multa super cuniculis. *

HINC MENEDEMVM) De hoc infrā cap. 20. vbi eius & militum interitus explicatur.

MARACANDA) redi ad caput xv. Arrianus huic Andromachum ac Caranum adiunctos
 ait.

SPITAMENES) iam notus ex cap. (huius libri 9.) 13. 16. notior futurus 20. 26. & lib. 8. c. 8. apud
 Arrianum lib. 6.

C A P V T XVII.

A R G V M E N T V M.

Ad Tanaim Alexandriam ponit, quam Scytha ne-
 quicquam diruere conatur.



Nerim Alexander ad Tanaim amnum reddit, & quantum soli
 occupauerat castris, muro circumdedit LX. Itadiorum urbis mu-
 rus fuit. hanc quoque urbem Alexandriam appellari iussit. Opus
 tanta celeritate perfectum est, vt XVII. die, quam munimenta
 excitata erant, tecla quoque urbis absoluarentur. Ingens militū
 certamen inter ipsos fuerat, vt suum quisque munus (nam diuisiū
 erat) primus ostenderet. Incole nouæ urbi dati captivi, quos, redi-
 dito precio dominis, liberauit: quorum posteri quoque nondum a-
 pudeost tam longa etate propter memoriam Alexandri exoleue-
 runt. at rex Scytharum, cuius tum ultra Tanaim imperium erat, ratus eam urbem, quam in
 ripa amnis Macedones considerant, suis impositam esse ceruicibus, fratrem Carthasim no-
 mine magna equitum manu misit ad diruendam eam, proculque amne submouendas Ma-
 cedonum copias.

AD TANAIM REDIT) de dupli, imò triplici Tanai lupiter dictum. Curtius cap. sequenti de
 hoc ipsoplura.

MVR CIRCVMDEDIT) Arrianus: Ipse iuxta Tanaim flumen urbem condere statuerat, eamque
 suo de nomine vocare. nam & ipse locus percommodus videbatur ad urbem amplificandam, & opportunam
 sedem censebat ad expeditionem (si quando id res postularet) in Scythas faciendam: tum etiam propugna-
 culum fore regionis aduersus barbarorum, qui cis flumen degebant, incursionses. Magnam autem urbem fore
 tum ex incolarum frequentia, tum ex nominis splendore autumnabat. Iustinus. Et vt his terris nomen relin-
 queret, urbem Alexandriam super amnum Tanaim condidit, intra diem septimum decimum muro VI. milii-
 um

1.4.p.77.
 ante med.

1.1.2.

um passuum consummato, translati eo trium ciuitatum populis, quos Cyrus condiderat, Arianus. Ipse l. 4. p. 73.
urbem, quam condere statuerat, intra vicesimum diem muro complexus, traductis eō Gracis quibusdam m.
mercenarys & finitimi barbaris, quibus sua sponte eō commigrandi voluntas fuit, nonnullis etiam Macedo-
nibus, quos et as ineptos bellorum reddiderat.

LX. STADIORVM) ex Curtij sententia, nouem millium septingentorum quinquaginta passuum,
quando milliarium germanicum, quinque millibus passuum respondet: stadia autem triginta duo
efficiunt milliare germanicum. duo ergo millaria, minus duobus stadijs, seu ducentis quinquagin-
ta passibus, murus erat occupatus, quod spaciū castra occuparant.

XVII. DIE) incredibilis celeritas, qua cœpta & absoluta vrbis est. Sed viceras Alexandrum Sár-
danapalus, de quo Strabo in Sardanapali epithaphio:

SARDANAPALVS ANACYNDARAXIS F. ANCHIALEN ET TARSVM VNA
DIE AEDIFICAVIT.

l. 14. p. 462.
redi ad lib.
3. c. 9.

NON DVM EXOLEVER VNT) & iam quadringenitis & amplius annis floruerant.

FRATREM CARTHASIM) alius codex Carchasim, cuius apud alios rerum scriptores, quod
meminerim, nulla mentio, ut nec regis ipsius nomen extat: ducis tamen Scytharum occisi nomen
Satraces fuit apud Arrianum.

MISIT) quomodo ergo apud Arrianum excusat rex incursionem Scytharum, non esse publica
authoritate factam? aliud nempe Arrianus, aliud Curtius narrat.

CAPVT XVIII.

ARGUMENTVM.

Scytharum descriptio. cura Alexандri de valetudi-
ne, & hoste. ciuidem supersticio.



Arianos Tanais ab Scythis quos Europeos vocant, diuidit. idem Asiam & Europam finis interfluit. Ceterum Scytha genus haud procul Thracia sita ab Oriente ad Septentrionem se verit, Sarmatarumque (ut quidam credidere) non finitima, sed pars est. Recte deinde regionem aliam ultra Istrum iacentem colit. ultima Asia quæ Bactra sunt, stringit quæ septentrioni proxima sunt, profunda inde siluae vastaque solitudines excipiunt. Rursus quæ Tanais & Bactras spectant, humano cultu haud disparia sunt. Primus cum hac gente non prouisum bellum Alexander gesturus, cum in conspectu eius obequitaret hostis, adhuc ager ex vulnere, præcipue voce deficiens, quam & modicus cibus, & ceruicis extenuabat dolor, amicos in consilium aduocari iubet. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis: Bactriani defecerant, Scytha etiam lacescebant. Ipse non insistere interra non equo vehi, non docere, non hortari suos poterat. anticipi periculo implicitus deos quoque incusans querebatur se iacere segnem, cuius velocitatem nemo ante a valui: set effugere: vix suos credere, non simulare valetudinem. Itaque qui post Darium victum arciolos & vates consulere desierat, rursus ad superstitionem hamanarum mentium ludibriis resolutus, Aristandrum, cui crudelitatem suam addixerat, explorare evenitum rerum sacrificiis iubet. Mos erat aruspiciis extra sine rege spectare, & quæ portenderentur, referre. Inter haec rex dum fibris pecudum exploratur evenitus latetum rerum, propius ipsum considerare amicos iubet, ne contentione vocis cicatricem, infirmam adhuc rum pereret. Hephestion, Craterus & Erigys erant cum custodibus in tabernaculum admissi.

BACTRIANOS TANAIS AB SCYTHIS, QVOS EVROPAEOS VOCANT, DIVIDIT) hoc Ia-
xartes, ut suprà docui, non Tanais facit: Tanais enim procul ab Indis & Bactrianis.

IDEM ASIAM ET EVROPAM FINIS INTERFLUIT) non idem, sed verus Tanais, qui in Me-
otidem paludem decurrit.

HAVD PROCVL THRACIA SITA EST) à Bosphoro Cimmerico usq; ad Thraciū, g̃es Scythaū

pertinet. immo Eustathius ad Dionysium etiam Scythiae partem docet esse Thracia. Ηταν δε Σκυθιας θρακιου ονομασι ηλεγοντο. Erant Scytha etiam Thracia gens, quos Nomavos appellabant. Curtius infra de Scythis pro feloquentibus: Bactra, nisi diuidat Tanais, contingimus ultra Tanaim & usque ad Thraciam colimus. Hic est quod obserues, vulgo Tanais fontes ex Riphæis montibus deduci, quamquam obscuras eius origines tradit. Sed rerum Moschobitum sc. iptores disertè negant, originem Tanais ex montibus Riphæis, sed eandem ex lacu quodam in Rhesania, Reissæ regione, Moschorum principi subiecta, deductunt. Lacum Iuuauvum appellant, patria lingua Ieziorum. Tanais (Moschis Don dictus) recta primum in Orientem tendit, deinde septentrionem versus flebit, rursum contrario cursu reflexus meridiem petit, ac in Maeotidem paludem exoneratur. Est etiam Tanais minor, qui in Seuerieni prouincia oritur, & demum in superiorem decurrit.

Ad maiorem Tanaim aiunt statuas & imagines, antiquitatis argumenta, extare. Sunt qui columnas Alexandri M. in eisdem partibus posueré, sed harum hoc tempore nullum vestigium cerni testantur, quod verissimum, cum nullæ unquam ijs in locis fuerint, nec Alexander ad verum Tanaim unquam penetrauit.

De Tanais ortu idem in eodem volumine traditur p. 242. Sigismundus Herbenstainius à fontibus Tanais usque ad eius ostia, numerat octoginta millaria germanica: de aris Alexandri nihil potuisse cognoscere. Idem p. 208. Tanais, inquit, nominatisimus fluvius à Tartaris & Moschouitis Don nuncupatus, fontes & originem habet in Moschouia in ducatu Rezeni. consurgit de terra plana, sterili, limosa & paludosa, & nemorosa, quemque ad orientem solis processisset usque ad metas Scybia & Tartaria, declinat ad meridiem, & perueniens ad paludes Maeotidas, illuc ostia tenet & ingreditur. Plura transcriberem ex Herbenstainio, nisi vererer, ne delicatas aures & emunctas nares horrida scriptoris barbarie offendarem. Addit idem, Tanaim triplo maiorem Tiberi, quæ Tyrrheno excipitur, duplo etiam Danubio, qua Budam stringit. (Herodotus Istrum seu Danubium maximum Scythicorum flumen affirmat in Melpomene.) Denique concludit disputationem de Tanai his verbis, bona via tua hic, rei causa, ad verbum collocatis: Accipiat itaque lector, inquit, tua humilitas, & contra omnes aduersantes tueatur & dicat, quod prælibata flumina (Tanaim Volsum, Occam & alia signarat) non de montibus, nec de radicibus montium, quoniam ibi montes nulli sunt, oriuntur & fluunt. Accipiat secundo, quod montes hyperborei & Riphæi, de quibus emanasse illa flumina ab aliquibus fabulosè scriptum est, nec in Moschouia, neque in alijs partibus septentrionis sunt, recteque dicetur confitit esse, & nusquam existere, nisi forte in libro scripti veluti, & non in terra reperiri affirmarentur.

Subiicit deinde plura, quæ ad locum hunc non faciunt, & infra adducentur. Comparat demum Tanaim cum Nilo, eiusdemque longitudinis ex Mathematicorum disciplina, utrumque esse sexaginta assuum, seu graduum ut vulgo loquuntur: Nilum à meridiad septentrionem properare, Tanaim à septentrione in meridiem, illum mari Alexandrino, hunc à Maeotide absorberi.

ULTRA ISTRVM ubi colunt Sarmatæ, hodie Poloni, Moschi seu Moschouitæ, Tartari, Getæ, & germani Scythæ.

QVAE BACTRA SVNT STRINGUNT lego, Quæ Bactra stringunt.

PROFUNDÆ SILVÆ infra: Cum siluis, & niubis, & fluminibus, ferisque bestijs gesturus es bellum, hæc enim in Scythicis solitudinibus reperiuntur. Idem eodem loco: At nos deserta & humano cultu vacua magis, quam ruris, & opulentos agros sequimur. Sigismundus Herbenstainius: Post Moschouiam, inquit, sunt gentes & regiones inter septentrionem & orientem in fine Asia septentrionalis, quæ propriæ Scythica dicitur, principi Moschouie subiecta. In his regionibus non arant, non seminant, panes non habent, nec pecunias: feris siluarum, quæ apud eos abundant, vescuntur, & non nisi aquam bibunt, morantur in densis siluis, in tugurijs ex virgultis factis. Tu plura ibi de hoc genere hominum. Sed Curtiani Scythæ arabant, villum hauriebant, Cerere vescibantur, itaque variæ gentes Scythicum lunt, & varij mores. Herodotus in Melpomene totam regionem Scytharum tetragonon facit, & in longum patere quatuor millia stadiorum, totidemque in latum. Longa ergo & lata Scythia centum viginti quinque millaria germanica. De Scythicis siluis plura infra.

PRIMVS CVM HAC GENTE NON PROVISVM BELLVM ALEXANDER CESTVRVS) Mirum quomodo primus, cum Oratores Scytharum infra * doceant, Syriæ regem, Medorum atque Persarum, ab Scythis bello victos. Et Iustinus, Darium, inquit, regem Persarum turpi ab Scythia submouerunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri M. Duxem Sopyriona pari ratione cum copijs viuieris deleuerunt. Et apud Diodorum lib. 2. Sarmatæ * totam Scythiam ante Cy-

lib. 4.

*c. 22.

lib. 2.

*Sauroma-

tz. pag.

127. vel pa-

90. ad mar.

*L. 2.

& Scy-

bellum indicatum testatur. Quin & pater Alexandri Philippus Scythas inuaserat, non ergo primus Alexander. Restat, ut pro Curtio dicas, primum ab Alexandro bellum Scythis datum, non indicu, sed improvisum, hoc enim verbū hic Curtius ponit. Sed quomodo improvisum, cum inter Scythas & Alexandrum ante initium belli, legati ultrò citroque ab altero ad alteros commearent,

EXPLANATIONES.

443

& Scythæ priores Alexandrum lacescerent, adeoque regi, ut est apud Attianum, insultarent? Diu super hac re cogitanti, nec variam scripturam ullam ex codicibus inter se coniurantibus reperiens, tandem conjectura succurrit, non improbabilis ut mihi quidem videtur: Primus, inquit, Alexander non prouisum ante bellum Scythis fecit, quod id antea non prouiderat, nec statuerat, sicut contra Darium, Belum, & in Græcia Illyricum Thracium, Thebanum consilio suscepit. Sed cum ad Tanaïm seu laxartem, urbem condere statuisset, & Scythæ obniterentur, coactus est ex improviso mouere in Scythes. alij vero reges seu Aegypti, seu Syriæ, seu Medorum & Persarum ex instituto nec lacescisti quidem, Scythis ingentes exercitus infudere.

A G E R E X V V L N E R E) quod secundum ceruicem faxo ictus ad Memacena accepit, vti Curtius tradidit, ad Cyropolis, vt Arrianus scripsit.

A M I C O S I N C O N S . A D . I V B E T) Craterum, Hephaestionem, Erigum eum custodibus alijs corporis illius, vt infrā.

I N I Q U I T A S T E M P O R I S) quam tres causæ efficiebant: noua Bactrianorum defectio, Scytharum obequiantium & lacescentium contumelia, vis morbi tanta, quæ & incedere, & terram etiam pede contingere, imo etiam nisi presè & submissè loqui regem prohibebat.

S C Y T H A E E T I A M L A C E S S E B A N T) Non lacescebant tantum obequando, sed probra etiam obiectando. Arrianum audi. Quum Scythes à flumine non recedere cerneret, sed trans flumen (cuius exiguia erat ex parte latitudo) tela mittere, nonnulla etiam probra in Alexandrum barbarico more iacere: nimurum, non audere Alexandrum cum Scythis congredi, aut si faciat, experturum quantum inter Scythes & barbaros Asiaticos interst. His rebus irritatus Alexander, transfre in eos statuit, pelleſq; ad trajectendum parari iubet. Ex quo simul loco cognoscis, non statuisse bellum facere Scythis, proinde non prouisum, sed conuitis irritatum, traieſile Tanaim siue laxartem.

D E O S Q V O Q V E I N C V S A N S) Ita laudabant sua numina impij pagani, cum res non pro voto fluenter, culpam omnem in tuos deos referebant. Curtius infra, de morte Alexandri: Indignantum voces exaudiabantur, tam viridem, & in flore atatis fortunæq; inuidiâ deum, ereptum esse rebus humanis. Alij simulacra sua aureis catenis, vel etiam lanâ, ne durius adstricta dolerent, deuinixerunt: Alij flagris quoque conciderunt. Accipe quid Tranquillus in Caligula de Germanici patris eius morte mani, tradat: Quo defunctus est die, lapidata sunt templæ, subuersæ Deum aro. **Tyrii, Ro**manæ publicum abieci, partus coniugum exposti. Conueniebat quidem talis cultus talia numina, sed dato, creditos deos, impij fuere, qui talia in illos auſi.

C V I S V E L O C I T A T E M N E M O A N T E V A L V I S S E T E F F V G E R E) De alexandri velocitate multa passim suprà. Aemulum planè habuit Iulium Cælarem etiā in celeritate, de qua Cicero ad Atticum ep. 9. Hoc rēq; horribili vigilitia, celeritate, diligentia est. Et alibi: Cæsar volare dicitur.

S I M V L A R I V A L E T V D I N E M) in ualitudinem, morbum. **V a l e t u d o**, ambigua ad secundam & ad ueram valetudinem vox est, & in utramque partem exempla occurunt, etiam sine epitheto. Simulari autem dixit è suspitione militū, qui arbitrari poterant timeri Scythes ab Alexandro, eoq; simulari valetudinem, ne metus prodatur. Nec verum hoc erat, nouerat audaciam sui regis miles.

S V P E R S T I T I O N E M H V M A N A R V M M E N T I V M) verà Modio & Acidalio progenium, rescriptum est mentium. emendatius etiam legeris ludibria quam ludibrio. Seruari tamen potest humarum pro vanarum, quamvis utriusque vocis apta sententia.

A R I O L O S E T V A T E S) A'alexander quamdiu rem feliciter gessit, ipse sibi vates, ariolus, & deus erat: vbi fortuna eius dubia velanceps habet, tum deus esse desiit, & ad alia numina, vates, & haruspices confugit. Hoc mortalium ingenium est, vt felices, cœli & cœlitum obliuiscantur; infelices, etiā a' heronta mouant. Cæterum, quamvis apud veteres multi arioli, multi aruspices fuerint, qui mortalium animis illusorint, Cicero tamen passim omnes irrisit, præsertim in secundo de Divinatione, totam gentem haruspictum & extispicum multis rationibus explavit. Noster Delrio * ariolos & haruspices sub vnam legem cogit, & de utriusque coniunctum d. spusat: Ariolos quidem ex Isidoro ab aris inspiciendis dictos ait, haruspices non ex Isidoro ab haris, sed ab harug; seu hostia & victima dictos affirmat. Ariolorum furibundæ diuinationes etiam legibus & capitis pena interdictae: Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo ariolum: Augurum & vatum prava confessio cōfiteſcat, Chaldae ac magi, & ceteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinâdi curiositas: etenim supplicio capit is feritur gladio vltore prostratus, qui tunc iussis nostris obsequium denegauerit. Glossa Accurtij Ariolu, id est, aris vel altaribus & sacrificijs dæmonum deieruentem. Est ergo ariolatio & haruspicina iegororoxia seu di. Delius tosciplina diuinandi in sacrificijs paganorum solita seruari: cuius genera minimum nouendecim exponit Delius: ex quo nomina duntaxat de promam.

I. Species est vtrik; iue bupatrox, victimaria, cum è viua hostia aliquid diuinatur.

II. Extispicina, Græcis ἐπατοσκονία, cum ex ipsis extis & iocinore futurum coniiciebatur.

- III. πυροσχοτία seu πυρομαντεία, cum expice & igne euentus futuri captabantur.
 IV. est καπνομαντεία, hoc est, fumi obseruatio.
 V. λιβανομαντεία, à thure diuinatio.
 VI. τεφραμαντεία seu σπόδομαντεία, qua ex cineribus sacrificiorum siebat coniectura.
 VII. οὐδρομαντεία & ονυμαντεία, qua considerabatur color vtriusque laticis in sacrificio fusi.
 VIII. κριθομαντεία, ἀλεύρομαντεία, ἀλφιτομαντεία, τυρομαντεία, ιχνομαντεία, ωοθυκη, ωομαντεία, οβεριατο, seu ariolatio ex hordeo, farre, farina, caseo, pisticibus, ouis capta.
 IX. κυρομαντεία, è cera coniectatio.
 X. ανθρακομαντεία, cum fibræ & viscera humana in aris inspiciuntur.
 XI. Δαφνομαντεία, ex laurei ramo crepitu & fragore.
 XII. Εστραγομαντεία est ex verbena.
 XIII. διμφαλομαντεία est ex umbilico.
 XIV. ἀμυνομαντεία est ex foetus materni membrana.
 XV. Ieduim, est ridicula ludorum diuinatio ab animali Ieduia dicta.
 XVI. λιθομαντεία est ex lapidibus.
 XVII. ράβδομαντεία est è virgine.
 XVIII. λαυταδομαντεία est lucernaria.
 Ultima παρθενομαντεία, virginitatis exploratio.

Has omnes damnatas ariolationes & haruspicias copiosius exponit Delrius, veterumque testimonijs confirmat. additique alias esse mille nocendi artes à Christianis sacris proscriptas, quas omnes etiam Curtius superstitiones & humanarum mentium ludibria appellat.

A R I S T A N D R U M) Multa huius vatis, haruspices, & Arioli mentio, apud Curtium, Arrianum, Plutarchum, & Plinij, qui librum, Aristandri huius opinor, laudat de Otentis, Philostratum 1.8. qui domo Lycium facit, Arrianus Telmissensem, sed Telmissum aij Cariæ, alij Lyciæ adscribunt, vti Stephanus tradit.

S A C R I F I C I S I V B E T) Impia paganorum lacra describit Alexander Neapolitanus lib. vlt. ca. vlt. vbi de humanis potissimum victimis tractatur. De Iudeis idololatriis, qui diis pueros puellatque viuos flammis exarserunt literæ sacræ. De alijs paganorum sacrificijs, quæ quibus diis hostiæ immolarentur fusè rursus Alexand. Neapolitan. l. 3. c. 12. De ceremonijs sacrificiorum Rosinus l. 3. c. 33. Nunquam lego Alexandrum humana hostia litasle. De Carthaginiensibus Iupræ lib. 4. est dictum.

H A R U S P I C I B V S) hinc intelligis ariolos & haruspices pro eodem genere vatum hic accipi, cum paullò ante, verum dixerit Alexandrum ad Ariolos & vates.

E X T A) Inter exta numerantur, cor, cerebrum, pulmo, stomachus, lien, hepar seu secur. De quibus hæc Alex. Neapol. Qui augurum disciplinam obseruarunt, quig illorum præscita perscrutati sunt in fibris extisq; inspiciendu, inter ea quo dira aut secunda essent, multum interfuisse volunt: licet alij alio modo illa interpretari, & eorum euenta predicere soleant. Et tametsi in extis contineri cor, cerebrum, pulmone, stomachum, liinem, hepar, se iecur communi opinione receptum fuit, quas Graci φένεας dicunt, incredibili fabrica coniuncta, quorum ex habitu & colore salubritatis & pestilentia signa ostenduntur: tamen nullū discrimen vehementius fuit, quam si caput iocinoris, vel ipsum iecur in extis defuisse, quod caput extorum dicitur, tunc omen exiti malorumq; fuisse, funestumq; & magni terroris, nisi insolitudine & metu, quia curas tunc perire putarunt. Cumque hepar ex non puro sanguine sit, quia a sanguis purus cogitur circa cor: tamen in hepate sedem vaticinij esse, & praesagium futurorum, periti haruspices opinati sunt. Illustrat hæc deinde exemplis ex varia historia petitis, quæ ibi dem cognoscet.

F I B R I S P E C V D V M) extreum iocinoris, fibra appellabatur. Alex. Neap. Si vero in iecore extreum, quod fibra dicitur, ita locaretur, ut ab ima fibra, iocinora intrinsecus replicata essent, aut si geminum iecur foret, per hæc læta & magna portedi, argumentaque felicitatis esse, nemo dubitauit.

C V M C V S T O D I B V S) corporis custodib. è quib. principes Macedoniz, Ptolemaeus qui postea regnauit, & Leonatus, alijque erant.

C A P V T X I X.

A R G V M E N T V M.

Consilium ponit de inferendo Scythis bello : dehor-

hortantur Erigys & Aristander. Vates ab Alex-
andro reprehensus iterum litat & perlitatum
feliciter nunciat.



*Iscrimen, inquit, me occupauit, meliore hostium quam meo tempore. Sed
necessitas anter rationem est, maximè in bello, quod raro permittit tem-
pora legere. Defecere Bactriani, in quorum cœrui cibis stamus, & quan-
tum in nobis animis sit, alieno marte experintur, haud dubia fortuna.
Si omiserimus Scythes ulro armas inferentes, contemti ad illos qui de-
fecerunt, reuertimur. Si vero Tanais transierimus, & ubique in uitios
eſe nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus, qui dubitabat pa-
re etiam Europam victoribus? fallitur qui terminos glorie nostra metit, spatio quod trā-
stur sumus. Vnus amnis interfluit, quem si traximus, in Europam arma proferimus. Et quā-
ti affimandum est, dum alium subigimus, in alio quodammodo orbe tropae statuere, & qua-
tam longo intervallo natura videtur diremisse, una victoria subito committere? At hercule
si paulum cessauerimus, in tergis nostris Scytha hærebunt, an soli sumus qui flumiua tranare
possimus? Multa in nos metipso recidunt, quibus adhuc vicimus. Fortuna belli artem vi-
etos quoque docet. veribus amnam trayciendi exemplum fecimus nuper, hoc ut Scytha imita-
rinescant, Bactriani docebunt. Præterea unus gentis huius exercitus venit adhuc, ceteri
expectantur, ita bellum vitando alemus, & quod inferre possumus, accipere cogemur. Ma-
nifesta est consilij mei ratio. Sed an permissti sunt mihi Macedones animo uti meo, dubitos
quia ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus, sed si me sequi
vultis, valeo amici. Satis virium est ad toleranda ista. Aut si iam adeſt vita mea finis, in quo
tandem opere melius extinguar? Hec quassa adhuc voce deficiens vix proximis exaudienti-
bus dixerat, cum omnes à tam precipiti consilio regem deterrere cœperunt: Erigys maximè
qui haud sane auctoritate proficiens, apud obstinatum animum superstitionem, cuius potens
non erat rex, incutere tentauit, dicendo deos quoque obſtare consilio, magnumq[ue] periculum, se
flumen transiſſet, ostendi. Intranti Erigo tabernaculum regis Aristander occurrerat, tristia
exta fuisse significans, hac ex vate comperta Erigys nunciabat. Quo inhibito Alexander
non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitione quam celauerat, detegebatur, A-
ristandrum vocari iubet. Qui vt venit, intuens eum, Non rex, inquit, sed priuatus sum: sa-
crificium ut faceres mandauit, quod eo portenderetur, cur apud alium quam apud me profes-
sus es? Erigys arcana mea & secretae prodente cognouit. Quem certum me hercule ha-
beo extorum interpretem metu suo, tibi autem quam potest denuncio, ipse mihi indices quid
ex extis cognoueris, ne possis insciari dixisse que dixeris. Ille exanguis attonitoque similis
stebat, per metum etiam voce suppressa: tandemque eodem metu stimulante, ne regis expe-
ctationem moraretur. Magni, inquit, laboris non irriti discriminis instare prædixi: nec me
ars mea, quam benevolentia perturbat, infirmitatem valetudinis tua video & quantum in
uno te sit, scio. vereor ne presenti fortunæ tua sufficere non possis. Rex iusso confidere felicita-
ti sue remisit: alias sibi ad gloriam concedere deos. Consultanti deinde cum ipsis quonam
modo flumen transirent, superuenit Aristander, non alias latiora exta vidisse se affirmans,
vixque prioribus longe diuersa: tum solicitudinis cauſas apparuisse, nunc prorsus egregie
litatum esse.*

MELIORE HOSTIVM) quia tempus illis fauet, quod mihi propter valetudinem iniquum est. Poeta:
Temporis plus sapè terret, quam hostis ipse, iniquitas.

NECESSITAS ANTE RATIONEM EST) Ne cœtas, inquit Comicus, ratione in artis plus valit.

Neceſſitas dat legem, non ipsa accipit.

Neceſſitati sapiens nihil vnuquam negat.

Ανάγκη οὐδὲ βοι μάχονται.

Neceſſitati etiam superi cedunt.

DEFECERE BACTRIANI) supra cap. 16. Sed consilium distulit Sogdianorum nunciata defectio, qua
Bactrianos quoque traxit.

ALIENO MARTE EXPERIVNTVR) ex bello mihi cū Scythis gerendo, Bactriani de mea virtute,
animo, viribus existimabūt. Illud si vel detrectauero, vel infeliciter geslero, non solū in perfidia &
defectione perseverabunt, sed etiam arma ulro inferent, vbi Scythes vicero, reliquæ omnes bar-
baræ gentes vel ad officium redibunt, vel in eo persistent: Europa etiam præmium victoriae erit.

H A V D D U B I E S I O M I S E R I M V S S C Y T H A S) Acidalius hunc locum aliter interpolat, & ex alijs antiquioribus codicibus aliam scripturam elicit: *Vulg*, inquit, aut dūbia fortuna si omiserimus Scythas. Ego aliud inde coniūcio, quod spero me omnibus probaturū. Nihil deleo, distinctione solum mutata, superioribus annexo initium horum: Defecere Bactriani in quorum cœrūcibus stamus, & quantum in nobis animi sit, alieno marte experiuntur, haud dubiā fortunā. Si omiserimus Scythes, vltro &c. Et potest ne quidquam elegantius? alieno periculo experiri tutissimum: neque fortunam belli extimescendam habent, qui tentant discrimine aliorum. Non male quidem Acidalius, imo etiam benē. Sed & Modianus codex non rei sciendus.

T E R M I N O S M E T I T V R S P A T I O Q V O D T R A N S I T V R I S V M V S) hanc gloriæ & cupiditatem explicant infra oratores Scythurum in ipso aditu in vestibulo orationis, si dī habitum corporis, & quæ cap. 22. sequuntur.

V N V S A M N I S) Tanais, qui tamen opinione tantum Macedonum, Asiam ab Europa diuidebat, quod de vero Tanai, qui in Mœotidem influit, dicendum. hic Tanais fuit Iaxartes, non Tanais, quod sāpē monui.

Q V A N T I A E S T I M A N D V M) tanti, ut victa Asia, transmissio Tanai, etiā Europā victa putemus.

I N A L I O O R B E T R O P A E S T A T V E R E) Impropiè loquitur hic Curtius, vel potius Alexander, de tropaeis, quæ pro signis expeditionis vel victoriae accepit. Macedones enim (Pausania aucto-
in Bæoti-re) nulla posuere victoriarum tropæa, cuius rei causam addit, οὐσιαν δὲ, inquit, δέο &c. In Chæ-
cis seu l. 9. ronenium agro duo sunt tropæa: ea dux Romanorum Sylla erexit, Taxilo fuso Mithridatis copiarum duce.
sub fin. p. Amynata quidem filius Philippus, neque ad Cheroneam: neq; uspici vel de barbaris, vel de Gracis a se vici
249. vel. p. vllum erexit tropæum: neq; fuit omnino patrius Macedonibus mos, victorias suas tropæis vllis testatas relin-
606. in fol. quere. Est à Macedonibus ipsis traditum, Caranum regem suum victo in pugna Cisseo, qui fuitinis impe-
rabat, Argiūrum ritu tropæum constituisse. Erumpente autem ex Olympoleonem ita illud subuertisse,
ut prorsus fuerit abolitum. Intellexisse Caranum id sibi meritò contigisse, quod eo monumento erecto, spem
sibi redditus in gratiam finitinis praecidisset reliquo debinc tempore neque Caranum, neque successorem quæ-
quam tropæum vllum excitasse, quod nempe sibi ad redditum in gratiam cum hostibus, loci aliquid relictum
voluerunt. Satis certum fuit Burius rei argumentum, quod Alexander neque de Dario, neque de Indis vi-
ctoris tropæum vllum erigendum curari. Atqui contra Paulianam recto pede contendit Siculus, qui

1.16. p. 476. affirmat tropæum de victis Chæronensibus erectum: cuius verba non multa, Metà δὲ τῶν μαχην ὁ φί-
λιππος τρόπαιον στήσας, καὶ τοὺς νεκροὺς εἰς ταφὴν συγχωρήσας ἐπινίκια τοῖς θεοῖς θύετε. Ab hac pugna tropæum
Leod. pag. 409. Philippus statuit, & concessis ad sepulturam mortuis victoriæ sacrum dīs fecit. Et supra de fusis Illyrijs:
καὶ στήσας τρόπαιον θεατρὸν τῶν τετελευτηκότων. Et erecto tropæo suo in acie defunctos sepeliuit.
Alexander passim aras posuit pro victoriae monumentis Curtius. l. 3. c. 25. tribus aris in ripa Pinari
annis Ioui, Herculi, Minerua sacrificatis. l. 8. c. 21. Ara in petra locata sunt Minerua & Victoriaque. & alibi.
Nisi velis Siculum quoque ἀκρύλως locutum, vti & Herodianus de eod. Alexandro lib. 3. Εἰσ Φασι καὶ
Δαρεῖον Αλεξανδροφτὸν ὑσάτην καὶ μεγίσην μάχην συμβαλόντα ἡ πλούτη τε καὶ ἀλώνα ὑπὸ τῶν ἀρχτῶν αὐδρῶν,
καὶ τότε τοὺς ἀνατολικοὺς νενίκηκότων μένει δὲ ἐπινόν καὶ τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἔκεινος πόλις ἐπὶ τῷ λόρε Α-
λεξάνδρεια κατελείψαντες χαλχεύοντες τὸν προστιγοφέαν δὲ τοῦ φέρει. Quin eod. quoque loco Dariū ab
Alexandro ferunt maximo extremo, prælio profligatum captumq; ab Europo, qui ad Septentr. sunt, etiā
tum Orientis nationes superantib. Manet autem adhuc tropæum, & tanta victoria testimonium vrbis in colle,
Alexandria, simul etenim ipsius simulacrum, unde loco impostum nomen. Multa hic ab Herodiano
peccata, sed non solo, primum fusile maximum & extremum Darij prælium cum Alexandro ad
Issum in Cilicia, deinde, ibi captum Darij, cum ultimum prælium fuerit ad Arbela seu Gaugamela in Assyria trans Tigrim, & ibi demum non captus, sed fugatus iterum, & à Beslo demum capitus. Vrbs autem & aræ inpropriè tropæa dicuntur. Suffragatur Siculo & Hérodiano etiam Philo-
stratus, *qui disertissime arcum triumphalem apud Indos ab Alexandro erectum, vbi Porum vi-
ta Apoll. pag. 106. cit, testatur: Εξαστάντες δὲ τῶν &c. Hac accepta epistola, Taxilis abierunt: iamque bidū iter progesi ad
locum venerunt, vbi Porum cum Alexandro pugnasse ferunt: ibi, se portas etiam vidisse dicunt non loci cuiusquam claudendi causa.

Αλλὰ τρόπαιον θένει καὶ κοδομητένας.

Sed tropæi tantum gratia extuctas. Ipsiis quoq; Alexandrum confici quadrivago currui superstans, sicut cum Darij Satrapis apud Issum pugnauit. Duas autem alias portas esse ferunt, non longo inter se spacio distantes, supra quarum unam Alexandri, supra aliam vero Poris arua posita est, quæ post eorum, ut arbitrator, conciliationem extucta fuerunt. Hic enim latabundo, ille salutanti venerabundoq; similis appetit. Cæterum quæ forma tropæorum fuerit, habes cum apud alios in monumentis passim Romanis, tum apud Rosinum l. 10. c. 29.

T A M L O N G O I N T E R V A L L O N A T V R A V I D E T V R D I R E M I S S E) oriens enim & occidens, Asia & Europa, maximis interuallis inter se distant, si ultima Asia cum ultimis Europæ consideres. At necesse est, ut fines inter se committantur, quemadmodum Europa quæ ad Hellspontum est, septem tantum Itadijs absit ab Asia, & Europa Scythica ad septentrionem vno duntaxat flumine Tanai separatur ab Asia, quæ orientem spectat: Breuiter & eleganter Mela cap. 1. lib. 1.

EXPLANATIONES.

451

Hoc mari (Euxino) & duobus inclitis amnibus Tanai & Nilo in tres partes, vniuersum diuiditur: Tanais a Septentrione ad meridiem vergens, in medium ferè Maeotidem defluit: & ex diuerto Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet a fredo ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus: ab altero Europen: ad Nilum, Africam: ad Tanaim, Europen. Ulterius quicquid est, Asia est. Hæc Mela. Ad quæ Oliuarius: Varro, inquir, in duas (vniuersum diuilit) Asiam & Europam. Veteres apud Herodotum in quatuor, Asiam, Africam, Europam, & Aegyptum. Recentiores in tres tantum; nam Aegyptum Asiam partem faciunt.

VNA VICTORIA COMMITTERE.) Transmisso Tanai, seu Iaxarte, & viatis Scythis, coniungemus Asiam Europæ, victores utriusque.

FORTUNA BELLI ARTEM VICTOS QVOQUE DOCET.) Comicus, hæc in senarium vertit.

Fortuna belli artes etiam victos docet.

VTRIBVS.) De his supra cap. io. copiose ex Vegetio dictum doctumque.

BACTRIANI DOGEBVNT.) Quia spectatores fuere, quando Oxus trajectus est.

VNVS GENTIS HVIVS EXERCITVS VENIT, CAETERI EXPECTANTVR.) Vnus ex accolis Tanais, exercitus venit, nisi hunc vincimus, etiam qui longius absunt à Tanai venient. est enim gens Scytharum ingenis, & in multos populos & regiones diuisa. vt infra cap. sequenti, ex Geographo docui, vbi & nomina populorum varia sunt adscripta, & alibi idem tradidit, omnes ad Septentrionem gentes, olim Scythes dictos.

NON EQVÖ VECTVS SVM, NON PEDIBVS INGRESSVS.) Sed lectica gestatus, priori cap. ipse non infistere in terra, non equo vehi, vulnere in Memacenis, vti vult Curtius, Cyropoli, vt Arrianus, accepto.

ERIGYVS.) Vir magnæ auctoritatis alioqui apud Alexandrum; magnus, strenuus miles, grandis natu, qui Satibarz. nem duello conficit. hinc præ alijs aulus Alexandrum dehortari.

CVIVS POTENS NON ERAT.) Sed valde obnoxius superstitionibus in rebus parum secundis.

HAUD SANE AVCTORITATE.) Quamvis summa esset auctoritate, dignitate, & existimatione, tamen apud Alexandrum nihil proficiebat, vel auctoritate, vel ætate, vel existimatione, quod rex omnino dimicare cum Scythis cuperet.

TRISTIA EXTRÆ.) Cum iocinori vel caput decesset, vel hepar liuidum, vitiosum, tabidum, 1. 3. c. 2. s. saniosum, purulentum appareret, vel caput fibrarum pustulas haberet; piaculare fuit, magna que in fortunia portendebant.

SUPERSTITIO DETEGEBATVR.) Cuius pudebat regem, & nimis sollicitum, vel etiam timendum arguebat.

ARCANA MÆA.) Tutum silentium. σιγὴ δὲ οὐδενὸς γέρας. Silentij certum primum.

Αλλα το μὲν φᾶσθαι τὸ δέ γαν κερουμένον εἶναι.

Dicendum est aliud, aliud tacendum.

Et sacris sua sacra silentia sunt.

τὸ δέπερ θέτηρο ποθε.

Huic pennis dicta carebant.

QVM CERTVM, ME HERCVLE, HABEO EXTORVM INTERPRETEM METV SVO.)

Quem ictio extra non ex vero, sed pro metu suo conuenienter exposuiste: seu prodigium extoruum, prout illi metus dictabat, explicable. Meticolosi quicquid mens suggestit, pro oraculo habent: omnia tua timent.

Αλλ' οἱ γόρ αθυμώτεροι ἀνδρεῖς οὐκοτέ

Τρόπαιον ιστοροῦ —

At enim tropaūm nobile haud vñquam viri

Statuere pauidi —

Hoc Alexander de Erigo, vt pudorem suum abstergeret. Cætera Erigum fortia facta virum obfrenderunt.

QVAM POTES T.) Priora exemplaria sapientia quam potest. Sed merito sapientia proscripta Modius ex glossemate insertum; hoc verè eleganter, tibi quam potest, denuncio.

IPSE MIHI INDICES.) Ex te ipso cupio discere, quid exta ostenderint, ne possis negare te dixisse, quod dixisti: nam quod apud alios enicias, insiciari potes; quod mihi in os dixeris, te dixisse, nunquam poteris insiciari.

ILLE EXANGVIS.) Obstupiuit; steteruntque coimæ, vox fauibus hæsit. incertus, quorū tam dura regis tenderet appellatio & oratio, nihil aliud quam vel equuleum, vel cricem expectabat. horuerat ingenium Alexandri, vbi cœpisset excandescere.

TANDEM QVE EODEM METV STIMVLANTE.) Ne se reum ostenderet, si nihil omnino responderet. Postquam ergo paucus & stupor osa reliquit,

Nondum deposita prorsus formidine, fatur.

EXPECTATIONEM MORARETVR.) Rex enim vehementer cupiebat scire, quae monstra in extis apparuerint.

MAGNI LABORIS NON IRR. DISC. INST. PRAEDIXI.) Fateor omnia tristia fuisse, & periculum ingens denunciasse.

NEC ME ARS MEA, QVAM BENEVOLENTIA PERTURBAT.) Varia huius loci scriptura est, plerunque ut arbitror ab imperitorum glossematis nata. Colonensis apud Allobrogos editio cetera satis emendata, ita habet, Nec me ars mea quam benevolentia magis perturbat. alii plerique codices antiquiores, Colonensis inquam ad Vbios, Erasmianus, Argentinensis, Lugdunensis Gryphianus, & Florellianus; Nec mea ars magis quam benevolentia perturbat. Antuerpiensis, Nec mea ars mea magis quam benevolentia perturbat. Nos Modiana emendationem, quam Constantienses etiam chartæ præse ferunt, sequimur & laudamus. Nec est, quod aliquid deesse existimes in nostra editione: ita amat loqui Curtius, qui multas sèpè voculas non necessarias à suo stilo alegat. Nondum aspexeram notas Modij, cum rescripti, ut ipse ediderat: dein lecta annotatione animum a duersis aliorum calamis obfirmavi. Mirum, inquit Modius, quantum elegantius hoc quoque, quam illud quod pàsum in libris omnibus est, Nec mea ars magis quam benevolentia perturbat. Nam de intellectu videamus. Non tam terret me ars mea & exta tristiora, quam benevolentia erga te mea & studium salutis tuæ. Vide, rex, imbecillum corpus tuum, afflitas vires, nondum percuratum vulnus, bellum graue, hostem nouum & terribilem, flumen nullo ponte iunctum, Scythas amnis ripas obsidentes: vereor ne afflictæ valetudo tua tantis belli molibus & laboribus, quamvis non inanibus, sit impar ferendis.

REX IVSSO CONFIDERE FELICITATIS VAE) Locus hic cimmeris tenebris involutus, singulari face & luce indiget. Fecit hunc obscuriorum Modius omisso verbo remisit, quod in antiquis exemplaribus legitur, & alijs mutatis. Vetus scriptura habet: Rex iussum confidere felicitati sua remisit. sibi enim ad alia gloriam concedere deos. Potest hic sensus eliciri: Rex, Aristandrum remissum ad periclitandum, iussit habere bonū animum, neq; ex inspectis extis tristia ominari, sibi ext. a ordinē sauere deos, & ostenta sacrificiorū negligere, studere q; felicitati & gloriae suæ, quod alias sèpè factum lenserit. Sed obstrepit Modius, nec ferenda scripturā hanc ait: Planè male, inquit, fuit huic loco. & forra esse etiamnum est, ita non inuenio quonodo satis aptè ad palatū non tantum publici saporis, sed etiam eorū qui ingenio suprà sunt hominesq; deosq; condiri posse. Vulgo erat Rex iussum confidere felicitati sua remisit. sibi enim ad alia gloriam concedere deos. ineptissime & pesimè, vt etiam membranarū indicio cognoscitur, qua habent: Rex iussum confidere felicitati sua, ad alia sibi ad gloriam concedere deos. vnde prior illo ad in ait mutato, locum pro mea sapientia constitui. Hec Modius, qui rectius dixisse: locum pro meo more, vt alias, constituī, imò corrupi, vt qui pro arbitratu vertere, mutare, omittere scriptoris verba consuērim. Sed Acidalium Modio respondentem, omissaq; reducentem, & locum in aliam formam componentem audiamus. Modius, inquit, prosua sapientia locum sic ait constituisse: cui male tam non adhuc esse, quoniam pessime fuerit, nec satis dum conditum, vel ad publici saporis, vel eruditissimorum palatum. Et ita verò: sed ad gustum acriorem subtilioremq; hominum delicatorum nos eum temperare non possumus, nisi è vulgari damnata lectione vocem pro insipida derelictam condimenti vicem iterum accersamus, tum de nostro superaddamus aliquid, vnde suauis usque ad concinnetur locus, vt qui eum ita conditum & conditum gresserit, ipsus sibi digitos prærodat suos, vtq; vel odorem eius Iuppiter ipse præambrosia quotidie cœvare malit. Verum, nugas omisimus, exhibeamus re, quod verbis pollicemur. Vulgo est: Rex iussum confidere felicitati sua remisit, sibi enim ad alia gloriam concedere deos. Reuocamus inde verbum remisit, quod necessarium. nam remisit, Aristandrum rex ad sacrificium iterandum, si perlitari posset. Reliqua leuite mutamus, & sic scribimus: Rex iussum confidere felicitati sua remisit: alias sibi ad gloriam concedere deos. Alta & Alexandro digna sententia, qua hoc. etiam alias mala omnia & discrimina imminentia deos auertisse in gloria sua gratiam. Alias quoque deos ipsa fata, ne gloria obseruentur sua, immutasse, sive potius flexisse. Sèpè iam deos sibi cedere, ne gloria sua cursus impeditetur. Acquiesco, si non mea interpretationi retenta que veteri letioni, taltem Acidalius iudicio & explanationi. Sed ubi sunt, quibus omnia liquent in Curtio, quem negant vel notis, vel commentario indigere? qui intelligendo faciunt, vt nihil intelligent. Multa attente non perfunctoriè legenti obscura & incerta occurrent.

SUPERVENIT ARISTANDER.) Recte, nam remissus erat, vt dixi, ad instaurandum sacrificium, si forte dij meliora pollicerentur.

NON ALIAS LAETIORA VIDISSE SE AFFIRMANS.) Leta exta erant, inquit Alex. Neapol. p. 306. vel p. 789. cum in recore extremum quod fibra dicitur, ita locaretur, vt ab ima fibra locinora intrinsecus replicata escom. Tira- sent, aut si geminum iecur foret, per hac leta & magna protedi, argumentaq; felicitatis esse, nemo dubitavit. quelli. Arctum iecorus caput, aut duplicatum, nimis lotum aufficium facere, sicut exta duplicata magnas facere accessiones, prolationemq; finium & triumphum portendi voluerunt.

TVM SOLICITUDINIS CAVSSAS APERVISSE.) In extis apparuisse regem valde sollicitum fuisse propter morbum, & hostium insultantium audaciam, & amicorum regis, & luam ipsius curram; nunc omnia versa in contrarium. Et hæc quidem Curtius; sed aliter rem gestam, aliterque responsum ab Aristandro refert Arrianus, quem inuabit hic veri causa cognoscere, parco Graeca dare. Facto igitur pro transitu sacrificio, cum non litasset, extaq; nihil prosperi portenderent. id quidem gra-

unter tulit, patienter tamen sustinuit, ibi⁹, morā fecit. Scythis verò à contumelia non desistentibus, rursus pro transitu sacrificium fecit, cumq; Aristander vates periculum portendi diceret, Alexander respondit: sa-
tius esse extreum periculum adire, quam se, tota penè Asia subacta. Scythis ludibrio esse, quemadmodum Darius Xerxis pater olim fuisse. Aristander contra, non alia quam quæ diuinitus portendebantur declarat u-
rum se respondit, tametsi Alexander alia audire mallet. Alexander nihilominus, paratus iam ad transitum
pellibus, exercitūq; armato ad amnem stante, tormentis tela, signo dato in Scythes ad ripam obequitantes ex-
cuti nubet. Adeò non diuerla solum, sed Tavarria etiam de Alexandro scriptores, maior fides Arria-
no, quam Curtio; hic enim ipse fatetur plura le transcribere, quam credere.

CAPUT XX.

ARGUMENTVM.

**Menedemus Alexandri præfectus ad Maracandā
cum copijs ab Spītamene deletur. Alexander cladem dissimulat.**



Aeterūm quæ subinde nunciata sunt regi, continuæ felicitati rerum eius imposuerat labem. Menedemus (ut suprà dictum est) miserat ad obsidēnum Spītamēnēm Bactriana defectionis auctōrem. Qui comperto hostis aduentu, ne muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse, quæ venturum sciebat, consedit occultus. Silvestre uer aptum insidijs regendis erat, ibi Dahas condidit. equibinos armatos vebunt, quorum in vicem singuli repente desiliunt: equestris pugna ordinem turbant, equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spītamēnes saltum circuire iussos pariter & à lateribus, & à fronte, & à tergo hosti ostendit. Menedemus undiq; in-
clusus ne numero quidem par, diu tamen resistit, clamitas nihil aliud superesse locorum fraude deceptus, quam honesta mortis solarium ex hostium cæde. Ipsum praualens equus vehebat, quo saptius incuneos Barbarorū effusis habenis euectus, magna strage eos fuderat. Sed cum unum omnes peterent, multi vulneribus ex anguis Hippiden quendam ex amicis hor-
tari, ut in equum suum ascendaret, & se fugā eriperet. Hac agentem anima defecit, corpusq; ex equo defluit interram. Hippides poterat quidem effugere, sed amissso amico mori statuit: una erat cura, ne inultus occideret. Itaque subditis calbaribus equo, in medios hostes se im-
misit, & memorabili edita pugna obruius telis est. Quod ubi videre qui cædi supererant, tu-
mulum paulo quācatera editiore capiunt, quos Spītamēnes fame in deationem sub-
Eturus obseruit. Cecidere eo pralio peditum duo millia, CCC equites: quam cladem Alexander solerti consilio texit, morte denunciataq; qui ex pralio venerant, si acta vulgassent.

IMPOSVERANT LABEM. Alexander præsens nunquam fuit vietus, nunquam cladem ullam accepit, nisi quod ad Sufidas pilas coactus est retrocedere, ubi felicitas illius aliquantulum habuit. Sed non perinde duces illius feliciter rem gestere. Menedemus cum duobus millibus peditum, ducentis equitibus ab Spītamēne deletus est: euasere tamen mille pedites, & quingenti equites: tria quippe millia peditum & octingentos equites eduxerat, vt cap. 16. narratum est. Sed aliter Arrianus nar-
rat, ut infra discess. Zopyrio ab S. hythis cum triginta millibus trucidatus; Attinas cum trecentis equitibus à Bactrianis & Massageticis circumuentus & oppressus est.

SPITAMENE M.) Ducēm Bactriānorū & Sogdianorū, qui defecerat. Acta inter Menēdemum & Spītamēnēm nemo præter Curtium & Arianum persequitur, Plutarchus, Diodorus, Iustinius tacent, quod parum ad summam rerum facerent, & quasi inter priuata recenserentur.

QUEM VENTURVM SCIEBAT.) Vei è Acidalius, quā (non, quem) vehturum sciebat; præce-
ferat enim comperto eius aduentu.

EXCIPPI POSSĒ.) Insidijs aptum planè verbū ad insidijs, sicut & considerare, subsidere, insi-
dere, & quæ ab ijs manant, inquit Acidalius, propriè insidijs seruiunt omnia. & passim obvia testi-
monia.

DAHAS CONDIDIT.) Dahartum soprà mentio fuit cap. 27. l. 4. l. 6. c. 6. & hoc lib. c. 6. saptius-
que

*l. 4.
Strab. li. ii.
pag. 593.

que infra. Herodotus lib. i. hos inter Persas recenset & Daas appellat,* Arrianus Nomades Scythes. Geographus l. xi. In leua parte his opponuntur Scythicæ gentes ac Nomadicae, totum compleentes boreale latum. plerique Scytharum, qui à Caspio mari incipiunt, Daas appellantur, Orienti viciniores Massagetae & Sacæ, reliquos communis nomine Scythes dicunt, quanquam singuli etiam populi sua nomina habent. plerique omnes vagâ vitâ degunt, id est, Nomades sunt. De his maxime innotuerit, qui Græci (post Alexândri tēpora) Bactrianâ ademerunt, Asyj, Pissiani, Pachari, ac Sacarauli: & profecti à regione qua trans Iaxartū (G. æc Macedonibus Tanaim) est versus Sacas & Sogdianos, quæ tenebant Sacæ. Et de Daas alijs Aparni dicti sunt, alijs Xanthij, quidam Pissuri.

Hæc ad Daas illustrando, quorum frequens fit mentio, dicta sunt. plura tamen apud Geographum, qui Parnos etiam dicit affirmat.

lib. 5. c 23.
Dimachæ
Amphippi,
Pedes si-
mul & e-
ques per
vices.

EQUIBINOS ARMATOS VEHVNT.) Aliud genus Dimacharum suprà descripsit Curtius, cùm idem equus equitem, eundemque peditem, vbi vius est, vehit, quod genus ἀμφιπόνοι Græcis dicitur, de quibus plura Arcerius ad Aelianum cap. 37. & Cæsar de bello Gallico l. 4. paul' pōst initium. Aliud genus est, cùm unus equus duos equos secum in prælium ducit, de quibus ibidem. Arcerius & Liuius lib. 24. de Numidis equitibus, & lib. 35. de Taréntinis: Pollux in suo onomastico eosdem etiam ἀμφιπόνες appellat, vti & Hesychius. His genus planè contrarium est, quod hoc loco describit Curtius, cum unus equus duos vehebat equites.

EQUORVM PERNICITATI PAR EST HOMINVM VELOCITAS.) Eiusdem exemplum est apud Sallustium bello Iugurth. Neque diutius Numidae resistere quiuisserit, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent: quibus illi freti, non vti equestri prælio solet, sequi, deinceps, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem, ita expeditu peditibus suis hostis pene vicinos dare.

MENEDEMVS VNDIQUE INCLVSVS.) Arrianus Pharnuchem Perlam, ait, Macedonum aduersus Spitanenem ductorem fusisse, & cum eius copiæ laborarent, voluisse Macedonibus præfectura cedere, Menedemo, inquam, Carano & Andromacho, omnesq; tres imperium recusasse.

HISPIDEM QUENDAM EX AMICIS.) Pulchrum amoris erga amicum exemplum, quando maluit Hippides cum amico emori, quam sine amico vivere.

CECIDERE EO PRAELIO DVO MILLIA.) Arrianus & Ptolemæus apud Arrianum remaliter, quād hic Curtius factam tradunt. Arrianus est in manibus & locus prolixior, quem videbis.

Docet Arrianus ex Alexandrinis equitibus tantum 40. ex peditibus tantum trecentos easisse.

li. 2. Strata-
gematum
cap. 7.

MORTE DENVNCIATA IIS QUI EX PRAELIO VENERANT, SI ACTA NVNCIASSENT.) Veritus nempe, ne miles clade perculsus in fitionem verteretur, aut imperia sequi recusaret. Elegans est caput apud Frontinum de disimulandis aduersis, quod non sine voluptate leges, & subita dum ingenia miraberis, dum rem vel suo iussu, cum sui ad hostes profugere, velocissimi sunt, vel conscientia factam pronunciauit. Verum etiam quod comicus docet.

Nil in metu minus prodendum, quam metus.

Quintil. declam. 351. (si tamen Quintiliani) lege. Nihil debui minus, quam in metu ipsum metum prodere.

μηδὲν πέπονθες δενὸν, ἀν μὴ προσπιῶν.

Nihil mali es passus, modò disimules.

C A P V T XXI.

A R G V M E N T V M.

Rex peruigil consultat secum; tum militem alloquitur & bellum in Scythes pronunciat, ratesque parat.



Aeterum cum animo disparem vultum diutius ferre non posset, in tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum secessit. Ibi sine arbitrio singula animi consulta pensando, noctem vigilijs extraxit, sèpè pellibus tabernaculi alleuatis, ut conficeret hostium ignes, è quibus coniectare posset, quanta hominum multitudine esset. Iamque lux appetebat cum thora, cum induitus procedit ad misiles, tum primum post vultus proximè accepitum. Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem, praesens-

præsentia eius excuteret. Leti ergo; & manantibus gaudio lacrymis, consalutant eum, & quod ante recusauerant bellum, feroce depositunt. Ille se ratiis equitem phalangemque transportaturum esse pronunciat: super utres iubet nare leuius armatos. Plura nec dici res desiderauit, nec rex dicere per valetudinem potuit. Ceterum tanta alacritate militum rates iunctae sunt, ut in triduum ad duodecim millia effecta sint.

CVM ANIMO DISPARÆM VVLTVM DIVTIVS FERRE NON POSSET.) Arrianus, Alexandrum accepta clade protinus in Spitanenem mouisse, docet; Curtius prius Scythes expugnatae, nunquam aut raro hi duo scriptores unum idemque narrant. *disparæm vultum animo appellat*, quod spem & alacritatem vultu præse tulerit, & ingentes interim curas animo voluerit, cum propter Menedemi cædem, tum propter Scythes sibi insultantes. Expressit hunc sensum principis, Virgilus in Aenea:

Spem vultu simulat, premit altum sorde dolorem.

Sed premere diutius magnitudo doloris non sinebat. Itaque erupit, sed ita, ut dolor non appareret, alacritasque regis iterum ex insperato visi, militem ante Tanum transire recusantem incitaret, ut ultra se ad traictum & hostem inuadendum offerret.

SINGULA ANIMI CONSULTA PENSANDO.) Tria potissimum pensabat, Scythes imminentes, Spitanenem crescentem, militem suum adhuc armata horrentem. Omnia rex ordine feliciter composuit.

VIGILIIS EXECIT.) Tres maximi principes noctem in tres partes distribuere, primam litéri, alteram negotiis publicis, tertiam quieti tribuere, Alexander, Iulius Cæsar, & Julianus; sed Alexander sèpè totas noctes per vigilabat.

TANTA ERA VENERATIO REGIS.) Miris modis amarunt regem suum Macedones, quod multis modis ex Curtio apparet, regredere ad lib. 10. c. 7. & 8. ubi in morte Alexandri potissimum caritatem & studium in regem ostenderunt.

Nec opus in hoc capite diutius harere, neque τὸ φῶς ἡλίου διαίτης lumen soli inferre.

CAPUT XXII.

ARGUMENTUM.

Legatio & oratio Scytharum libera, qua infinitam alexandri cupiditatem ostendunt, suamque æquitatem & innocentiam commonstrant.

Amque ad transeundum omnia aptauerant, cum legati Scytharum vi-
ginti, more gentis per castra equis vecti nunciare iubent regi, velle ipsos
ad eum mandata perferre. Admissi in tabernaculum, iussique confide-
re, in vultu regis defixerant oculos, credo quia magnitudine corporis a-
nimatum est in aliis, modicus habitus haudquam famè par videba-
tur. Scythis autem non, ut ceteris barbaris, ruditus & inconditus sensus
est: quidam eorum sapientiam quoque capere dicuntur, quantumcumque
gens capit semper armata: Sicq; locutos esse apud regem me-
moria proditum est, abhorrentia forsitan moribus nostris, & tempora & ingenia cul-
tiora sortitis. Sed ut posset oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet: que ut cun-
que sunt tradita, incorrupta preferemus. Igitur unum ex his maximum natuita locutum
acceptimus: Si dñ habitum corporis tui, auditati animi parem esse voluissent, orbis te non
caperet. altera manu orientem altera occidente contingeres: & hoc affectus scire vel-
les ubi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque concupiscis, quæ non capis. Ab Europa
petis Asiam, ex Asia transis in Europam, denique si humanum genus omne superaueris, cum
siluis & niuibus & fluminibus ferisq; bestiis gesturus es bellum. Quid tu? ignoras arbores
magnas diu crescere, una hora extirpari? Stultus est qui fructus earum spectat, altitudinem
non metitur. Vide ne dum ad cacumen peruenire contendis: cum ipsis ramis quos comprehen-
deris

deris decidat. Leo quoque aliquando minimarum arium pabulum fit, & ferrum rubigem consumit. Nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab inuálido. Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus, qui sis unde venias, licetne ignorare invasoris siluis viuentibus? nec seruire ulli possimus, nec imperare desideramus. Bona nobis data sunt, (ne Scytharum gentem ignores) inguboum, aratum & sagitta, & hasta & patera: his utimur & cum amicis, & aduersus inimicos. fruges amicis damus boum labore quæstas; pateracum isdem vinum dyslibamus, inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus: sic Syriæ regem & postea Persarum Medorumq; superauimus, patuit q; nobis iter usque in Aegyptum. At tu, qui te gloriaris, ad latrones persequendos venire, omnium gentium quas adisti, latro es. Lydiam cepisti: Syriam occupasti: Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate: Indos petisti: Iam etiam ad pecora nostra auaræ & instabiles manus porrigit. Quid tibi diuitiæ opus est, qua te esurire cogunt? primus omnium satietate parasti famem, ut quo plura haberet, acrius quæ non habes cuperes. Non succurrat tibi quam diu circum Bactræ reas: dum illos subigis Sogdiani bellare cœperunt. bellum tibi ex victoria nascitur. nam ut maior fortior q; sis quam quisquam, tamen alienigenam dominum pati nemo vult. Transmodo Tanaim, scies quam latè pateant, nunquam tamen consequeris Scythas, paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus, qui prædam tot nationum vehit. rursus cum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris: eadem enim velocitate & sequimur, & fugimus. Scytharum solitudines Græcis etiam prouerbij audio etudi. At nos deserta & humano cultu vacua magis quam urbes & opulentos agros sequimur. Proinde fortunam tuam pressis mambus tene, lubrica est, nec inuita teneri potest, impone felicitati tua frenos, facilius illam reges. si ne pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus & pinnæ tantum habet: cum manus porrigit, pinnæ quoque comprehendere non sinit. Denique si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: si autem homo es, id quod es semper esse te cogita. Stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obliuisceris. quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris utinam & firmissima inter pares amicitia est: & videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virum, quos viceris, amicos tibi esse caue credas. inter dominum & seruum nulla amicitia: etiam in pace, bellitamen iura seruantur. iurando gratiam Scythas sancire ne credideras. Colendo fidem iurant. Græcorum ista cautio est, quæ acta consignant, & deos inuocant: nos religionem in ipsa fide nouimus. Qui non reverentur homines, fallunt deos. nec tibi amico opus est, de cuius benevolentia dubites. Ceterum nos & Asia, & Europæ custodes habebis. Bactrani si diuidat Tanais, contingimus. ultra Tanaim & usque ad Thraciam colimus. Thracie Macedoniam coniunctam esse fama fert. viri in imperio tuo finitos: hostes an amicos velis esse considera. Hæc barbarus.

LECATI SCYTHARVM VIGINTI.) Sat multi pro gentis more pati pertatem & contemptum omnis luxus profestæ. * Alibi legimus centum oratores ad Alexandrum mislos, ut Aeneas centum misit (apud Virgilium) ad regem Latinorum:

1.9.c.14. 1.7.Aene.

Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet.

Hos Scytharum oratores, ipsosque Scythes & gentem, Germanos orientem spectantes fuisse scribit Auentinus:

Adfuerunt, inquit, & Germanorum Orientalium (quos Sarmatas & Scythes scriptores rerum, nos Venedos, ipsi se Sclanos vocant) oratores.

1.1.P.32.
edit.Basil.

CREDO, QVIA MAGNITUDINE CORPORIS ANIMVM AESTIMANTIBVS MODICVS HABITVS HAVD QVAQVM PAR FAMAE VIDEBATVR.) Curtius passim breuitatem corporis Alexandri notauit l.3. c.14. l.6. c.10. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquam rerum famæ parem oculis perlustrans: quippe omnibus barbaris in corporum maiestate reveratio est, magnorumq; operum non aliis capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. De forma, habitu, modo corporis Alexandri, in Prolusionibus copiosè tractatum. In altera editione Curtij nostra anno 1623. error hic est operarum, scriptumque est qui pro quia, ut voluit Acidalius. vulgo quis vel que.

QVIDAM EORVM SAPIENTIAM QVOQVE CAPERE DICUNTUR.) Cuius rei specimen mox in oratione ab Scytha ad Alexandrum habita subiicit. Et laudatur cum ab Ephoro antiquo scriptore, tum Strabone Anacharsidis Scytha temperantia & sapientia. Καὶ τὸν, inquit Strabo, Αὐτόποιον δὲ ἀρθρωτον σοφὸν καλῶν ὁ Ἐρός οὐ τέττα φησιν εἶναι τὸ γένες, τεμισθῆτα δὲ καὶ ἐπίτιτα τοφῶν εἴναι τελεῖον.

ΕΦΡΥΣΙ-

EXPLANATIONES.

457

Ephorus Anacharsiden, cui sapientis nomen tribuit, ea de gente fuisse scribit, ac propter perfectam temperantiam, ac sapientiam vnum de septem sapientibus habitum. In eadem existimatione fuit Abaris ex eadem gente oriundus, vti tradit Strabo, qui & alios his similes fuisse testantur.

ABHORRENTIA A MAIORIBVS NOSTRIS ET TEMPORA ET INCENIA CVLTORIA SORTITIS) Ex hoc quoq; loco conicias Curtium ad prima Cesarum tempora accessisse, quibus maximè ingenia effluuerent.

SUNT TRADITA) nec ab Arriano, nec Plutarcho, nec Siculo, nec vlo Græcorum qui extant, hæc leguntur, vti sèpè Græcorum ieiunitatem præ Curtio admirer, cum legationis faciunt mentionem.

M A X I M U M N A T V) hoc etiam ad prudentiam & decorum pertinebat.

*Tum pietate grauem ac meritis si fori virum quem
Confexere, silent.*

S I D I I H A B I T V M C O R P O R I S T V I) Nobilissima, grauissima & sapientissima hæc Scythæ, vel potius Curtij oratio est, plena optimis dictis & sententijs, in secundo genere caustarum collocata, quæ disuadet Alexandro bellum cum Scythis, eundemque ad pacem cum eisd. colendam hortatur; dicto exordio ab ipsius persona Alexandri, quæ habitu corporis, quæ statu animi, monetque ut modum auiditati suæ ponat, & partis sit contentus, ne, dum omnia petit, omnia perdat, quod tribus elegantissimis comparationibus illustrat. Disuadet deinde bellum varijs rationibus, quarum prima à gentis victu & inopia perfita, Non reperturum apud Scythas, quas sitiret opes: Scytharum thesauros omnes in paupertate fitos: maximas illis opes esse iugum boum, aratum, sagittam, hastam, & pateram. His opibus superatos reges Syrorum, Medorum, Persarum, Aegyptiorum: exurrit inde in infinitam auiditatem & situm opum Alexandri, illumque quo plura possidat, plura desiderare. Deinde docet, quo genere belli Scythæ vtantur, quæ celeres sint cum in aggrediendo hoste, tum refugiendo. præterea, vastas esse Scytharum solitudines, quas ipse nunquam enenaturus sit. Perorat demum, & hortatur, quod à principio mouerat, ne fortuna sua abutatur. Et si deus credi velit, mortalibus beneficia tribuat potius, quam auferat aliena, pacem cum Scythis colat, ita semper habiturum amicos & fidos orientis occidentisque imperij custodes. Caussinum hic quoque adeas licet, qui huius orationis cœconomiam proponit, mirisque modis prædicat sententias & artificium orationis lib. 13. p. 561.

S I D I I H A B I T V M C O R P. A V I D I T A T I A N M I P A R . E S S E V O L . T E N O N C A P .) editiones & MS. & Constantiensis auiditatis secundo casu legunt, sed retineo tertium calum, quod prior magis poetis, quam oratoribus & historicis conueniat. Cæterum si, inquit, tam vasto corpore esses, quam magnæ animo es, nullus orbis te caperet. Ex hoc ipso diuinus Alexandri animus elucet, quod nullis rebus mortalibus, & quæ sub aspectum cadunt, expleri potuerit. Nec vnius ille Alexandri, sed omnium mortalium qui suam originem & finem intelligent, ad eumque adspirant. quid enim immortalis animus nisi immortalia, infinita, æterna querat? Sed hic virtus Alexandri hæsit, quod illam animi diuinitatem tantum ad præsentia regna transtulerit, nec quæsierit æterna, cum cupiditas hominis nulla re præsenti satiari possit.

*Quæ plus sunt potest, plus sitiuntur aquæ.
Cupiditati nul satis est, naturæ etiam satis est parum.*

Modestè, parens Alexandri in palestra prolapsus, cum surgens in puluere vidisset corporis vestigium, Papæ! inquit, vt minimam terræ partem natura fortiti, orbem appetimus vniuersum? Vtinam, inquit Scholiaxes, hoc dictum hæsisset animo filij, cuius ambitioni orbis fuit angustus.

S C I R E V E L L E S V B I T A N T I N U M I N I S F U L G O R C O N D E R E T V R) Non placet vt nominis legas pro numinis, vt nonnemo putat, quamvis apud Ouidium legas.

Nominis & famæ quondam fulgore trahebar.

Nec Auentini scriptura arridet, qui pro numinis posuit solis fulgor. Bene habet visitata lectio. Sensus est, Si totum orbem occupares, quereres vbi tui numinis gloriam & fulgorem finires & condères, pro numine enim se gerebat, & coli passim volebat: & maius numen apparuisset, si totum orbem subegisset. Hermolaus infrā: Tu Philippum patrem auersaris, & si quis deorum ante Iouem habetur fastidires etiam Iouem.

I G N O R A S A R B O R E S M . D I V C R E S C E R E) sequuntur tres elegantes similitudines, quarum prima ab arborum proceritate & æuitate, altera ab leone à culicibus etiam confecto, tertia à ferri quamvis duri rubigine consumi soliti. Quæ omnia valere poterant ad animum Alexander à temeritate & superbia auocandum, & ad modestiam componendum. sicut proceræ arbores

Qq

5. Tract. clie
12:

dix

diu crescunt, & momento succiduntur: ita regna & imperia diu magnoque labore quæsita, repente perduntur.

ALTITUDINEM NON METITVR.)

Altè efferuntur, grauius ut ruant mali.

LEO QVOQUE ALIQVANDO MINIMARVM AVIVM FIT PABVLVM.) Ex hoc loco senarium prodijisse nullus dubito:

Aliquando avium minimarum præda fit leo.

Pier. I. I. p. 8

Rem verò docet Ammianus: & ex illo Pierius in Hieroglyphico leonis: *Inter arundinet a Mesopotamia leones innumeri iuxta fluminum ripas, & fruteta vagantur, eo tempore quo hiemis clementia ibi mollissima est, semper innocui: verum ubi per astarem cœlum exarserit, regionibus ijs astri candefactis ambustisq; propemodum, ipsi tam vapore sideris, quam multitudine culicu agitantur, quorum densissimis examinibus per eas terras omnia referuntur, qui quidem ad splendorem oculorum tanquam ad humidiiora membra conuolantes eos appetunt, palpebrarum libramentus mordicus insidentes. Hic leones cruciatu diutius, aut fluminibus, ad qua remedij causa consugiunt, absorbentur, aut amissis oculis immannius effrascunt, quod noster et omnis ea quæ ad Orientem late diffunditur plaga, huiusmodi bestijs opperetur. Id sibi compertum esse testatur Ammianus Marcellinus Rer. gest. lib. 18.*

FERRVM RUBIGO CONSVMIT. Ouid. lib. 1. de Ponto el. 1.

*Egitur vi occulta vitiata teredine nauis,
Aequoreos scopulos ut cauat vnda salis.
Roditur ut scabri possum rubigine ferrum,
Conditus ut tinea carpit ore liber.*

I. 34. c. 14.

Eleganter Plinius de rubigine ferri: *Obsistit eadem natura benignitas exigentis à ferro pœnas rubigine, eademq; prouidentia nihil in rebus mortalibus faciente, quam quod infestissimum mortalitati citissime contrahit ferrum rubigine humano sanguine respersum, eodem Plinio teste: A ferro sanguis humanus se vlciscitur: contactum namque eo celerius subinde rubiginem trahit, cuius maiorem curam habuit Hannibal, quam hominis, cum in Cannensi Romanorum strage exclamauit, Miles parce ferro. Mirum est, quod idem Plinius refert de catena Alexandri M. apud Euphratem amnem in vrbe quæ Zeugma appellatur, qua ibi vinxerat pontem, cuius annulos qui refecti sunt rubigine ait infestatos, carentibus eis prioribus.*

NIHIL TAM FIRMVM EST CVI PERICVLVM NON SIT ETIAM AB INVALIDO.)
Gutta cauat lapidem, non vi, sed sapè cadendo.

Ouid. 4.
Trist. cl. 8.

*Nihil adeo validum est, adamas licet alliget illud,
Ut maneat rapido firmius igne Louis.
Nil ita sublime est supraq; pericula tendit,
Non sit ut inferius, suppositumq; Deo.*

Quamuis enim Deus fulminator sit omnium valentissimus, sèpè tamen valida per infirma debilitauit. *a* Iudi. c. 13. *b* Holphernem, *c* Sifaram, *c* Cyrum, alios, per fœminas deiecit. *M.* Varro auctor est, in Iudic. c. 4. quid Plinius, à cuniculis suffosum in Hispania oppidum; à talpis in Thessalia; ab ranis ciuitate Herodot. tem in Gallia pullam, ab locustis in Africa. Ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus l. 1. c. 214. fugatos.

Tomyris Malageta- rum regi- na. Alij. *NVNQVAM TERRAM TVAM ATTICIMVS.*) In iustum ergo bellum infers innocentibus, rebus suis contentis, aliena non appetentibus, liberis, nec alijs libertatem adimere cogitantiibus.

DONA A NOBIS DATA SVNT.) Si vniquam vspiam Acidalij emendatorem calamum sequetus sum, hic sequor, cum rescribit: *Bona nobis data sunt.*

Acidal. p. 92. f. 2. pag. 213. *Dona à nobis data sunt, An dona ab his Scythis Alexandro data, non memini è superioribus, nec sanè puto: illud certò scio, non ista quæ commemorant, data. Sed profectò de nulla donatione agitur: de bonis suis disputant Scytha, quæ sola posideant, aliarum opum incuriosi. legendum ergo. Bona nobis data sunt, ne Scytharum gentem ignores. Meo periculo affirmo, veram hanc meam, meam autem dico! Curti yolebam, lectio nenī oὐδὲ ἀγαλεόνος τὸ δέ νοστροι οὐδὲ γύων νόσοι, οὐδὲ τὰ γυναικῶν νόσοι.*

De cetero, non ausim hic quoque iugum aratorum: quia de aratro nihil subiicit. Sed nec subiicere opus erat.

pag. 92. *IVGVM BOVM, ARATRVM.) Opes Scytharum in pascuis, rure, armis sitas docet.* Acidalius mallet Iugum boum aratorum. Nihil muto, quando aratum ferri potest.*

PATERA.) Patera (inquit Varro l. 4. de mensa vinaria) è quid pateant latine ita dicta. *Heisce etiam nunc in publico coniuicio antiquitatū retinenda causa, cum magistri sunt, potio circumfertur, &* in sa

EXPLANATIONES.

459

in sacrificando deis hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Vnde apud Pompeium Festum pateram perpluere in sacris cum dicitur significat pertusam esse. Et patella apud eundem vasa picata parua sacrificiis faciundis apta. Macrobi. l. 5. sat. Patera ut & ipsum nomen indicio est, planum ac patens, poculi nempe genus ut phiala.

VINUM DIIS LIBAM VS.) De hoc ritu libandi multa nostri, Pontanus & Lud. de la Cerdia ad illa Virgilij:

*Hic regina grauem gemmis auroq; poposcit,
Impleturq; mero pateram, quam Belus & omnes
A Bello soliti. tum facta silentia tectis.
Iuppiter(hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lacrum Tyrijsq; diem Troiaq; profectis
Esse velis, nostrosq; huius meminisse minores.
Ad his latitia Bacchus dator, & bona Iuno.*

L. I. Aenei,
V. 732.

Et sequitur:

*Di xit, & in mensa laticum libauit honorem:
Primus libato, summo tenus attigit ore.*

SIC SYRIAE REGEM.) *Scythia regem vulgati codices. Sed quid Scythæ suum regem vicissent. Syria Modius verè reposuit pro Scythia. Quis autem hic Syriæ rex fuerit, Ninusne, an prior aliquis, quod equidem reor, non constat. Nam à Bello primo Assyriorum rege (quos Latini Syros vocant, ut est apud * Iustinum) usque ad Sardanapalum, unus & quadraginta reges numerantur. Vexori Aegypti rege ab Scythis victo, Asia quoque in potestatem Scytharum fuit per annos admodum mille. Ninus tributa Scythis primus negavit. Fuere ergo ante Ninum, quibus Scythæ in Asia imperitarunt. Aduersus Vexorim rex Scytharum Tanaus in bellum profectus est.*

POSTEA PERSARVM.) *Potsis hic Cyrus intelligere, vel Darium Hystaspis: uterque enim Medorum & Persarum rex fuit, Cyrus Perici imperij conditor, Medianam quoque suis partibus adiunxit, adeoque Assyriæ seu Syriæ, expugnata & occupata Babylone. De utroque copiosè Herodotus, Siculus, & Iustinus.*

MEDORVM QVE.) *Assyrii principes omnium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persæ. Assyriorum regnum occupauit Pharnaces Medus, ut auctor Paterculus, vel Darius Medus, ut alij, Medos vicit Cyrus Persa, Persas Macedones, Macedonas Romani. Cyrus porrò & Darius Hystaspis, Scythis bellum intulere, uterque vicit; & Cyrus quidem in crucem actus, ut auctor Siculus, Darius magna militum parte amissa, fugatus.*

VSQVE IN AEGYPTVM.) *Hunc locum Iustinus in secundo illustrat. Primus, inquit, Scythis bellum indixit Vexoris rex Aegyptius, missis primo legatis, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ iam ante aduentu regis à finium certiores facti, legatis respondent, tam opulentis populi ducenti stolidi aduersus inopes occupasse bellum, quod magis domi fuerit illud timendum: quod bellum certamen anceps, premia victoria nulla, damna manifesta sint. Igitur non expectaturos Scythas dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint: utroque prede ituros obuiam. Nec dicta res morata, quos cum tanta celeritate venire rex addidicisset, in fugam vertitur, exercituq; cum omni apparatu belli relicto, in regnum se recepit. Scythas ab Aegypto paludes prohibuerent. Iude reuersi Asiam perdomitam, vettigalem fecerent, modico tributo magis in titulum imperij, quam in victoria primum imposito. Quindecim annis pacanda Asia immorari, uxorum flagitatione reuocantur per legatos denunciantium, ni redeant, sobolem se ex finitimis questuræ, nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus per feminas intercidat. His igitur Asia per mille quingentos annos vettigalis fuit. Pendentib; tributi Ninus Rex Assyriorum finem imposuit. Ex quo loco non mendosè colligas Syriæ regem poti Vexorim Aegypti subactum, posterosque eius usq; ad Ninum tributa dependens Scythis.*

AD LATRONES PERSEQUENDOS.) *Bessum, Spitamene, & alios, qui Darium vel occiderant, vel non prohibuerant, & Besso atheserant; quamuis Bessus iam captus esset.*

OMNIVM GENTIVM LATROES.) *παρόντιασικωταρον, hoc haud dubie pupugit Alexandrum, ut iram altius conderet, & mox in exitium Scytharum promeret. Extat inter acutæ dictæ ALEXANDRI alterum & quadragesimum cuiusdam piratae ab ipso capti, resonatum, de quo in prolusio- Erasmus in Apophth. Alex.*

LYDIAM COEPISTI.) *Ex milie prouincijs ab Alexandro occupatis, quatuor aut quinque potiores enumerat hic legatus, Lydiam olim regnum Cræsi: Syria multos id temporis habebat reges Tyriorum, Sidoniorum, Palæstinarum, omnes tamen regi Persarum obnoxios.*

* IN DOS PETISTI.) An? Indos petis. Nondum adierat Indos, sed mox aditus erat: Bactria. ni enim proximi Indis.

Pacuvius
Fortunam
instabilem
dixit.
* pag. 93.

INSTABILES MANVS.) Est, qui hic dñm r̄ instabiles, reponat int̄stabiles, vel incessabiles, vel
inhabiles, seu vacus. Nihil horum placet, nec unquam placitum reor. Legerim ego insatiabiles,
quia præcedit auaras, quo grauius est insatiabiles. Eadem lectionem ab * Acidalio laudatam po-
stea cognoui. Seruari tamen eiuldem iudicio potest prima scriptura, quod instabiles vtrumque va-
leat. Videatur, inquit, fortasse corrigendum auaras & insatiabiles manus: nisi, quod certe puto, nota-
re vtrumque voluerunt, & inexpletam, & vagam rapacitatem Alexandri, qui nullo fine contentus,
nullo loco constans, ex alijs subinde alia inuadat. Atque hoc respiciunt eorumdem superiora illa: Ab
Europa peris Asiam, ex Asia transis in Europam.

Sed vide Alexander, ne dum aliena affectas, amittas propria.

QVID TIBI DIVITIIIS OPVS EST, QVAE TE ES VRIRE COG VNT?) Elegans hinc senarius:

Ditissimi qui sunt, sunt & pauperrimi.

Ad quem locum Gruterus ex Dione Brulæo orat. 25. Αλέξανδρος δὲ ὑπερον μετ' εκείνον εἰς τὴν Ασίαν
ἔχει γάνθιμα μὲν πλευτεράτερος ἀπάντων ἀνθρώπων διπλεῖται, ἀμα δὲ πενήντατος καὶ ἀμα μὲν ἵσχυρος, ἀμα
διδασκεῖς, φυγόδας δὲ καὶ βασιλέας, τοὺς αὐτοὺς Αἴγυπτον δὲ καὶ βασιλῶν, καὶ Σερσα, καὶ Ερβατανα προσδέεις,
Αἴγας δὲ καὶ Πέλλαν καὶ Διον ἀφελουεν. Alexander autem post illum, in Asiam ducens exercitum, ditissimos
quoque omnium hominum eos effecit, simul & pauperrimos, & pariter fortes, & pariter infirmos, exulesque
& reges eosdem, Aegyptum & Babylonem, & Susa, & Ecbatana imperio addens, Aegias verò, & Pellam, &
Dion auferens. Hæc Dio. P. Syrus:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

Et. Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.

Verè Græcus:

πλεονεξία μέγισον ἀνθρώποις κακόν.

Commendat & Acidalius vehementer, nec immerito has Curtij sententias, Egregius, inquit,
locus, & egregia sapientia barbarorum: hac multas philosophorum sententias, ille plurimorum voluntum
superans scripta. Nec pluribus hic opus.

QVAE TE ES VRIRE COG VNT.) Tam enim auaro deest, quod habet, quam quo caret, aut Pub.
Syrus.

In medio stultus flumine querit aquas.

PRIMVS OMNIVM SATIETATE PARASTI FAMEM.) Si primus omnium Alexander
auarus fuit, Curtius verum narrat: Nam de auaro est senarius:

Fame m nouam satias auaro sufficit,
Auarum irritat, non satiat pecunia.
Auaritia nec inopia sat, nec copia est.

* Iustinus primas Nino in cupiditate regnorum concedit.

QVO PLVRA HABERES, ACR. Q. NON HA. CUPERES.) Puto ex his Curtij verbis concinnatum
Comico versum, aut certe Curtium è Comico mutuatum:

Quo plura habes, cupis acris que non habes.

Sed facile est, sententias ex communibus locis confarcinare, verbum non amplius addo.

CIRCVM BACTRA.) Bactriani enim sa pius cum Sogdianis victi subiecti que, ut supra didicisti,
iterum iterumque defecerunt.

BELLVM TIBI EX VICTORIA NÄSCITVR.)

Bellum inquieto nascitur è victoria.

ALIENIGENAM DOMINVM PATI NEMO VVLT.) Quia inter dominum & seruum (vt
sequitur) nulla amicitia.

Tyrannus est, inuitis quisquis imperat.

Et:

Tyrannus omnis amii ita eagentissima.

* pag. 93. SCIENS QVAM LATE PATEANT.) Hunc locum velut lacunosum expl. * Acidalius: Transi-
modo Tanaim: Scies quām latē pateat fuga. Insequere, nunquam tamen consequeris Scythas. Sed cū
sententiae ratio satis absque insertis verbis appareat, religio est, contra omnium codicum tam chi-
rographorum, quām editorum fidem ingerere aliena. Sententia Curtij est: Tanti modō Tanaim,
scies quām latē pateant Scythæ, quām v. ita illorum regio sit. Etiam si transieris Tanaim, nunquam
tamen asperges fugientes, quia paupertas nullis onusla Sarcinis, nullis impedimentis retardata,
velocior erit, quām tuus exercitus nationum spolijs onuslus & impeditus securitum us ergo:
πένητος ἀνθρόπος οὐδὲν ἀσφαλεύετο.

Viro paupere nihil est securius.

SCYTHARVM SOLITUDINES GRAECIS ETIAM PROVERBIIS AUDIO ELVDI.) Pa-
rœmia Græcorum de Scythica solitudine est, Σκυθικὴ τραγῳδία, Scytharum solitudo, ην οὐδὲ ηγενετέρω
inquit

inquit * Scholiastes, ὅποι οὐών, καὶ τὰ ἔργα μότερά φασι τῆς Σκυθίας ἐργαῖς, ἔνει. De quibusdam desertis ab * Ad Aris omnibus. Sic & dici solitum : Scythico deserto deserta magis. Aristophanes usurpauit pro desertis- stophanē. timo.

τῷ γέρεικὸς ἀνδρα κυρόμ, λίκον θεοῦ δίημ
ἔχολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐργαῖς.
Igitur equum est, ut vir hic incurvus & coetaneus
Intereat Thucydides, in Scythica solitudine.

Aristopha-
nis Achar-
nenses. act.
2, Scena 6.

Ad quos versus Græcus Scholiastes:

SCYTHARVM SOLITVDO.) Quia solitudines Scytharum feris infestae sunt, pro exitio & malis implicito. Hoc autem dicit, Scythes absque lare, & tecto, plöstris vectos, errare in silvis, sibiisque ipsis causam exiti existere. Ceterum proverbum est, Scytharum solitudo, pro eo qui ab omnibus desertus est, & in summis calamitatibus versatur.

AT NOS DESERTA.) Arrianus apud Eustathium ad Periegetem, docet Scythes olim urbes habitasse, domos incoluisse, terram arasse, vescique pane solitos, sed viatos à Thracibus mores immutasse, omnibusque diris se deuouisse, ubi vel ædes exædificassent, vel aratro terram proscidissent, aut urbes condidissent, aut opes aurumue possedissent. Plottra igitur sibi comparasse, ferrinam in cibum adhibuisse, lac potasse: Iumentis duntaxat illis solis vlos quibus veherentur, & quæ terras terris commutantes sequerentur. Inde dictos Nomadas, quasi tu dices paucales, seu pastores. Quos optimè depingit Medicorum numen Hippocrates. Verum solitudo que Scythica dicitur, in planicie sita est, pratis abundans, sublimis & mediocriter aquosa. Sunt enim fluvij in ea magni, in quos aqua ex campis per riuos deducitur. In hac itaque Scytha degunt, qui Nomades vocantur, propterea quod nullas habeant domus, sed in curribus habitant. Sunt autem currus ex quibus nimis quatuor rotis, reliqui sex circumaguntur: Sunt etiam luto obdurati, ac instar domorum fabrefacti, aliqui simplici, aliqui etiam triplici tabulato. Vnde robur illis inest aduersus onines iniurias aquarum, niviis, ac ventorum propellendas. Trahunt currus aliquos quidem boum iuga duo, aliquos tria, atque bicornibus carent, cum præfrigore regionis eis cornua non enascantur. In his ita curribus mulieres degunt: Equus autem vehuntur viri: sequuntur illos oves, boues, & equi. Tam diu deinde in uno subsistunt loco, dum sufficit ipsis pecoribus pabulum, quo deficiente in aliam regionem conuigrant. Vescuntur autem ipsi carnibus coctis, bibuntq[ue] lac equinum, comedunt etiam hippacem, hoc est, caseum equinum. Haec Hippocrates, qui multa præterea de ijsdem subiicit, formulaque ait illos sibi similes, parum fœundos, regionem paruas feras gignere, neque numero, neque specie insignes, sub ipsis artis, seu polis, & riphæis montibus sitos, & quæ ibidem sequuntur.

PROINDĒ FORTVNAM TVAM PRESSIS MANIBVS TENE.) Fortunam reuerenter habet noli irritare, nec eius felicitate abutere; ita volentem pressis manibus tenebis, quam inuitam nulla vi retinere poteris. pressis manibus, digitis in volam collectis, qualis est pugnus: explicatis enim digitis nihil tenetur aut retinetur.

LVBICA EST.) Et solum constans in levitate sua est.

SINE PEDIBVS.) Multas Fortune formas, multa eiusdem symbola, figuræ, statuas alio atque alio modo effigiatas, nomina & cognomina recenset Alexander Neapolitanus * (quem iuuabit * l.r.c. 13, hoc loco cum Tiraquelle consulere) & interalias effigies etiam hanc à Curtio hic expressam. Sed copiose. Tiraquellus hoc modo fictam & depictam non nisi ex hoc Curtii loco docet. Alatam quidem & pinnatam apud Eusebium, Horatium, & fortasse alios cognoscet, sed εποδα nusquam nisi hic. Habes generatim de fortuna apud Alciatum & eius scholiasten in symbolo Fortune; multa etiam apud Pierium, vt taceam Paulaniam, Plutarchum, & alios.

PINNAS.) Varius huius vocis vñus, nunc alas significat, nunc pennas, nunc pisces, nunc piscium alas, seu ἄρπια. Hic pro aliis seu pennis Fortune, pinnata enim pingitur. de qua Horatius:

Fortuna sauo leta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mibi, nunc alij benigna.
Laudo manentem: sic eleres quatit
Pennas, resigno quæ dedit, —

l.3. Ode 27.

Fortunæ ingenium Pacuvius apud Herennium egregie depingit:

Fortunam insanam esse & brutam perhibent philosophi,
Saxoq[ue] instare globoſo prædicant volubili.
Idem, quo saxum impulerit forso cadere Fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem iterant, quia nihil cernat quo fese applicet.

Cic. ad He-
ren, lib. 2.

*In sanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit;
Brutam: quia dignum atque indignum nequeat internoscere.*

COMPREHENDERE NON SINIT.) Fortunam citius reperias, quam retineas.

SI DEVS ES, TRIB. BENEF. MORTAL. DEBES.) Deum certe Sext. Pomp. Festus quamvis homo Romanus & paganus, dictum existimat, vel quia nihil illi desit, vel quia omnia commoda hominibus datur. Est enim natura bonus, & charior est illi homo, quam ipse sibi: quemadmodum in decima canit Iuuenalis:

*'Carior est illis homo, quam sibi, nos animorum
Impulsu, ~ cæca magnaq; cupidine ducti,
Coniugii petimus.*

cui præcinuit in Odyss. 6. Homer.:

ζεὺς δὲ αὐτὸς νέμει δλέον δλύμπτι θεούς πάνθραπτοισι μ.

Jupiter ipse tribuit felicitatem hominibus.

Summum enim bonum est id quod bona sua vel maxime cum ijs, quos creauit, communicer, ut omnis celestium regum senatus consensu docet. Ita & γαθοποιεῖν φύσις θεός. Sed dicas Scythis vocem Dei non significare patria lingua Deum; Enim uero siue Germanica & Cymbrica, seu Cimmerica Scythæ vni sunt, Deum profensi sunt auctorem & fontem omnium honorum. Latinis autem ipsum nomen etiam Dei, valere bonorum omnium datorem.

SI AVTEM HOMO ES, ID QVOD ES, SEMPER ESSE TE, COGITA.) Hoc a patre Philippo Alexander discere poterat, qui ex ephæbis vni præcepit, ut quotidie prima luce ad lectum cubicularem adesset, regemque his verbis de hominis mortalitate admoniceret: φίλιππε, ἀνθρωπός εἶ, Philippus homo es. Ita a Aelianus, & b Lycolth.

a lib. 8. var.
hist. c. 15.
b pag. 356.
tit. de ho-
minis mi-
seria.

Latinis, Isidoro auctore, homo ab humo dictus, quod ex humo effectus & formatus sit. Ad quod simul Comicus allusit:

Homo sum, humani nihil alienum à me puto.

STULTVM EST EORVM MEMINISSE PROPTER QVAE TVI OBLIVISCERIS.) Stultum est meminisse victorias per quas & propter quas obliuisceris te hominem esse. Stultum est te meminisse felicitatis prælentis, non cogitare de futuro, quidque ante obitum posset accidere: quod serius intellexit & credidit, quamvis ab Solone admonitus Cræsus. Cogita Alexander hominem esse te, ἔργη μερον κεράμιον, δειλόν, vitam ipsam esse πομφόλυτα, χρόνος ἀπιθανόν, σιγμήν, felicitatem ergo frena, & illam facilius reges.

*Felix priorem mox statum obliuiscitur,
Inquit Comicus.*

Felix futurum statum non prouidet. Cæcum facit felicitas.

AMICIS POTERIS VTI.) Lædendo belloque inferendo ex amicis hostes efficies.

Comicus: *Amicitia firmissima est inter pares.*

Amicitia pares aut accipit, aut facit.

INTER DOMINVM ET SERVVUM.) Plinius Panegy. ad Traian. Etenim in principum domo nomen tantum amicitiae inane scilicet, irrisumque manebat. Nam quæ poterat esse inter eos amicitia quorum sibi alij domini, alij serui videbantur: *non est diuturna posseßio, in quam armis inducimur,* inquit, in fratre apud Curtium Alexander lib. 8. c. 16.

ETIAM IN PACE, IVRA BELLI TAMEN SERVANTVR.) Victi enim victoribus parere coguntur, serui domino, subiecti magistratibus. Nam quæ leges & conditiones victis belli tempore latæ dataque sunt, deinceps perpetratobello obseruantur, vt se victos agnoscant, tributa, & vectigalia, & census pendant. Nam bello parta, iure belli in pace retinentur. Ita liberi populi bello vi & sapè pro victoris arbitrio, amissa libertate, seruire coguntur, quo ad se rursum per arma in libertatem vindicent: Itaque nō firma pax inter victos & victores, coacti enim parent, & nullum violentum diuturnum. Cum enim coatta libertas pro seruitute habeatur; vis sapè vi pellitur, & metus metu, & violenta nemo imperia continuit diu, & iura armis atrociora, quævis arma provocant.

IVRANDO SCYTHAS GRATIAM NE CREDIDERIS.) Quia colendo firmiter vt sequitur, fidem iurant Scythæ, non verbo, non iure iurando, sed rapte, nullis hic opus syngraphis, nullis cautionibus, aut tabulis, vel charteis, vel æreis, quibus iura legum & conditionum inscribantur. Fides vnicum Scythis vinculum est.

GRAECORVM ISTA CAVATIO ES T.) Injuratis Scythis plus aut credendum fidendumque Scytha, quam iuratissimis & testatissimis Græcis. Quia apud Græcos vt Euripides in Iphigenia Taurica canit:

πισδὸν ἐλλὰς οἴδεν οὐδέ τι.

Græcorum vanitatem miris modis exagitat, ridet, & explodit Satyra tertia Iuuenalis, Cic. ad Q. Fratrem. * *Graci fallaces & leues & diuturna seruitute ad nimiam assentationem erudit.*

* lib. I.

Virg.

Virg 2. Aen. ---- crimen ab uno

Disce omnes. ----

v.65.

Et mox infrā. v.106.

Ignari scelerum tantorum artisque Pelasga.

* Ille, dolis instrudus & arte Pelasga,

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

Vos aeterni ignes, & non violabile vestrum

Testor numen(ait) vos aræ ensesq; nefandi,

v.152.

Et quæ sequuntur execrationes periurissimi Sinonis.

GRAECORVM HÆC CAVTIO EST) Græcorum hæc sollicitudo & cura est, ut pacta, conuenientia & foedera in publica acta referantur, tabulis inscribantur, chirographis & signis confirmantur, deorumque religiones interponantur, ipsique dij tanquam testes adjucentur. Nec Græcorum tantum hæc cautio fuit, sed Romanorum, Persarum, Hebræorum, & omnium prope gentium, ut ex literis sacris, scriptoribus rerum Græcarum, Romanorum, & Persarum aliarumque gentium constat, Nostræ, inquit Scytha, amicitiae fides non querit syngrapham.

NOS RELIGIONEM IN IPSA FIDE NOVIMVS) Nos fallere necimus, nec ullis testibus indigemus.

QVI NON REVERENTVR HOMINES, FALLVNT DEOS) Qui non reverentur homines, decipiunt deos, inquit Comicus: Nam quicunque perdit fidem, perdit omnia.

NEC TIBI AMICO OPVS, DECIVVS BENEVOLENTIA DVBITES) Dubitata autem is qui ab amico iuriandum, tabulas & syngraphas exigit. Ita Græci omnes habent suspectos, suspecti omnibus.

NOS ASIAE ET EVROPAE CVSTODES HABEBIS) Si amicos habueris, custodiemus extrema imperij tui, fines Asiac & Europæ. Apud Indos in Oriente accedimus ad Tanaim, * extrema in Asia sunt Baetra, à Baetris tantum Tanai diuidimur. Ad Septentrionem Thraciam attingimus, cui finis * Iaxartem nitima est Macedonia, ita tutæ omnia præstabimus amici, infesta hostes reddemus. proinde considera, quid tuis rationibus expediat, hostes nos, an amicos malis.

VTRINQUE IMPERIO TVO FINITMOS) Hanc scripturam ex Acidalio laudamus, quanquæ & vulgaris tolerari potest, ubi legitur utriusque imperio, inquam, Orientis & Occidentis, duplex enim imperium Alexandro tribuitur.

Τύμβον Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος ἢν τις ἀείδῃ

Η πείρης κεῖται σῆμα λέγει ἀμφοτέρων.

Quisquis aues tumulum Pellæo ponere regi,

Europam atq; Asiam ponito pro tumulo.

Ex c. 10.
Prolusion.

Infrā à Curtio quoque rex Asia & Europa Alexander appellatur.

Atque hic finis nobilissimæ & sententiarum pondere grauissimæ orationis, qua tamen nihil prosecere Scythæ.

C A P V T X X I I I .

A R G V M E N T U M .

Rex verbo peracutè respondet. Tanaim traiicit, hostes fundit. Sagas deditos in fidem recipit.



Ontra rex fortuna sua & consilijs eorum se usurum esse respondet. nam & fortunam cui confidat, & consilium suadentium, ne quid temerè & audacter faciat, secuturum. dimissisque legatis in preparatas rates exercitum imposuit. in proris clypeatos locauerat, iuscos in genua subsidere, quo tuiores essent aduersus iictus sagitarum. post hos qui tormenta intenderent stabant, & ab utroque latere & à fronte circumdati armatis: reliqui qui post tormenta constituerant, remigem loriam indutum scutorum testudine armati protegebant. Idem ordo in alijs quoque ratibus, qua equitem vehebant seruatus est. Maior pars à puppe nantes equos loris trahebat. at illos quos utres faremento repleti vehebant, obiecta rates tuebantur. ipse rex cum dilectis primus ratem sol-

uit, & in ripam dirigi iusset. Cui Scythæ admotis ordine equitum in primo ripæ margine opponunt, ut ne applicari quidem terra rates possent. Ceterum prater hanc speciem ripæ præsidens exercitus ingens nauigantes terror inuaserat. namque cursum gubernatores cum obliquo flumine impellerentur, regere non poterant: vacillantesque milites, & ne excuterentur solicii, nauitarum ministeria turbauerant: nec tela quidem conatinis vibrare poterant, cum prior stetandi sine periculo, quam hostem incessanter cura esset. tormenta salutis fuerunt, quibus inconfertos ac temere se offerentes haud fristræ excusa sunt tela. Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere ratibus, vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. Iamque terra rates applicabantur, cum acies clypeata consurgit, & hastas certo iectu, ut pote libero nisu, mittit è ratibus. Et ut territos recipientesq; equos videre, alacres mutua adhortatione in terram defiliere. Turbatis acriter pedem inferre coeperrunt. Equitum deinde turma, quæ frenatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. interim ceteri agmine dimicantium teatæ aptauere se pugna. ipse rex, quod vigoris agro adhuc corpori deerat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice ceruicis, sed dimicantem cuncti videbant. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio, aliisque alium adhortati in hostem, salutis immemores, ruere coeperunt. Tu verò non ora, non arma, non clamorem hostium, barbari tolerare, omnesque effusis habenis (namque equestris acies erat) capessunt fugam, quos rex quanquam vexationem inualidi corporis pati non poterat, per LXXX. tamen stadia in equi perseveravit. Iamque linquente animo suis præcepit, ut donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhaerenter. ipse exhaustis etiam animi viribus in castra se recepit, reliquum substituit. Transferant iam Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant crebris interuallis dispositi, arboresq; proceræ, quartam stipites hedera contexerat. Sed Macedonias ira longius prouexit, quippe media ferè nocte in castra redierunt, multis interfectis pluribus captis, equosque M. & DCCC. abegere. ceciderunt autem Macedonum equites LX ceterum ferè pedes, mille sauci fuerunt. Hec expeditio deficiente magna ex parte Asiam fama tam opportuna vitoria domuit. Inuitos esse Scythas crediderant, quibus fractis, nullam gentem, Macedonum armis parem fore. Itaque Sagæ misere legatos, qui pollicerentur gentem imperata facturam. Mouerat eos regis non virtus magis quam clementia in deuictos Scythas: quippe captiuos omnes sine pretio remiserat, ut fidem faceret, sibi cum ferociissimis gentium de fortitudine non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sagarum legatis comitem Escipinon de dit, admodum iuuenem, etatis flore conciliatum sibi, qui cum specie corporis aquaret Hephestionem lepore sanè illi par non erat.

FORTUNA SVA) Duo potissimum mouerant Scythæ regem, ut fortunam pressis manibus teneret, illaque non abuteretur. respondet Alexander, & fortuna sua se vlorum, nec abusurum, hoc est, nihil temere acturum.

DIMISSISQ; LEGATIS) re infecta, nulla spe vel mentione pacis facta, ex quo intelligebant Scythæ bellum instare, regemque Tanaim transiturum. Nec moratus Alexander, statim flumen cum exercitu tunc aiecit. Quod quo pæsto, qua difficultate, quanto periculo factum sit, disertissime describit Curtius: paucis & ieiunè Arrianus, si vtrumque inter se componas, uti mox videbis. Plutarchus verbo attingit in Alexandro, & lib. de fort. Alexандri 2. In Siculo hoc prælium cum alijs multis desideratur. Iustinus omnino transiliit.

IN PRORIS CLYPEATOS LOCAVERAT) sapientissimè instituta acies in nauibus & ratibus aduersus hostem, omnem fluminis ripam obseruentem. In priore nauis parte rectâ hostibus obuersa, clypeati scutisque obarmati, velut murus nauis positi, qui omnem à tergo turbam clypeis protegerent. Ipsi gentibus nitentes, quod aliqui clypei non totum corpus defenderent, si starent, & tormenta ponè collocata, & in hostem intendenda impedirentur.

TORMENTA) catapultæ, scorpiones, ballistæ, quibus hastæ, sagittæ, saxa in hostem excutiebantur.

A FRONTE ET VTRIQ; E LATERE) quomodo à fronte, ut tela nullum ex armatis circumstantibus laderent, interualla relinquenter armati, per quæ tela exibant.

REMIGEM ARMATI SCVTORTM TESTUDINE PROTEGERANT) anteremiges collocati. Testudinum formam habes apud Stevvechium & Lipsium in poliorceticis. l. i. dial. 5.

IN ALIIS QVOQ; ERATIBVS) ergo nullæ naues? dñi? Q. supra proras appellavit, prora, nauis non ratis pars.

A P V P P E N A N T E S E Q Y O S L O R I S T R A H E B A N T) nec puppis, nisi in nave propriè, sicut & prora. sunt tamen inter haec dicta apud Gellium * ratariæ ratibus compositæ.

* l. 10. c. 13.

V T R E S) de quibus supra c. 10. huius libri.

O B J E C T A E R A T E S) ergo extremi natabant, vtribus vesti.

P R I M U S) incredibilis huius regis audacia, vbiunque periculum apparebat, primus adfuit, in fronte stetit, regredere ad lib. 4. c. 33. se ante prima signa dimicaturum, & quæ sequuntur.

C V I S C Y T H A E) ead. belli facies & traiecti Granici fluminis difficultas fuit, nisi quod Granicus altiores ab hostium parte ripas haberet, & quæ difficiliorem traiectum Alexandro efficiebant, cum pari modo hostes ripas obsiderent. hic, inquit, Granicum tot millibus equitum peditumq. 1. 4. c. 24. in ulteriore fl. antibus ripa superauit.

P R A E T E R H A N C S P E C I E M) terribilem sanè hostium omnes fluminis crepidines armatis obsidem.

O B L I Q U O F L U M I N E) nec aduerso, nec secundo, nec transuerlo, sed obliquo. aduerso non erat necesse, nec fieri poterat, secundò, non fuissent ad alteram ripam appulsi; transuerso non sinebat flumen, restabat vt obliquo ad ripam aduersam contendenter, obliquè autem traiectus fiebat, cum rates à ripa quam Alexander tenebat, sensim in alteram partem obliquarentur. sed ea ipsa res (fluminis impetus) magnam crebat difficultatem & periculum. quod nautæ non possent, à flumine, hoste, & proprio milite impediti, quamvis cursu rectè dirigerent, officio suo ritè fungi, & rates pro voto, quæ vellent, flectere. Militum vestigia in illo ratiū concussu vacillabant, nec telis vti poterant, quibus se ab hostium iaculis, quæ tanquam grando aut nimbus ingruebant, tuerentur, hostemque laceferent.

T O R M E N T A S A L V T I F V E R E) tormenta, quibus repulere Scythes à ripæ margine. ita applicari rates ad terram potuere, quod dum fieret, confur rexit illa clypeatorum acies, quæ interim iussa fuerat in genua sublidere. Hæc missis in hostes telis maximè turbavit Scythes, quod Arrianus quoque declarat Kαὶ ἐστιν, inquit, οἱ ἀυτῶν τριτοί κόροι ἔχοντες λέπραν, ἕτεροι δὲ δύο τριτοί διαμπλεῖσθαι & quæ sequuntur. Ac nonnulli quidem Scytha telorum iactu vulnerati sunt: unus scutum & thoracem traiectus, ex equo procidit. At barbari, longinquò telorum iactu, & strenui illius viri cæde perterriti, parumper à ripa retrocesserunt. Alexander illos telorum iactu perturbatos confiscatus, tubis clangentibus flumē transit, atque ipsum præseuntem reliquias exercitus subsequutus est: ac primum quidem sagittariis & funditoribus transmissis, fundis telisque Scythes lacestere iubet, ne in phalangem transeuntem irruerent, priusquam vniuersus equitatus transmissus esset. Cumque iam onines in ulteriore ripam euasissent, primum quidem equitum sociorum agmen viuum, & eorum qui sarissas gestant, cohortes quatuor in Scythes immisit. quorum impetu sustinente Scytha, atque equitatu cingentes, multi paucos premebant. simulq. facile se recipiebant. Alexander sagittarios atque Agrianos, aliosq. expeditos, quibus præerrat Balacrus, equitibus permiscens, in Scythes immittit. ijsq. inter se congressi, tria equitum sociorum agmina, equitesque iaculatores onnes in eos ferri iubet: ipse reliquum equitatū dicens ex aduerso in eos contendit. Iamque non amplius equitatū in orbem, vt antea, ducere poterant. siniū enim & equitatū eos premebat, atque expediti equitibus iniisti, & equitatum tutò circumducere non sivebant. Tum manifesta Scytharum fuga fit, casis circiter mille, & in ijs uno ex duabus Satrach, capit. CL.

F R E N A T O S H A B E B A N T E Q Y O S) multi enim equitum, qui à puppi equos nantes trahebant, tardius ad pugnam venire.

D I M I C A N T E M C V N C T I V I D E B A N T) nihil ita militum animos accendit ad prælium, atque exēplum supremi duci: Idem fecisse Catarem in bello Gallico leg. mus.

D U C V M F V N G E B A N T V R O F F I C I O) tam exercitatum habuit militem, vti tot haberet duces, quot numerabat milites.

P E R O C T O G I N T A T A M E N S T A D I A I N S E Q V I P E R S E V E R A V I T) Plutarchus in Alexandro centū stadia numerauit, in se, undo vero de fortuna Alexandri centum quinquaginta: adeò incertus va- cillauit Plutarchi calamus, nec in notis error obseruari potuit, integras enim voces posuit: ἀλλὰ in- quid in Alexandro, η τὸν Ορεαζάγην σταθμὸν ποταμοῦ (Δάυρος ήτο ταῦτα εἶναι) η τὸν Σκύθας τρεψά- μενον τοιωτερὸν σταθμὸν εἶναι τοῦτον οὐδὲν διαφέρει. Sed & transmissio Orezarte (Iaxarten alij vo- can) amine, quem ipse Tanai esse arbitrabatur, fusos fugatosq. Scythes, quamvis ventris fluore infestā- retur, ad centum stadia est infectatus. In altero vero de fort. σταθμὸς δὲ τὸν Ταύτην, inquit, η τὸν Σκύθας η τρεψάμενον τοιωτερὸν σταθμὸν εἶναι τοῦτον: Traiecto Tanai Scythes infugam versos, equo e- tiam ad centum & quinquaginta stadia infectatus est, infecto auti profluvio remorante. Cæterum, octo- ginta stadia estiunt milliaria nostratia duo & lemis: centum vero, tria cum dimidio quadrante: centum denique, quinquaginta quatuor propè cum triente.

I A M Q U E L I N Q V E N T E A N I M O) * Arrianus totum exercitum in persequendis hostibus in summo æstu grauissima sibi labora se tradit. Alexandrum hausta noxia aqua, qualem regio fert, profluvio auti correptum (quod & Plutarchus testatus est) in summum vitæ discriminæ adductum, in castra relatum, Aristandri vaticinium explesse, qui id ante denunciarat: Quod nisi rex morbo retardatus esset, Scythes ad internectionem deleturum fuisset.

TRAN-

TRANSIERANT IAM LIBERI PATRIS TERMINOS signauit Bacchus, cum in Indiam mo-
uisset, expeditionis terminos (vt & Alexander, & ante alexandrum Hercules) columnis, Alexander
aris, Sidonius Antipater,

Διμοῖν δὲ τὴν λαοὺς συντέρμονες ἔκελα δὲ δηλα

Arma eadem ambobus, sunt termini vtrig columnae.

Dionysius Periegetes:

p.86.

Εὐθά τε καὶ τὴν λαοὺς θηραγγεύει Διονύσῳ

Εστίν πυμάτοιο παρὰ ρόν Ωκεανοῦ

Ινδῶν ὑστεροστινένοις εἰσεστιν ----

Hac & Thebani Dionysi terra columnas

Monstrat ad Oceanum, atque extremi littora ponti

Montibus Indorum ----

Strabo de his ipsis videtur in tertio, vbi de Hispania & Herculis columnis, earumque forma, altitudine, modo disputat, locutus, cum scripsit: Latina ponam quia locus longiusculus est. Et Alexander, inquit, in Indica expeditione, ad quæ ultima loca peruenit, apud Indos versus orientem degentes, aras pro terrinio posuit, Herculem imitatus & Bacchum. Erat sanè hoc moris. Verum probabile est, locos non men istarum rerum denominationem excipere, præsertim vbi tempus abelet positos limites. Neque enim hodie extant Philænorum aræ, sed locus id nominis retinet. Et aiunt in India neque Herculis, neque Bacchi columnas visas fuisse: nihilominus Macedones indicata ipsi & demonstrata quedam loca crediderunt esse eas columnas, vbi vestigium aliquod reperiebant eorum, que vel de Baccho, vel de Hercule erant memoria prodita. Sed Curtius pro columnis, lapides suis intruallis positos fuisse tradit, procer. Iisque arbores, quarum medios stipites circumserpentes coronabant vites. Strabo longè aliter de huiusmodi columnis, loco qui iam laudatum sequitur, docet. Curtius lapides milliariorum videtur intelligere, per quorum media spacia ad ultimas columnas Bacchi ibatur. Solinus cap. 52. Ultra hos Panda opidum Sogdianorum, in quorum finibus Alexander Magnus tertiam Alexandriam condidit, ad contestandas itineris sui terminos. Hic enim locus est, in quo primam à Libero parre, post ab Hercule, deinde à Semiramide, postremq etiam à Cyro aræ sunt constituta: quod proximum gloria omnes duxerunt, illò usque promotissi itineris sui metas.

L I B E R I P A T R I S) Quare Bacchus Liber sit dictus, multis verbis docet Gyraldus syntagma VIII. variaque originationes ex varijs scriptoribus adducit, Liberumque appellatum aiunt, vel à lingua licentia, vel quod animum curis liberet, pellatque tristitiam. Seneca, Liber, inquit, non ob licentiam lingua dictus est inuentor vini, sed quia liberat sernitio curarum animum, afferit, vegetatque, & audaciorem in omnes conatus facit. Alij Liberum aiunt dictum, quod in liberis ciuitatibus coleretur, earumque symbolum eset: unde & Marlys eius minister in ciuitatibus libertatis fuit indicium. In Bæotia omnes ciuitates liberas esse iusit, & à se conditas, Eleutherias appellavit. Plutarchus vel ab libertate, quod bientibus libertatis causa sit, & honesto Baccho licentiores siant, vel, quod libationem inuenierit. D. Augustinus à libramento Liberum vult appellatum, quod mares eius beneficio à temine liberentur. Enimvero Goropius in Indoseythicis nouam prorsus Liberi patris originem excogitauit. Noë, inquit (nam hunc ait fuisse Liberum) quia omnium populorum pater est, vocatus est ab Ianigenis suis, Liber, idest, populos in lucem producens. disputat deinde ex verbi originatione multa, quæ lubens prætero, quod parum arrideant. Ceterum alij tres, alij quinque diuersos aiunt esse Dionysios seu Bacchos. M. Tullius: Dionysis, inquit, multos habemus, primum è Ioue & Proserpina natu: secundum Nilo, qui Nyssam dicitur intermisce: tertium Caprio patre, eumque regem Asia prefuisse dicunt, cuius Abazæ sunt instituta: quartum Ioue & Luna, cui sacra Orphica putabantur confici: quintum Nisonatum & Trione, à quo Trieterides constituta putantur. Hæc Cicero. Liberum Indicum alij putant in India natum, alij ex Assyria ad Indos penetrasse, alij Thibis profectum: alij hæc omnia fabulosa confuerunt, quibus ego lubens subscrivo.

S E D M A C E D O N E S I R A L O N G I V S P R O V E X I T) Mirum non est Macedones per noctem longius ira proiectos, lapides & columnas & terminos Liberi patris non vidisse, quos nec pacati, nec intefdiu vidissem.

E Q Y O S M I L L E E T O C T I N G E N T O S A B E G E R E) Arrianus mille cæsos affiuit, inter quos Satracem Persam ducem ponit: captos centum quinquaginta.

H A E C E X P E D I T I O) hæc Alexandri relata de Scythis victoria omnes gentes barbaras citra & ultra Tanaim seu laxarem, in desperationem coniecit, & Alexandro subicit, quod Scythas omnium gentium fortissimos & invictos credidissent, quibus tamen vicit nullam ipem luperesse videbant Macedones vincendi.

S A G A E M I S E R E L E G A T O S) De Sagis siue Sacis, vt alijs dicuntur, supra egimus ad lib. 6. ca. 4. libro hoc ipso cap. 23. Eorundem mentio fit infra lib. 8.

I M P E R A T A F A C T U R V M) Non fecisse, & legationem nihil profecit ex eo videtur constare, quod infra Alexander regionem Sagarum inuaserit, vallavit, & triginta millia pecorum abegerit, nisi dicamus illos, pacé violata, iurium ab Alexandro defecisse: Nam in Alexandre non fuit quo minus pax constaret.

CAP.

CAPTIVOS OMNES SINE PRECIO REMISERAT.) Laudat ab hac virtute Pyrrhum Ennius apud Ciceronem, quod captiuos sine precio reddidit:

Nec mi aurum posco, nec mi precium dederitis.
Ferro, non auro vitam cernamus utrique,
Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictum
Eorundem me libertati parcere certum est,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Vosne velit, an me regnare hera, quidue ferat sors,
Quorum virtuti belli fortuna pepercit.
Dono ducite, doque voluntibus cum magnis dijs.

Ita Romanis certamen honoris, fortitudinis, & dignitatis sult cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho, non de capite, salute, & excidio alterutrius gentis, vt cum Celtiberis, Gallis, & Cimbriis, proinde bella quibus imperij gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt. vixisset Darius si parere & cedere Macedoni voluisse. De hac legatione Arrianus, Haud multo post legati à rege Scytharum ad Alex. veniunt, factum excusat: non esse ei illata arma communi totius gentis Scythicae consilio, sed ab ijs qui latronum more, ex rapto viuerent se imperata facere velle. Alex. huic humaniter respondet, quia neque honestum putabat, si excusationem illius suspectam haberet, prælio rem non decernere, neque opportunum sibi videbatur eo tempore prælium committere.

ESCIPION) Alterum Hephaestionem, nisi quod Hephaestio gratiosior, urbanior, & ingeniosior, longeque dignitate prior & alter prope Alexander certè φιλαλέξανδρος. Sed de Hephaestione & supra dictum, & infra non pauca dicentur. Escipinos cetera obscurus.

CAPVT XXIV.

ARGVMEN TVR.

Spitamenem persequitur. Sogdianos describit, vastat. xxx. iuuenes damnatos vita donat, & per illos. Sogdianos in fide continet. Bactra petit. Bessum Ecbatana duci iubet.



Pse Cratero cum maiore parte exercitus modicis itineribus sequi iussos, ad Maracanda urbem peruenit, ex qua Spitamenes comperto eius aduentu Bactra perfugerat. Itaque quadriduo rex longum itineris spatium emensus peruenit in eum locum, in quo, Menedemo duce, duo millia equitum & trecentos equites amiserat. Horum ossa tumulo contegi iussit, & inferias mōre patrio deit. Iam Craterus cum phalange subsequi iussus ad regem peruenierat. Itaque ut omnes qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias diuidit; utique agros, & interfici pūberes iussit. Sogdiana regio maior ex parte deserta est, LXXX. fere statid in latitudinem vastas & solitudines tenet. Ingens spaciū recta regionis est, per quam amnis (Polytimetum vocant incola) fertur, torrentem cum ripa in tenuem alueum cogunt, deinde cavaerna accipit, & sub terram rapiit cursu. absconditi indicium est aqua & meantis sonus, cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, ne modico quidem resudes humore. Ex captiuis Sogdianorum ad regem triginta nobilissimi, corporum robore eximio perducti erant, qui ut per interpretem cognouerunt iussu regis ipsos ad supplicium trahi, carmen latantum modo canere, tripudisque & lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare coepérunt. Admiratus rex tanta magnitudine animi oppetrere mortem, renocari eos iussit, causam tam effusæ latitiae, cum supplicium ante oculos haberent, & requirens, illi si ab alio occiderentur tristes morituros fuissent respondent. nunc à tantore rege victore omnium gentium, majoribus suis redditos honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris latitiaeque celebrare. Ium rex, Quero, si quis an vivere velit, non inimici mihi, cuius beneficio victuri estis? Illi nunc quām se intitulit?

micos ei, sed bello lacestos hostes fuisse respondent. si quis ipsos beneficio quam iniuria experiri maluisset, certatos fuisse ne vincerentur officio. Interrogantique quo pignore fidem obligaturi essent? vitam quam acciperent, pignori futuram esse dixerunt, reddituros quandoque repetis. nec promissum fecellerunt: nam qui remisi domos ierant, in fide continuere populares. quatuor inter custodes corporis retenti, nulli Macedonum in regem charitare cesserunt. In Sogdianis Peucolao cum tribus milibus peditum (neque enim maior præsidio indigebat) relicto, Bactraperuenit. inde Bessum Ecbatana duci iussu, imperfecto Dario peras capite persoluturum.

MODICIS ITINERIBVS SEQV I IVSSO) Alexander cum expedito equitatu præcessit, Craterus proximus ab Alexandro dux, post occisum Parmenionem totam molem exercitus cum phalange & impedimentis traxit, eoque tardius progredi coactus.

AD MARACANDA) regiam Sogdianorum, quam Spitamenes cum alijs defectionis auctoriis & coniuratis occuparat, sed auditio Alexandrum aduentare, profugit in Bactra principem Bactrianorum sedem. De Maracandis ipse Curtius supra cap. 15. plenius & nos ad eum locum.

MENEDEMO DVCE) de hoc suprà toto capite 20.

1.5. c. 10. INFERIAS MORE PATRIO DEDIT) Is mos erat, vti terra obruti & sepulti publicè laudarentur. De cura Alexandri, sepieliendi milites in acie cælos suprà audisti, vbi Curtius: Sed rex deserere milites in sepulto erubescet, ita tradito more, vt vix ullam militia tam solenne eset munus, quam humādi suis. Alexander ab Alexand. ex Aeliano, Val. Maximo, Plutarcho, Aemilio Probo, Justino, alijsque, vti Tiraquellus annotauit, morem hunc Græcorum & præcipue Atheniensium paucis descripsit: Apud Athenienses, inquit, & omnem ferè Graciā corpora non cremare, sed terra condere & sepelire cum funebri ueste: Phrygibus verò igni imponere, antiquissimus mos fuisse proditur. Sed in humandis corporibus Athenienses orientem versus, Megarenses & Phenices ad occidentem vertere solebant, Afri verò ut Graci sepieliunt. Maxima autem sepieliendorum cadauerum cura Atheniensibus fuisse fertur, præcipue bello peremptorū, ita vt qui illos inhumatos relinquenter, quois supplicio dignos putarent. Idcirco summos duces, quia cælos nauali pugna in mare diecerant, grauibus pœnis & capitis supplicio affecere: quibus cum peremptorū corpora assuequi nequirent, illorum ossa & dissecta membra paſsim strata exquirere & humo tegere, defunctosque in acie, tumulo publicè exstructo quotannis pro concione laudare, magna cura fuit: aded vt Nicias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum inhumata cadauerā relinquenter, totum subsistere agmen, donec humarentur, iussit. Et Cimon Miltiadis filius, vt pater sepulchro condenseretur, captiuum se præbere non dubitauit.

1.3. c. 2. l. 9. c. 8. Exagitat tamen Athenienses Val. Max. ob decem prætore, publico decreto, nec quicquam obnunciante & intercedente Socrate, occisos.

1.3. c. 2. l. 9. c. 8. INFERIAS) quæ propriè inferias nam Curtius de sepultura tantum videtur locutus. Inferiae, sacra sunt quæ dijs inferis fiunt. Sed manibus in parentatione, alia conferantur, de quibus noster de la Cerda vir in paucis eruditus, ad illum Vergili j. 9. Aeneid. versum: Absentifer at inferias decorerat, sepulchro. doctè & exquisitè tractauit. Qui, inquit, artemè poetas græcos legerit, Sophoclem, Euripidem, Homerum, aliosque: Latinos item, Virgilium, Statium, Silium, & alios, is inueniet sex præcipuas res contineri u nomine Inferiarum, videlicet, aquam, mel, lac, vinum, sanguinem, comas. subiicit deinde poetarum græcorum & latinorum auctoritates sanè certas & illustres. Addit postremo de coronis, floribus, lacrymis, rogatque an haec inferiae dici possint: & negat propriè inferias dici, quod non sint μυρη, siue ignea, hoc est, non comburantur cum cadavere & alijs libamentis. Miraberis tamen fortasse, quamobrem nullam aliarum fecerit mentionem inferiarum, cum apud Homerum alia quoque rogo injecta legamus, cùm Patroclo suo parentauit, oleum, inquam, equos, canes, feruos & lectissimosex Troianis captiuos. Homerum ipse leges, Iliad. ¶.

Eadem ferè inferias leges apud Virgilium in x. vbi de funere Pallantis ita canit.

Harum vnam iuueni supremum mortus honorem
Induit, arsuraque comas obnubit amictu,
Multaque præterea Laurentis premia pugna
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci,
Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem,
Vinxerat & post terga manus quos mitteret vmbbris
Inferias, casofparfuros sanguine flamas.

Plinius Iunior quoque testis accedit, vbi de Reguli Causidici filio extinto agit, cui patens ad rogum mannulos, canes, luscinias, plittacos, merulas trucidauit.

1.4. ep. 2. Taceo hic barbaras gentes, Indos, Gerros seu Scythes, Thraces, Gallos, qui humanis etiam victimis Manibus operabantur. Græcis etiam quibusdam in funere usurpatum, vt ducis aut bellī imperatoris defuncti corpus solenni pompa efferretur, captivi & milites circa rogum digladiarentur, oues boueisque macarentur, equi viri; tenerentur, propugnacula è turribus diruerentur, tempora lapi- daren-

darentur, atque subuerterentur, Lares abijcerentur, partus exponerentur, cibo abstineretur, ignis extingueretur, magistratus sacer & politicus coronatus funus prosequeretur. De Alexandro ipso causum Hephaestionis impatientissimè ferente tradit cum alijs Plutarchus, iuslū ipsius omnes mulos, equosque detonsos, oppidorumque pinnas deiectas, medicū eius in crūcē actum, tibias & mūsicam in castris perdiu conticuisse, Cuslæorum gentem deletam, quæ parentatio Hephaestionis dīcta, in pompam decem millia talentū impena, quæ sexagies centena millia Philippæorum efficiunt, hoc est, ut hodie loquuntur, sex milliones talerorum. Sed ad hāc dicēret de la Cerda, fuisse quædam singularia, se de communibus exequijs & inferijs, passimque omnibus usurpatis disputasse.

OMNES QVI DEFECERANT.) Sogdiani & Bactriani potissimum, qui auctore Spitemene & Catene defecerant.

PVBRES.) Qui arma ferrent, aut ferre possent.

OCTOGINTA STADIA.) Non male Glareanus perpendit hunc locū cū emendauit, & octinginta recripsit: Numerus, inquit, nimirū parvus pro eo quod continuo subneicit. Vast & solitudines tenent, in- Ad p. 259.
quiens, quum octoginta stadia spacio trium horarum facile transiri queant. Quis verò tantum terræ spatiū, v. 6. In no-
vastum appellari. idē suspicor octingenta legendū pro octoginta: vt intelligamus spatiū triginta hora-
rum, aut trium dierum, quod est longe verisimilius. Porro Polytimetū fluuij, cuius paulo post sit mentio, memi-
nit & Ptolemeus in Scythia intra Imaum montem descriptione, citra tamen Iaxarten.

Fauet Glareano etiam Arrianus, qui Alexandrum ex eo loco, quo mouit à Tanai inquam, ad Maracanda, non octoginta, sed mille quingenta stadia intra triduum per Sogdianam confecisse scribit, quæ efficiunt nostratia millaria sex & quadraginta cū triente, quatuorq; stadijs amplius.

SOGDIANA REGIO.) Iterum Goropius diuinat, & Sogdianos à Sogdijs montibus, quod e-
quidem verum, dictos docet; sed Sogdios à Scythica voce sog & dun, quod montem sonat.

Desertam porrò regiouem Sogdianorum Arrianus ostendit, præsertim vbi Polytmetus am-
nisarenis se condit.

POLYTMETVM INCOLAE VOCANT.) Arrianus addit non Polytmetum tantum, sed ali-
os quoque fluuios in ijs regionibus terram subire, totamq; eam regionem, inquit, quam Polytmetus p. 82. ante
annis irrigans transit, percurrit. Nam vbi aqua fluminis est conspectu euanciscit, omnis vltior regio deserta m.
est. euanciscit autem, etiam multam aquam trahens, sub arenas se condens. Alij etiam ingentes ac perpetui
annis eadem ratione ibi se condunt, Epardus nimirū, qui per Mardorum regionem fluit, & Areus, a quo
Areorū regio appellationem accepit, & Etymandrus, qui per Euergetas labitur: suntq; omnes hi fluij tanta
magnitudinis, ut nullus eorum Peneo Thessalia annis sit minor, qui per Tempe fluens in mare fertur. Polyt-
metus autem Pencum annem magnitudine superat.

Ouidius idem de Lyco & Erasino canit:

Sic vbiterrno Lycus est epotus hiatus,
Existit procul hinc, alioq; renascitur ore,
Sic modò combabitur, recto modò gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erasinus in agro.

iij. Metas.

Plinius: Subeunt terras, rursusq; redduntur Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et l. 2. c. 103.
que in Aesculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur. Et in Attine campo fluvius mersus
post xx. m. pass. exit, & in Aquileiensi Imauus.

Sedjad Polytmetum redeamus, de quo Strabo: Annem per Sogdianam fluentem (Polytmetum Ari- l. ii. p. 336.
stobulus vocat) Macedonibus nomen imponentibus, quemadmodum & alia multa & noua fluminibus nomina edit Casali
indiderunt, alia aliunde deducta posuerunt, euni, rigata tellure, in solitudinem & arenosam exire terram
absorberiq; sabulo, sicut & Arium, qui per Arium labitur.

Hunc Strabonis locum ex Calauboni emendatione hic collocauiimus, nam Xylandē turpis-
simè hic in vocibus Polytmeti & Aristobuli exerrauit. testem habes ipsum Xylandrum, qui ex vi-
tiosa manu ita Græcè edidit, & vitiosius latinè reddidit: Annem per Sogdianam fluentem & magni
precij Aristobulum esse. Corruptissimus locus, inquit Calaubonus, & qui Xylandrum miserè decepit. p. 173. casti.
legendum autem Χελεί Πολυτίμητον Αριστόβουλο; Aristobulus hominis est, qui de Alexandri rebus
Icripsit, nomine, non fluuij. Polytmetus cōtra, fluuij proprium nomen est, omnibus memorati geo-
graphis & historicis, qui res Alexandri attigere, post verba autem Strabonis Τίτλο Μακεδόνων Σεπένων,
deest vox τιτλον. Cæterum, quod Calaubonus affirmit Strabonem & Curtium dissentire in au-
toribus huius nominis Polytmeti: à Strabone enim Macedonibus adscribi hominis impositio-
nem, à Curtio incolis: quod verum est, sed verum nō est illos dissentire: Curtius enim non respexit
tempus quod Alexandrum Māgnum præcessit, sed secutum est. Incertum est enim, quo nomine vo-
titatus prius fuerit, postea à Græcis Polytmetus appellatus, quis enim non videt vocem esse Græ-
cam, non barbaram, ab incolis ergo atatem Alexandri secutis, qui plerique fuero Græci, (sex enim
opida Alexander non procul ea regione condidit, Græcis potissimum habitata) & nomen a Mace-
donibus fluuij inditum accepérunt, & in posteros propagarunt.

TORRENTUM.) Terrenest fluuius, vel cœlestibus aquis, vel solutiis niuibus auctus, qui ex mon-
tibus præcepit in campos, vel maria, vel alia fluminā defertur. Vlurpatur nunc absolute generis VI-

rili tantum pro fluvio; nunc è terræ omni genere, & per apopixas, vt oratio torrens, flumen torrens, vnda torrens, & hoc genus alia.

AQVAE MEANTIS SONVS.) Si a urem terræ ad moueas, sonum ruentis audies, quod permisum est, cùm interim nihil humoris in solo appareat. Possis ergo & hoc inter miracula aquarum ponere, vt & Plinius posuit.

BACTRA PERVENIT.) Regressus ad regiam Bactrianorum. De Bactris, Ecbatanis, Besso, Bessique supplicio, quorum hic est mentio, iam suprà planius dictum.

TRIGINTA NOBILISSIMI.) Hanc de generosissimis Sogdianorum proceribus historiam literis & memoria dignissimam præter Curtium, quod sciam, prodidit nemo: adeò Græci omnes quantumvis verbosi, hic muti omnes qui hodie leguntur. Herodotus quidem de Tracchis, Val. Max. & Solinus de Thracibus, alijsque de Cæsijs, Caucasijs, Indis tradidere, diem natalem lacrymis & lamentis; fatalem gaudijs & tripludijs celebrantibus, nihil tamen de Sogdianis, nisi hos inter Indos recenseas, cognoui.

ADMIRATVS REX.) Hoc ingenium fuit herois Alexandri, vt virtutem etiam in hoste non admiratus tantum sit, sed amarit, coluerit, & præmijs ornarit, vt in Adalonymo, Omphi, Poro, alijsque ostendit.

NVNC A TANTO REGE.) Gloriosum ducebant magni principis, regis, aut Cæsaris dextra cadere. Virg. in 10. de Lælo:

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,

Aeneæ magni dextra cadit

Ad quem Virgilij locum multa Pontanus noster, qui hanc ipsam ex Curtio historiam adducit; & plura Ludouicus de la Cerdâ ex diuersis scriptoribus Græcis & Latinis, quos tûte videbis.

NVNQVAM INIMICOS SED BELLO LACESSITOS HOSTES FVISSE.) Hoc discriminis est inter hostem & inimicum, quid hostes dicuntur apud iuris consultos, qui nobis, vel quibus nos publicè bellum indicimus, cæteri prædones & latrones. Inimicitia propriæ inter priuatós & ciuitatis est, qui dicuntur inimici. Sed haec nomina à scriptoribus sapientè confunduntur, & alterum pro altero etiam à Cicerone & alijs usurpantur & permuntantur. Litigatores enim etiam hostes, & hostes inimici dicuntur Græci melius & clarior dicunt, cum hostem πολέμιον, inimicum ἔχοντα appellant, πολέμου απὸ τὸ πολέμιον dictus est. Testantur Sogdiani iuuenes se priuatum singulos nunquam fuisse Alexandro inimicos, hostes tum demum, cum ab illo bello publico essent lacesiti. neque te priores lacesisse, sed prouocatos pugnasse.

QVANDOQUE REPETISSE T.) Variant hic codices, vbi alij pro quando, habent quandoq; alij quando, chirographus Constantiensis quandoque, cum quo Modij quoque faciunt MSS. Sed nullum ego apud primæ notæ scriptores latinos lego quandoq;, pro quoq; tempore, vel quandoq;, vel si quando. Apud M. Tullium ponitur pro quo tempore. Utinam tunc natus essem, quando Romani dona accipere incepissent. Quæ sanè significatio huic Curtii loco non repugnat: dixerunt reddituros quandoque, quo tempore repetislet, pro quoq; tempore.

PEUCOLAO.) Ab hoc duce, regio postea nomen accepit, dictaque est Peucolaotis, vt est apud Arrianum, in quam Hephaestio cum Perdicca, vt infra docet idem Arrianus, cum copijs missus est.

lib. 4.

C A P V T XXV.

A R G U M E N T V M.

Sedecim millia accipit in supplementum. Sogdianos reliquos subigit. Ochum & Oxum flumina superat. Ad Marginiam urbem sex oppida condit.



Idem fere diebus Prothomæus & Menidas peditum tria millia & e-
quites mille adduxerunt mercede militaturos: Alexander quoque ex
Lycia cum pari numero peditum & quingentis equitibus venit. totidem
ex Syria Asclepiodorum sequebantur. Antipater Græcorum octo millia,
in quis sexcenti equites erant, miserat. itaque exercitu aucto, adeo, que
defectione turbata erant, componenda processit: imperfectis conser-
nationis auctoribus quarto die ad flumen Oxum peruenit. hic quia
limum vehit, turbidus semper & insalubris est potus. Itaq; puto os mites cœperat fodere nec
tamen humo alio egesta existebat humor, cum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons,
quem quia tardè notauerant, subito exitisse finxerunt. rex q; ipse credi voluit donum id
fuisse. Superatis deinde annibus Ocho & Oxo ad urbem Marginiam peruenit. circa eam
sex oppidis cōdendis electa sedes est: duo ad meridem versa, quatuor spectantia ad orientem;
modicis inter se spacijs distabant, ne procul repetendum esse mutuum auxilium. hæc omnia
ita

sunt in editis collibus, tum velut freni domitarum gentium: nunc originis sua oblita, seruiunt quibus imperauerunt.

PTOLEMÆVS ET MENIDAS.) De eodem hoc supplemento Arrianus, sed indistincte alijs atque alijs etiam ducibus nominatis. Per idem quoque tempus accesserunt è maritimâ orâ Epocillus & Melanidas ac Ptolemaeus Thracum Dux, qui pecunias cum Menetis missas & socios ad mare deduxerant.

MENIDAS.) Menidæ apud Arrianum nulla hic mentio, sed cuiusdam Melanidæ, seu Melanidæ. Menidam Curtius * suprà sèpè laudat.

MERCEDE MILITATVROS.) Quos Græci μισθοφόρους οἱ ξένοις, Curtius cum Latinis peregrinosis & milites, mercede conductos, mercenarios appellat.

ALEXANDER.) Cognominis hic Alexandro regi fortasse ille fuit, de quo Curtius l.8. cap. 21. Ducesbus dati sunt Charus & Alexander, quem rex nominis, quod sibi cum eo commune esset, admonuit. Sequitur mox de generosa eiusdem morte, quam eodem loco & cap. leges. De Lycia, cuius hic mentio, dictum l.3.c.1.

ASCLEPIODORVM.) Haud scio an homonymia fallat, idemque sit hic Asclepiodorus cum illo, qui (vt est in sequenti * libro) cum Hermolao aduersus ipsum Alexandrum coniurauit: Nec puerili impetu, inquit Curtius, rem executis sunt, quippe solerter legerunt, quos in societatem sceleris adsciscerent, Nicostratum, Antipatrum, Asclepiodorumq; placuit & Philotam assumi.

ANTIPATER.) Nobilissimus ille Macedonia prætor hic erat, qui, absente Alexandro, regnum Græcia administravit non ille, quem modò suprà inter Hermolai coniuratos numeraui.

CONSTERNATIONIS AVCTORIBVS.) Defectionis principibus Arsace, Barsane, & alijs. Arrianus: Interea ad eum venerunt Phrataphernes Parthorum Satrapa, & Straton ad Areos missus, vt Arsacem comprehendenderent, quem quidem vincitum adduxerunt & Barzamem, quem Bessus Parthi Satrapam dederat, ac nonnullos alios, qui tum tempori vna cum Besso defecerant.

AD OXVM FLVMEN.) De hoc flumine multa suprà enarravit. conspectus est fons. Plutar- * 1.7.c.6. chus solei, non aquæ fontem extitisse affirmat. Eulathius ad Dionysium geminos fontes profluisse & 10 tradit, aquæ & olei. Geographus in x. idem de fonte olei ad Ochum, non Oxum narrat. Proclus. c.8. Strabo hoc

OCHO ET OXO.) Strabo in loco iam laudato de vtroque fluminè hæc tradit: Fodientes quo de Ocho que prope Ochum flumen, inueniri perhibent olei scaturiginem. Verisimile est, sicut nitroſi quidam & adstrin- flumine, gentes humores ac bituminosi etiam & sulfurei terram perfluent, ita & pingues reperiunt. raritas facit, vt non Oxo fides minus facile habeatur. Labi Ochum alijs per Bactrianam, alijs prater Bactrianam affirmant, alijs diuer- narrat. sum ad ostia vsque ab Oxo, & versus Austrum ab eo disiitum: cum quidem in Hyrcania vterque in mare exeat: alijs ab initio diuersos fatentur, sed inter se coire sèpè ad sex aut septem stadia Oxo dilatato. Prinde si verus Strabo, & alijs, fallitur Thomas Bozius, qui ante Christum natum, nullum oleo fontem fluxisse existimat: tom. 2. c.16.

Idem Geographus de eidem fluminibus paulò suprà. Dividitur autem Hyrcania etiam fluminib; bus Ocho & Oxo, vsque ad ostia, quibus in mare exeunt. De his, Ochus per Nesaum fluit: quidam Ochum in Oxum illabi affirmant.

De Oxo multa quoque Arrianus, qui de geminis quoque fontibus iuxta regis tabernaculum re- pertis in quarto * tradit.

AB VRBEM MARGINIAM.) Civitas Margilia, regio Margiana à Margo, seu Margone flu- mine dicta. Goropius in Indoscythicis vocem à Cimmerica, hoc est, Scythica seu Germanica dia- lecto dedicit, Mare, quod limitem & medullam sonat nobis. Margiana autem ad mare Caspium & Occidentem regiones Comerorum finiebat.

Idem Goropius Nam ex arca & qua in paropamiso habuit, recta in Marginiam descendisse existimat, ibique gestatis viuis, capitis vertigine captum.

Porrò * Strabonis locus est in secundo. In Margiana imum vritis truncum inueniri aiunt sèpè, qui duabus viri vlnis contineantur: vuam bicubitalem. Et in xi. Vicina est etiam Margiana, sed solitudine campi cinguntur. Miratus autem regemis fertilitatem Antiochus Soter mito eam circumdedit, cuius ambitus continet stadia mille quingenta (qua efficiunt apud nos milliaris septem & quadraginta, stadijs non plus quatuor demis) vrbemq; in ea condidit Antiochiam. Hec quoque terra vritis abundat. Ferunt inueniri ibi vites frequenter, quarum caudex i autus sit, quantum duo viri possint amplecti, vuam bicubitalem. Eandem Margiane felicitatem & situm * Solinus cap. 51. feliciter exposuit: Ei, inquit, proximat Margia, * vel alia regio inclita, cœli ac soli commodus, adeò vt in toto illo latifundio vritis sola gaudeat. Ad faciem theatra- tem montibus clauditur, ambitu stadiorum mille quingentorum: inaccessa pene ob incommodum arenosæ solitudinis: qua per centum & viginti millia passuum vndig, versus circumfusa est. (qua sunt nostrarum milliarum quatuor & viginti) regionis latus amplitudinem Alexander M. usque ad eum miratus est, vt ibi primum Alexandriam conderet, quam mox a barbaris excisam Antiochus Selucus filius reformauit, & de nuncupatione demus suæ dixit Seleuciam: cuius vrlis circuitus diffunditur in stadia septuaginta (duo millia cum quadrante.) In hac Orides Romanos captos Crassiana clade deduxit. Eadem terè Plinius quem hit omittit.

SEX OPPIDIS. Strabo in xi. testatur octo urbes in Bactriana & Sogdiana ab Alexandro conditas, quædam etiam eversas, ex quibus fuit Cuiata Bactriana, ubi Callisthenes comprehensus & in custodiam datus est, ac Paracanda (alias Maracanda) Sogdiane: itemque Cyra, ultimum eorum oppidorum, quæ Cyrus condidit ad laxartem fluujum sita, & terminum imperij Persici; idque deleuit Alexander, quamquam Cyri studiosus ob crebras defectiones. Iustinus in 12. In Bactrianis quoque Sogdianisque 12. urbes condidit, distributis his, quoscunque in exercitu seditiones habebat. quod quidem consilio non malo, fecit, si modum Alexander rebus & bellis facere didicisset. Proinde nescio quis ex Augustis de ipso dixit: *Alexandrum regna quaesisse, sed quaesita tueri nescisse.* De qua re eleganter (ut est apud Plutarchum) Sphines Indis, Calanus Græcis, ipsum Alexandrum per aptam similitudinem admonuit. Doverba Plutarchi, immo interpretis Plutarchi, Hunc referunt, inquit, exemplum imperij sui Alexandro ob oculos posuisse. Corium in medium coniecit siccum & retorridum, cuius oram calcauit. Id uno loco pressum ceteris partibus extulit se. Idem circulans vndiq., & pedibus stringens in quaque parte ostendit euenire, quoad medium pedibus occupauit, tunc omnes partes quietuere. Ea imagine significauit, media regni maximè premenda, neque procul ab ijs vagandum Alexander esse.

Verè poeta ceciné:

Non minor est virtus quam querere, parta tueri.

NUNC ORIGINIS SVAE OBLITA. Intra quadringentesimum aut propè quingentesimum annum omnia in Oriente & Occidente imperiorum iura commutata. Bactriani, Sogdiani, Marginiani, Perlae, Medi, Syri, Græcis regibus imperare cœperunt. Barbari cum Græcis plerique subiecti Romanis. Hæc rerum mortalium regnum & imperiorum est vicissitudo. Nec Romani diu orbis terrarum imperarunt.

CAPVT XXVI.

ARGVMEN TVM.

Petram Arimazis Sogdianam describit Curtius, Alexander expugnat, Arimazen cum propinquis in crucem tolli iubet.

ET cetera quidem pacauerat. Una erat petra quam Arimazes Sogdianus triginta millibus armatorum obtinebat alimentis congestis, que tantæ multitudini vel per biennium suppeterent. Petra in altitudinem triginta et unum stadia, circuitu centum & quinquaginta completatur, unde abscissa & abrupta semita per angusta aditur. In medio altitudinis spacio habet spacum, cuius os arctum & obscurum est: paulatim deinde vltiora panduntur. Ultima etiam altos recessus habent: fontes per totum ferè specum manant, è quibus collata aqua per pronamontis flumen emittunt. Rex loci difficultate spectata, statuerat inde abiire. Cupido deinde incexit animo, naturam quoque fatigandi, prius tamen quam fortunam obsidionis experiretur, Cophen (Artabazi hic filius erat) missi ad Barbaros, qui suaderet, ut dederent rupem. Arimazes loco fretus, superbè multa respondit, ad ultimum an Alexander etiam volare posset interrogat. Qua nunciata regis sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret insolentiam barbari illudentis ipsos quia pinnas non haberent: se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. Trecentos, inquit, perniciissimos iuuenes ex suis quisq. copijs perducite ad me, qui per calles & penne inuidas rupes domi pecora agere consueuerint. illi præstantes & levitate corporum, & ardore animorum, strenue adducunt: quos intuens rex, Vobiscum, inquit, o iuuenes & mei equales, urbiam inuidarum ante me munimenta superauit, montium iuga perenni nitue obruta emensus sum. angustias Cilicie intraui, India sine laßitudine vim frigoris sum perpeßus. & mei documenta vobis dedi, & vestri habeo. Petra quam videtis vnum autrum habet, quembarbari obſident, cetera negligunt. Nulla vigilia sunt, nisi qua castella nostra spectant. Inuenietis viam, si soliter rimati fueritis, aditus ad cacumen. Nihil tam altè natura constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo quæ certi desperaverunt, Asiam habemus in potestate. Euadite in cacumen: quod cum ceperitis, candatis vel-

is signum mihi dabit is, ego copijs ad motis hostem in nos à vobis conuertam. premium erit qui qui primus occupauerit verticem, talenta decem: uno minus accipiet, qui proximus venerit: eademq; ad decem homines seruabuntur portio. Certum habeo, vos non tam liberalitatem inqueri meam quam voluntatem. His animis regem audierunt, ut iam cepisse verticem videarentur: dimisq; ferreos cuneos quos inter saxa defigerent, validosq; funes parabant. Rex circumiectus petram, quā minime asper ac praruptus aditus videbatur, secunda vigilia (quod bene verteret) ingrediubet. Illi alimentis in biauum sumtis, gladijs modo atque hastis armati subire cōperant. Ac primo pedibus ingrediuntur: deinde ut ad prarupta perueniunt est, alij manibus eminentia saxa complexi sement, alij adiectis funium laqueis euasere, cum cuneos inter saxa defigerent, quis gradus subinde insisterent. diem inter metum laboremq; consumserunt. Per asperaenissimis duriora restabant, & crescere altitudo petrae videbatur. Illa vero miserabilis erat facies, cum q; quos instabilis gradus fecerent, ex precipiti deuolueretur: mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum: per has tamen difficultates entunduntur in verticem montis, omnes fatigacione continuati laboris affecti, quidam multati parte membrorum: pariterq; eos & nox & somnus opprescit. Stratis tamen corporibus in iuys & asperis saxorum, periculi instantis obliiti, in lucem quieuerunt, tandemq; velut ex alto sopore excitati, occultas subiectasq; ipsis valles rimantes, ignorari in qua parte petrae tantavis hostium condita esset, fumum infrasē euolutum & os specus notauerunt. Ex quo intellectū, illam hostium latebram esse. Itaque hastis imposuere quod conuenerat signum, totoq; è numero duos & triginta in ascensu interisse cognoscunt. Rex non cupidine magis potius loci, quām vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, solitus, toto die cacumina montis intuens restituit. Noctu demum cum obscuritas conspectum ademisset, ad curandum corpus recepsit. Postero die nondum satis clara luce primus vela signum capiti verticis conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli, internitente lucis fulgore, condū. verū ut liquidior lux apparuit, dubitatio exempta est: vocatumq; Cophen, per quem barbarorum animos tentauerat, mittit ad eos, qui moneret nunc saltem salubrissimum consilium inirent. Sin autem fiducia loci perseverarent, ostendi à tergo iussit, qui cōperant verticem. Cophes admissus suadere capit Arimazi, petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obſidione harere non coegisset. Ille ferocius superbiusq; quām ante a locutus, abire Cophen iubet. at is prehensum manu barbarum rogat, ut secum extra specum prodeat: quo imperato iuuenes in cacumine ostendit: eiusq; superbia haud immerti- to illudens, pinnas ait habere milites Alexandri, iamque è Macedonum castris signorum concentus & totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraq; belli vana & inania, barbaros ad deditio nem traxit: quippe occupati metu paucitatem eorum qui à tergo erant, astimare non poterant. Itaque Cophen (nam trepidantes reliquerat) strenue reuocant, & cum eo triginta principes mittunt, qui petram tradant, & ve incolumibus abire liceat, paciscantur. Ille quanquam verebatur, ne conspecta iuuenum paucitate deturbarent eos barbari: tamen & fortunæ sua confisus. & Arimazi superbia infensus, nullam se conditionem deditiois accipere respondit. Arimazes desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisq; gentis sua descendit in castra, quos omnes verberibus affectos sub ipsis radicibus petrae crucibus iussit affigi. Multitudo de deditiorum, incolis nouarum urbium cum pecunia capta dono data est. Ariabazus in peira regionisque quæ apposita est ei, tutela relictus est.

VNA ERAT PETRA.) Tertia hæc rupes & petra, quam expugnauit Alexander inter maximè arduas, Primam cognouisti suprà apud Arios cap. 12. l. 6. Alteram lib. hoc c. 5. quām in Caucaso Prometheus existimauit. Tertia iam hæc est Arimazis, hic describenda. Reliquas suo quamque loco consideremus, vt Aornon, Syrinihi & petram, & alias.

ARIMAZES SOGDIANVS.) Strabo in XI. Oxi petrā vocat, quām, inquit, alij Arimazi appellant.

PER BIENNIVM SUPPETERENT.) Arrianus: στίτια δὲ συγχέομενς τοὺς βαρβάρους ὡς ἐξ ἔργον πολεορχίας: Et barbaros sūmentum in diuturnam obſidionem importasse.

TRICINTA IN ALITUDINEM STADIA.) Millari Germanico surgebat in altum petra, stadijs minus duobus. Idem Strabo testatur. Arriani diligentia altitudinem petrae non explorauit.

CIRCVITV CENTVM ET QVINQAGINTA.) nostrata quatuor millaria, supra stadijs duo & 20.

VNDIQUE ABS CISSA ET ABR VPTA.) Arrianus: ὡς δι' ἐπέλασαν τῇ πεζακαταλαμβάνει πάντη ἀπότομον εἰς τὴν προσεδούν. Simulac vero ad petram accessit, praruptum vndiq; eius aditum comperit.

CIVIS OS ARTVM ET OBSCVRVM EST) Aditum & ingressum petræ, os vocat, sicut & ora fluminum, maris, vallis angusti os, lacculi, os portus, ulceris, & hoc genus alia, metaphora ab animatis conducta.

ALTO S RECESSVS) Abdita antra, cauernas, & speluncas, quales etiam in Ithaca, Sicilia, Elea, atque alijs passim regionibus fuisse poetæ cecinerunt.

FONTES PER TOTVM FERE SPECVM MANANT) Idem Arrianus docet.

NATVRAM FATIGANDI) Eleganter hoc Curtius, quod de ijs quoque dici potest, quia uiri quaerendi studio in viscera terræ eunt. Alexandro certè via nulla inuia, nullus mons tam abruptus, nulla rupes tam ardua, nulla petra tam elata, quo virtus eius non enisa sit, & superarit. Nihil tam altum natura constituit, quod humana audacia non deijectat. Solis gigantibus cælum adire per cumulatos montes conantibus, res, vt est in fabulis, male cœsifit. *ἀργαλέος γόρης τε πάχεδαι*.

COPHEN ARTABAZI F.) nouem filijs ead. matre genitis gaudebat Artabazus, natus annos quinque & nonaginta, vt habes lib. 6. c. 8. ex quibus hic Cophes, cuius in hoc capite quinques fit mentione.

AN ALEXANDER ETIAM VOLARE POSSIT) Superbum hoc Arimazis responsum, & gloriam & iram Alexandri accedit. Nam cum antea ab oppugnatione petræ delistere cogitasset & abire, vt Curtius ait, hostis superbia fecit, vt quod fieri posse nemo credebat, tentaret. Arrogans etiam, inquit * Arrianus, ac superbium barbarorum responsum ad gloriam finaliter, iram Alexandrum excitauit. Quum enim eos ad colloquium euocasset, ac si se dederent, facultatem liberè in domos suas redeundi eis proposuisset, ipsi barbarè irridentes, vt alatos sibi milites Alexander quereret, qui petram caperent, inse- runt, quippe qui ab alijs hominibus nihil sibi metuerent.

CVM QVIBVS CONSULTARE ERAVIT SOLITVS) Cum intimis amicis Cratero, Hephaestione, Erigyo, vt suprà c. 18.

TRECENTOS) Eund. numerum apud Arrianum leges.

PERNICISSIMOS IVVENES) Expeditissimos qui sapientia capras secuti alta montium, alpium, horrida saltuum, tenui superare confuerant.

VOB SCVM OIVVENES) Hanc orationem exempli causa cum argumento & economia posuit in XII. eloq. parall. noster Caussinus:

MEI AEQVALES) Hoc ad singularem benevolentiam & studium erga se excitandum dicit, cum homines agrestes sibi comparat Alexander.

ANTE ME) expunge te me, quamuis in chiographis ita legatur. Emendatius vulgata quædam antiquiora, vt antè sit *πατέρων* non *πότερις*: cum expeditior sit intellectus, si legas, vrbium inuidiarum ante munimenta superauit, quod equidem Acidalium præterisse miror.

PERENNIS NIVE OBRUTA) Curtius ipse l. 5. c. 14. Ventum erat ad iter perpetuis obstitutis nimibus.

Ad hunc ergo tam illustrem locum & laborem, hic apud Curtium Alexander relpexit. Multior superior locus est iam ante etiam explicatus hoc ipso lib. c. 4. cuius principium est, Caterum adeo altanius, &c. tibi in promptu. Est & infra l. 8. c. 9. non absimilis locus, quem tute, si libebit, cum his compones.

ANGVSTIAS CILICIAE) per Taurum montem ingressus. ad lib 4. c. 9. regredere.

INDIAE VIM FRIGORIS) suprà c. 4. recognoscere.

VESTRI HABEO) Ex Acidalijs castigatione ita scripsi & edidi, antea erat vestra habeo.

NVLLAE VIGILIAE SVNT) vigiliæ pro vigilibus, vt excubiaz, custodiæ. Vigiliæ nocti, excubiez diei, custodie utriusque seruiunt.

NIHIL TAM ALTE) Nobilis gnome, cui par illa:

In tua virtute nulla via, iam sapientius laudata. Et illa:

Virtute quævis res fit expugnabilis.

QVAE CAETERI DESPERAVERUNT) Certè Philippus non desperauerat, si vixisset, nec Scy- quingentis thæpriores, qui Asiam multis saeculis tenuerunt. Iustinus lib. 2. Imperium Asia ter quæstere, iphi perpe- annis Asia petuo ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mansere. Sed Alexander hic de Græcis loquitur.

TALENTA DECEM) Sex millia philippæorum, uno viginti victoriatis æstimato. nouem talen- ta, philippæos continent quinques mille quadringentos: octo, quatuor millia octingentos: septem, quatuor m. lilia duos: sex, ter mille sexcentos: quinq.; ter mille: quatuor, bis mille quadringentos: duo, mille ducentos: vñū, sexcentos, vltimus ergo ex decem, recepit sexcentos. Arrianus * idem nar- rat, nisi quod addat vltimo trecentos esse Daricos promislos. Daricus aureus fuit duobus philippæis æstimatus, viginti enim drachmis argenteis permutabatur: drachma est denarius à decem assibus, qui duos victoriatos efficerat. trecenti Darici continebant sexcentos philippæos: nomen à Dario non vltimo, nec proximo, sed primo rege Persarum accepit. Plura de nomine, origine, precio Darici ex varijs scriptoribus Græcis Matthæus Hostus de re numaria l. 5. n. 9. p. 765. Ita militis virtus etiam præmijs acuenda est.

VOLVNTATEM) Hoc faciunt gloriae, non pecuniae studiosi milites, pecunia interim non reputata. Arrianus: *Quæ quidem præmij ssps Macedones etiam sua sponte concitatos magis accendit.*

SECUNDA VIGILIA) hora noctis quarta. Nox in quaternas vigilias diuidebatur, singulis ternæ horæ dictæ, quæ de re suprà.

CVM CUNEOIS INTER SAXA DEFIGERENT) quibus insisteret, paxillos, maiores clavos. Arriani narratio multū hucusq; cum Curtiana cōueni, in postrema planè dissentit. Per glaciē & niues elutatos ille Macedonas scribit, Curtius nullam niuis mentionem facit. Collectis, inquit Arrianus lib. 4. ex omnī numero eorum, qui cōscendēdū rupib; in obſidionib; adſueuerant, trecentis, præparatis paxillū ferreis, quibus tabernacula affixa erant, ita ut in niuem, ubi illa gelu conſtricta erat, aut yis locis, quæ niuem non habebant, defigere poſſent, validos funes illis alligant, noctuq; ad eum rupis partem, quæ maximè prærupta arduaq; erat, atque ob id præſidio non indigere videbatur, ſeſe conferunt, & palis partim in terram niue vacuam, partem in niuem ipſam, quæ maximè congelata eſſet, defixis, ipſi ſe alia atque alia via in altum niuentes ſubleuant. Atque ex hiſ quidem 30. (Curtius numerat duos & triginta) in ascensu perierunt, adeo ut ne corpora quidem ad ſepulturam quaſita, inueniri poſſent, in altam nimirum niuium voraginem demerſa. Reliqui cum ſub lucem in verticem rupis euafiffent, linteorum quaſatione, Macedonum exercitui ascensus significationem dederunt. Haec paucis mutatis per Vulcanum interpretem Arrianus.

ILLA VERO MISERABILIS ERAT FACIES.) Similis planè locus eſt lib. ſequente c. 21. in obſella petra Aorni, Multorum, inquit, miſerabilis erat caſus, quos ex prærupta rupe lapsos præterfluens hauiſit. Legi, ſi placet, quæ ſequuntur. Reliqui huius narrationis pleraque omnia ita lucent, ut aliena face non egeant, vnuſ locus eſt obſcurior, de quo mihi cum Acidalio controuerſia. Illa Curtij verba ſunt: Ille quamquam verebatur ne conſpecta iuuenum paucitate, deturbarent eos barbari; tamen & fortuna ſua confiſus, & Arimazi ſuperbia infenſus nullam ſe conditionem deditioñis accipere reſpondit. Non ſic, inquit Acidalius, ſcripſit Curtius, aut Cophes tenſit, qui enim ſuę hic conſideret fortunę? partium ſuarum potius, & ipſius regis. Atque ita omnino lego, tamen & fortuna regis ſuę confiſus. Confirmat Acidalius hanc ſuam caſtigationem aliis Curtij ſimilibus locis: l. 3. Ignotum iter ſine duce non audebat ingredi; felicitati tamen regis ſuę confiſus, agrestes, qui duces itineris eſſent, excipi iuſſit. Ita Acidalius. Ego omnia alia, omniaque illa Curtij verba. Ille quamquam verebatur, & quæ ſequuntur uſque ad finem capitis & libri, ad ipsum Alexandrum, non ad Cophen legatum Alexandri, ſcripturamque veterem omnium codicum & manuſcriptorum & vulgatorum ſeruo, legoque: tamen & fortuna ſua confiſus. In Alexandri uſn enim, non in Cophen legatum conueniunt. Nam Cophes non plus habebat in mandatis, quam ut Arimazē & barbaros petram iuidentes ad deditioñem compelleret. Quod ex eo appetat, miſſo eſte cum Cophe ad Alexandrum trīginta p̄incipes, qui de pacis & deditioñis conditionibus agerent. Sed ille, inquit, Curtius, Alexander, inquam, quamquam vereretur ne à barbaris paucitas eorum qui verticem rupis occupauerant, animaduerteretur, eosque de petra deturbarent, tamen fortunā luę, quam ſibi ſemper propitiā ſenferat, confiſus, & Arimazi ſuperbiae infenſus, negauit ſe uillam conditionem deditioñis accipere, ſed ut ſe omnes ipſius arbitrio permitte-rent. Proinde, Arimazes cū inter ſpem & desperationem hæreret, in caltra tamen descendit, quem cum propinquis omnibus, non Cophes, ſed ipse rex in cruces agi iuſſit. Lector totum locum perpen-dat, & intelliget illa omnia ad regem, non ad Cophen reſerri debere.

ARIMAZI SVPERBIAE.) An lecundus caſus Arimazi? cum iuprā eundem caſum pro tertio ſeu dandi caſu posuerit. Cophes miſſus ſuadere cœpit Arimazi. Omnia tamē exemplaria præferunt hic Arimazi ſuperbia. Strabo Graece in lecundo caſu dixit: Αριαμάζης ἢ ᾱ recto Αριάμαζης, vel Αριάμαζης, ab Αριάμαζης dices in dignendi caſu Ariamaze, ſicut ἢ τᾱ Σάτης τᾱ Σάπε, Satrapes, Satrapæ, ab Αριάμαζης Ariamazi, quod huic loco conueniet. De Artabazo qui lequitur, plurima iuprā. Cæterū Arrianus longe diuerſa à Curtio tradit; Nihil enim de cruciarijs, le multas ibi multorum vxo-
res & liberos captos, atque inter has etiam Roxanem, quam poſtea rex duxit in

vxorem, Oxyartæ filiam, de qua Strabo, Curtius, & alij in Syli-

methræ petra, longe alia ab hac, poſtea capta, pro-

diderunt, Arrianus omnia ferē in vnum

contulit, & vnum chaos con-

fecit.

FINIS LIBRI SEPTIMI.



Q. CURTII RUVI
HISTORIARVM
 ALEXANDRI MAGNI
 MACEDONIS
LIBER OCTAVVS.

SYNOPSIS HVIVS LIBRI.

Nassagetis, Dahis, Sogdianis in potestatem redactis, rex venabundus leonem, & quatuor millia ferarum sternit. Clitum inclitum ducem sub canate mulentus interficit, quod illum sero pænitet. Bactrianos & Sysimithrem desertores & defectores persequitur. Philippus & Erigynus extinguuntur. Uxorem Spitamenis viri interfetricem Alexander execratur. In præfectos prouinciarum animaduertit. Prouincias mutatis prætoribus ab iniurys vindicat. regis humanitas in miluem, qui frigore obrigerat. Roxanem dicit uxorem. Callisthenes adulatores Alexandri reprimit, ipse in odium eiusdem incurrit. Coniurat Hermolaus, comprehenditur cum Callisthene: perorat contra Alexandrum: respondit Hermolao Alexander, & damnatum necari cum Callisthene iubet. India describitur. Aornus capit. Omphis rex deditur. Porus ab Alexandro ingenti prælio superatus regno restituitur.

C A P V T I.

A R G V M E N T V M.

Barbaros persequitur, Attinas cum 300. cæditur.
 Craterus offendam belli emendat.

Alexan-

Alexander maiore fama quam gloria in ditionem redacta Petra, cum propter vagum hostem spargendae manus essent, in tres partes diuisit exercitum. Hephaestionem vni, Canon alteri duces dederat. ipse ceteris praerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit. armis quidam subacti, plures ante certamen imperata fecerunt, quibus eorum qui in defectione perseuerauerant, urbes agrosque iusserit attribui. At exules Bactriani cum octingentis Massagetarum equitibus proximos vicos vastauerunt. ad quos coercendos Attinas regionis eius praefectus trecentos equites insidiarum, qua parabantur, ignarus eduxit. Namq[ue] hosti in insulis, & forte erant campo iunctae, armatum militem conditait, paucis propellentibus pecora, ut improuidum prada ad insidias perduceret. Itaque incomposito agmine, solitusque ordinibus Attinas prædabundus sequebatur: quem pratergressum siluam, qui in ea considerant, ex improviso aborti cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Craterum huius clades fama perlatam est: qui cum omni equitatu superuenit. Et Massagetæ quidem iam refugerant, Dahæ mille oppresi sunt, quorum clade totius regionis finita defectio est.

Liber hic Curtij ordine octauus, emnium longè nobilissimus, & rerum maiestate admirandus, & argumenti varietate iucundissimus, & fortunæ catuumque admirabilitate planè stupendus est. Namq[ue] in ipso statim libri vestibulo cœsus à Massagetis Alexandri præfectus cum trecentis Attinas, quorum cladem mox vltus Craterus ex Dahis Massagetarum alleclis mille trucidavit. Tum deinde, post auditam Scytharum legationem, iucundissima Alexandri venatio, qua immanem leonem uno, sed ingenti vulnera prostravit. Hanc indignissima Cliti sub ipso epulo cædes intecuta, regisque lacrymæ, penitudo & vltimus dolor. Sequitur Syrimithris cum ardua petra deditio, tum luctuosa Philippi Lysimachi fratris & Erigi mortis. Spitemen is per vxoris parricidium interitus. Inde grauissimæ itinerum molestiae, tempestate & ærumnæ, quas rursum latissima regis cum Roxane excepere nuptiarum gaudia. Quibus successere odiosa Alexandri superbia, & stulta diuinitatis affectatio, quam Callisthenes sanctissimus philosophus acerrime oppugnauit. Hermolai postea coniuratio & vltimum regis periculum. Supplicium coniuratorum & Callisthenis inuidiosissima cædes. expeditio in Indiam, Indiaeque descriptio, & grauissimum cum Poro prælium ac victoria. Hæc omnia tam lūculenter, eleganter, prudenter & copiosè describit Curtius, vt non modò teneat lectorem, sed planè capiat & rapiat.

ALEXANDER MAIORE FAMA QVAM GLORIA IN DIT. RED. PETRA.) Quia non regijs virtutibus, sed vel proditione, vt Strabo est auctor, vel arte Grata & panico terrore, vt docet Curtius, est occupata. Quæ tamen apud barbaros eam opinionem habuit, & famam, quasi nihil sit Macedonibus inexpugnable.

HEPHAESTIONEM VNI, COENON ALTERI DUCES IPSE CÆTERIS.) Vbi Craterus equitatum duxit, vt mox sequitur.

MASSAGETARVM) Horum l. 4. c. 28. mentio fuit. Gens Scythica cui olim regina Tamyris, seu Thamiris, seu Thameris, seu Tomyris, cum summo imperio præfuit, & Cyri regis copias ad intercessionem deleuit, vt ne nuncius quidem clades, vti Iustinus tellatur, supereasset. De morib[us] gentis prædictæ Herodotus in Chio. Quæ gens, inquit per Vallam interpretem, fertur & magna esse & strenua, ad auroram solisq[ue] ortum sita, trans Araxem fluvium è regione Issedonorum. Sunt etiam qui eam Scythica nationis esse dicant. Subiicit deinde Tomyris victoriam; & hinc, mores Massagetarum & armorum habitum. Eodem Strabo inter Scythas recenset Orientem spectantes, moresq[ue] copiosè describit, vt & Eustathius ad Dionysium. Quæ si velim huc transferre, ultum propè volumen efficiam, tute lector indigitatum locum, si vacat, cognolce. Plurima de Massagetarum voce, nomine, origine, varia lede Goropius ex instituto in Gothodanicis lib. 7. p. prima, quæ est in volum. toto, p. 173. & seq. sicut de Dacis, Sacis, & Sagis in Saxoniceis.

CVM OMNIBUS IN TERREM VNT.) Eodem modo supra Menedemus cum suis, sed longè pluribus, intidijs à Spitamene exceptus interiit. In hac autem Attinatis velitatione Python captus est, Aristonius interemtus. Plenus omnia Arrianus, quem videbis. Curtius Massagetas equaliter cædem affirmat aduentante Cratero. Arrianus negat, aitque falso concitos.

C A P V T I I.

A R G V M E N T V M.

Legati varias gentes dedunt. Scythæ petunt connubia Macedonum. Rex Bazariam ingreditur, quæ describitur. Venatio Alexandri & epulum.



Alexander quoque Sogdianis rursus subactis, Maracanda repetit. Ibi Penides, quem ad Scythes super Bospororum colentes miserat, cum legatis gentis occurrit: Phrataphernes quoque, qui praeerant * Choris, Massagetas & Dahis regionum confinio adiunctis miserat, qui facturum imperata pollicerentur. Scytha petebant, ut regis sui filiam matrem omo sibi ungeret. Si designaretur affinitatem, principes Macedonum cum primoribus sua gentis connubio coire pateretur, ipsum quoque regem venturum ad eum pollicebantur. Vt traque legatione benignè audita, Hephaestionem & Artabazum opperiens statua habuit: quibus adiunctis, in regionem, quæ appellatur Bazaria, peruenit. Barbaræ opulentiæ in illis locis haud villa sunt maiora indicia, quæ magnis nemoribus saltibusq; nobilium ferarum greges clusi. Spatioas ad hoc eligunt silvas, crebris perennium aquarum fontibus amanas. Murus nemora cinguntur, turresq; habent venantium receptacula. Quatuor continuis atibus intactum saltum fuisse constabat: quem Alexander cum toto exercitu ingressus agitari undique feras iussit. Inter quas cum Leo magnitudinis rara ipsum regem in uasurus incurret, forte Lysimachus, qui postea regnauit proximus Alexander, venabulum obycere fecerat. Quo rex repulso & abire iussò, adiecit, iam à se met uno, quæm à Lysimacho leonem interfici posse. Lysimachus enim quondam, cum * venarentur in Syria, occiderat quidem eximia magnitudinis feram solus, sed lauo humero usque ad ossa laceratus, ad ultimum pertulit peruererat. Id ipsum exprobrans et rex fortius quam locutus est fecit. nam feram non exceptit modo, sed etiam uno valnere occidit. Fabulam qua obiectum leoni à rege Lysimachum temere vulgavit, ab eocas (quem suprà diximus) ortam esse crediderim. Ceterum Macedones, quamquam prospero eventu defunctus erat Alexander, tamen sciére gentis suæ more ne pedes venaretur sine dilectis principum amicorumq; ille 4. millibus ferarum delectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est.

MARACANDA.) Regiam Sogdianorum, de qua l. 7. c. 15. & 16.

PENIDES.) Penides lege, non Peinden, vt in uitima editione per operatum sphalma peccatum est. Iungitur enim rectus casus cum verbo occurrit. Codices alii Berdes habent, sed idem cit, qui supra l. 7. c. 15. itaque vel vtrobiisque legendum Berdes, vel vtrobiisque Penides.

AD SCYTHAS SUPER * BOSPHORVM. Hoc, cap. 15 libri priori narravit.

PHRATAPHERNES.) De hoc leges lib. 6. c. 8. trigesima hinc stadia processerat, cum Phrataphernes illi occurrit, qui & eos qui post Darij mortem profugerant, dedecet. Satrapa Darij fuit ab Alessandro postea Hyrcanis, Mardis & Tapyris præscetus, cui post mortem Alexandri celsit Hyrcania & Parthia, vt est apud Diodorum Siculum lib. 18. n. 13 CXXVII. Interea * Choris, Massagetas & Dahas, vt hic legis, rexit.

CHORIS.) Qui (malum) sunt isti Chori extra omnem chorū in Utopia natū & fabricati. Nullam ego hoc nomine gentem apud ullum geographum aut scriptorem lego. Modius nouus Prometheus nouam gentem è cerebro finxit. In exemplaribus antiquis ea vox omnino abest, imo etiam in nouis quibusdam, & nuper apud Allobrogos anno 1618. euulgatis, Modius è Ms. hos formauit. Hec,

* ita quidē & Constātēns MS. habet, sed commendose. inquit, coniectura ita restitui, cùm ante sic legentur. Phrataphernes quoque qui praeierat Massagetas & Dahis regionum confinio adiunctus miserat, qui facturum imperata polliceretur. Non recte vt appareat, itaque audi membranas, Phrataphernes quoque, qui * Choris praeierat Massagetas & Dahis regionum confinio

finio adiunctus, miserat qui facturum imperata pollicerentur. Ex his Modius hanc lectionem constituit: Phratafernes quoque qui praeerat Choris, Massagetis & Dahis regionum confinio adiunctus miserat, qui facturum imperata pollicerentur. Hanc ego Modij emendationem omnibus alijs mendosiorem censeo. Primum quia Chori nulli sunt; deinde si coniungas has tres gentes hoc ordine Choris, Massagetis, & Dahis confinio adiunctis. quare quibus fuerint adiuncti? legendum potius coniunctus, seruo tamen adiunctis, sed ordinem verborum commuro, totumque locum hoc modo recognosco & colloco: Phratafernes quoque qui Chorasmij praeerat, Massagetis & Dahis confinio adiunctis, miserat qui facturum imperata pollicerentur. vt lententia sit, Phratafernes, qui Chorasmij praeerat, adiunctis etiam ob confinium Massagetus & Dahis, miserat, qui pollicerentur imperata facturum. Rescripsi autem Chorasmij pro Choris, quod Chori, vt dixi, nulli sunt, sed Chorasmij, Dahis & Massagetus vicini. Strabo in xi. Tē δὲ τῷ Μασσαγετῷ καὶ τῷ Σαχῶν ἔβρες καὶ Αθάσιοι (sive ut Casaubonus emendat, Αὐγάστοι) καὶ χωρασμοῖ (χωρασμοὶ recte legit & emendat Casaubonus) εἰς οὖς ἀπὸ τῷ Βακτριανῷ καὶ τῷ Σογδιανῷ ἐρυγε Σπιταμένης. De Massagetarum & Sacarum gente sunt etiam Attalij (sive Augasij) & Chorasmisini, sive Chorasmij, ad quos εἰ Βαστριανοὶ & Sogdianis fugit Spitaamenes. Cum ergo in membranis apud Modium & MSS. illis legas, Choras pro Chorasmij, facilē deprehendis ex ipso compositionis ordine, deperditas esse duas ultimas syllabas, legendumque, qui Chorasmij praeerat. Ceterū cum Sogdianis, Parthis & Gandarijs etiam Herodotus coniungit Chorasmios, & in Thalia lib. 3. Partbi, inquit, Chorasmijque & Sogdi, & Arij trecenta talenta.

Suffragatur his Hecataeus in periegēsi Asiae apud Stephanum τερπὶ πόλεων. vbi obseruabis primam litteram ο, non ω, scribi apud Herodotum, Hecataeum & Stephanum. οὐ δὲ αὐτοῖς πόλεις χωρασμίαι, αὐτοὶ δὲ χωρασμοὶ Πάρθων πρὸς ιλιον ἀντιχορτα χωρασμοὶ οὐκέστι. Apud Strabonem ultima vocali dicuntur χωρασμοὶ. Arrianus eosdem Chorasmios Chorasmenos appellat, eorumque regem Pharæmanem ait cum mille quingentis equitibus ad Alexandrum venisse, auxiliisque in Cholchos & Amazonas promisisse, de quo multa Goropius in Gothodanicis. Nos ad Curtium redeamus.

BAZARIA.) Nusquam extra Curtium hanc regionem apud ullum scriptorem reperio, neque enim est Bazira Arriani ad Indum neque Bezira. Neque in huius regionis quantumvis operantur voce opes Graeciae sitae sunt. Frustra Glareanus hanc à Plinio, nomine Margianæ comprehensionem ab illo facit.

CLVSI.) Clusi vulgares, chirographæ chartæ clusi, hoc est, circumdati: neque vox est quæsita, aut insolens, aut affectata pro claudere, adiropoëos enim ab optimis scriptoribus tam poetis quam oratoribus usurpat, adeoque ab ipso Cicerone, Varrone, Iustino & alijs. nec pluribus opus.

QUATVOR CONTINVIS AETATIBVS.) Queras hic quot annis una ætas extendatur? an quatuor secula intelligat Curtius, hoc est, quadragesitos annos, an centum tantum & viginti, vt una ætas complectatur triginta duntaxat annos. Nata est hæc dubitatio ex Homeri versibus de ætate Nestoris:

τῷ δὲ ἡδύδαιο μὲν γένεσι μερόπων ἀνθρώπων
ἔρθιαλ οἱ οἱ πρόσθεν θυμα τράφεν οὐδὲ τύενοντο
εἰ Ηὔλφος ἡγαθέντες τὰ δὲ Σιτάτοισιν ἀναστερ.
Illi iam due quidem ætates varie linguum hominum
Defecerant, quia cum ipso antea simul nutriti sunt & geniti
In Pylo diuina, inter tertios verò regnabat.

Veteres Graeci ætatem hominis triginta annis definierunt, vt est apud Porphyrium in quæstionib; Homericis, & Eustathium ad hunc Homeri locum. Herodotus aliquantulum extendit tres has ætates, easque centum annis circumscribit, cum alij non nisi nonaginta ijs tribuant. Ita Nestor qui tres ætates vixit, nonaginta annis vixisset, Herodoto centum. Latini tres ætates sive γενεὰs Homeri, tria secula interpretantur, sive trecentos annos. Sic apud Naevium in Alcesti Nestor *trigesenex* appellatur, qui Graecis etiam Γεγένεας dictus est, ho c est, ter senex.

Ouid. xii. met.

— ac si quem potuit spacioſa ſanctus
Spectatorem operum multorum reddre, evixit
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Tibullus:

Vixerit ille ſenex quamvis dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurrerit horis.

Fro:

Propertius:

Nestoris est visus post tria secla senex.

Lutetian.

*Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vir a fuit à cornice secunda.*

Lucianus eundem Homeri de Nestore locum trecentos annos cū μαχροβοις explicat: Tiresiam vatem sexcentis annis vixisse testatur. Plinius multis Macrobios ex Græcis scriptoribus collegit, è quibus nonnullos ait sexentesimum, alios etiam octingentesimum attigisse, sed fidem Græcis abrogat, ac Latinos tanquam certos subiicit. Interim nulli centesimum quinquegesimum superarunt. In Extat apud Indos hodie docent annales adhuc superesse, qui iam trecentesimum excesserunt. Sed Ian. Grut. de hac disputatione æratum copiosissim è dixerit Franciscus Flodus Sabinus in secundo lect. sub Thes. Cuius secularum c. 3, quem, si vacabit, non sine eruditio fructu cognoscet. Ego hie quatuor Curtii ærat. primo tes ad quatuor secula, seu quadringentos annos extendo, quibus Bazariæ saltus & nemora muris circ. pag. 1097. cumdata à venatoribus intacta fuisse tradit. Vnde mirum non est tantam ferarum copiam ab Alexandro prostrata, ac tam immanes ibi feras & leones eidem occuruisse.

AGITARI VNDIQUE FERAS IVSSIT.) Studioissimi venationis erant Macedones de quibus Hegesander apud Athenæum diplopoph. primo scripsit: οὐδὲ Μῆτρας οὐδὲ Μακεδονία κατακλίνει τὰ λεγάτα τοῦ δέσποτος εἰναὶ τῷ λύκῳ. Οὐδὲ τὸ τότε, καθημένοι ἐδείπνουσι. Κατανδρὶς οὐν πέντε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τῷ δέσποτε παρὰ τῷ πατρὶ καθημένος οὐδὲν αὐτοῖς τὸ δῆλον ἔχετε σαυτοῖς, καίπερ ἀνδρεῖς γένονται καὶ κυνηγοὶ καὶ γάλοι. Apud Macedonas neminem in cena accumbere solitum, qui aprum extra retia non interemisset, verum sedentes cœnasse, quo ad foram consercissent, ideoq; Cassandra iam natum annos quinque & triginta, sedentem cum patre cœnasse, quod nondum defungi eo certamine potuisset, quamvis & validus & peritus venator.

LYSIMACHVS, QVI POSTEA REGNAVIT.) De hoc Lysimacho multa narratio infra erit, hic prætentem duntaxat locum exponemus. Iustinus vice interpretis erit, Erat, inquit, hic Lysimachus illustri quidem Macedonia loco natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior: quæ tantum in illo fuit, ut animi magnitudine philosophia ipsa, viriumq; gloria omnes per quos Oriens dominum est, vice-rit. De regni quoque insignibus ab Lysimacho sumptis idem supra: Quibus auditis (Antigonum, Demetrium, Ptolemaeum, regium sibi nomen vindicasse) Cassander & Lysimachus, & ipse regiam sibi maiestatem vindicauit. Huius honoris ornamenti tamdiu omnes abstinuerunt, quamdiu sit regis sui superesse potuerunt. Tanta in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haborent, regum tamen nominibus eqno animo carcerint, quo ad Alexandro iustus bares fuit. De auspiciis porro eiusdem, quibus illi regnum despousum videbatur, idem ita prodidit: postea in India insectant regi (Alexandro) quosdam palantes hostes, cum a Satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas harenarum moles cursus comes fuit. Quod idem ante Philippus frater eius cum facere voluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander hastæ cuspidæ ita in fronte vulnerauit, ut sanguis alter cludi non posset, quam diadema sibi demptum rex, alligandi vulneris causa capitii eius imponebat. Quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Fuit rex Thraciæ, Chersonesi, & popolorum Thracib; finitimorum usque ad Salmydensem, Euxini ponti, ferocissimarum nempe fortissimarumque gentium imperator, ut est apud eundem Iustinum, Arrianum, Curtium & alios, de quibus infra ad lib. 10. Curtij.

OBIICERE FERAЕ VENABVLVM COOPERAT.) Ita Hermolaus infra verbis suis iussu regis castigatus, quod aprum, quem rex ferire destinarat, telo occupasset, unde coniuratio in cædem regis orta.

FABVLAM, QVAE OBIECTVM LEONTIA REGI LYSIMACHVM TEMERE VVLGAVIT.) Atquinegant fabulam Seneca, Pausanias, Plinius, Iustinus, singulos audiamus.

Sen. de ira: Nam Lysimachum aquæ familiarem sibi, leoni obiecit. Nunquid ergo hic Lysimachus, felicitate quadam dentibus leonis elapsus, ob hoc cum ipse regnaret minor fuit? Subiicit deinceps de hoc Lysimacho plura, quæ alio fortasse loco tradentur. Idem de Clementia: Quid enim interest, utote Alexander, leoni Lysimachum obiciat, an ipse laceres dentibus suis? tuum illud est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius vngues esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacem.

In Attic. Pausanias: Fuit Lysimachus natione Macedo, Alexandri satelles, quem rex ira incensus in eandem cum leone caueam coniuci iussit. Sed cum ab eo bestiam examinatam intellectisset, viri perpetua admiratione virtutem prosecutus, eodem illum, quo optimum quemque è Macedonibus loco esse voluit. Mortuo vero Alexandro ei Thracia parti, quæ Macedonia finitima est, imperavit. Multa his alia addit infra collaudata.

Plinius etiam his suffragatur: *Quo minus mirum sit, à Lysimacho Alexandri iussa simul inclusi stran-* 1.3.c.16.
gulatum leonem.

Iustinus * prolixius prosequitur omnia, additque propinatum à Lysimacho Callistheni vene- 1.15.
num in remedium calamitatum, indeque leoni obiectum ipsum Lysimachum.

Veri ergo similius est, quod tam multi narrant de Lysimacho non fabulam fuisse. De hac theromachia Plutarchus in Alexandro: *Igitur laborem intendi in expeditionibus & venationibus subi-*
gens corpus suum & periculis exponens, ut Lacon legatus qui aſſtebat cum conficeret grandem leonem,
diceret: Macte Alexander, iſto cum leone de regno pugna. Hanc venationem Craterus Delphus dedicauit, ac
ſimulacra ex aere leonis, canum, regis cum leone congreſsi, & ſuum ei ſuccurrentis facienda locauit, quorum
Lysippus partem Leochares fecit.

SCIVERE GENTIS SVAE MORE) Multas Macedones per ſe abſque regis auctoritate leges
condidere, quæ tamen plerique ad regiam maiestatem tuendam pertinebant. vt ſuprā l.5. cap.6.
Amyntas adduxerat l. principum Macedonia liberos ad custodiā corporis, quippe inter epulas hi
ſunt regis ministri, idemque equos, ineunti prælium, admouent, venantemque comitantur, & vigiliarum
vices ante cubiculi foreſeruant, magnorumque praefectorum & ducum hac incrementa ſunt & rudimen-
ta. Et infra lib. hoc c.12. Mos erat ut ſuprā dictum eſt) principibus, & quæ ſequuntur. Et lib. 6.c.16. De
capitalibus rebus vetusto Macedonū modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi: nihil potest a regum va-
lebat, niſi prius valuerit auctoritas. & quæ ſequuntur. Ita ergo & hic decreuere proceres Macedoniae
qui cum rege erant, more gentis ſuæ, ut rex deinceps nunquam pedes venaretur, ſine delectis prin-
cipum amicorumque. Ex quo diſciſ feram hic immanem ab Alexandre pedite non equite confe-
ctam.

QVATVOR CIO. FER. DEIECTIS) Obſerua cum Acidalio hic vim vocis deieicti non procul-
catum vſum, qui & lib. 3. Onus atatis ac memoria clarissimum regem non in acie ſaltē, non ab hoſte de- Acidal. p.
ieictum, ſed abluentem aqua corpus ereptum eſſe. 98.n.2256

Et apud Horat.

---- milite nam tuo
Drufus Ger aunos, implacidum genus
Brennosque veloceſ & arces
Alpibus impositas tremendis
Deiecit acer plus vice simplici.

C A P V T III.

A R G V M E N T V M.

Narratio de Clito inter epulas ab Alexandre ob lin-
guæ intemperantiam occiso.



Nde Maracanda reditum eſt, acceptaque atatis excuſatione ab Artabazo prouinciam eius deſtinat Clito. Hicerat qui apud Gra-
nicum aūnem regem nudo capite dimicantem clypeo ſuotexit, &
Rhosacis manum capiti regis imminentem gladio amputauit; ve-
tus Philippis miles multisque bellicis operibus clarus. Hellanice,
qua Alexandrum educauerat, ſoror eius, haud ſecus quam mater
a rege diligebat. Ob has cauſas validissimam imperij partem
fidei eius tutelaque commiſſit. Iamque iter parare in posterum iuſ-
ſus, ſolenni & tempestuo adhibetur conuicio. In quo rex cum
multo incaluit ſer mero, immodicus aſſimator ſui, celebrare que gafferat, capit, grauis etiam
eorum auribus qui ſentiebant vera memorari. Silentium tamen habuere ſeniores, donec
Philippi res orſus obterere, nobilem apud Cheroneam victoriā ſuoi operis fuſſe iacta-
uit, ademptaque ſibi malignitate & inuidiapatris tantarei gloriam. Illum quidem ſedi-
tione inter Macedones milites & Gracos mercenarios orta, debilitatum vulnere,

quod in ea consternatione acceperat, iacuisse non alias quam simulatione mortis tutorem. & corpus eius protexisse clypeo suo, ruenteque in illum sua manu occisos. quæ patrem nunquam a quo animo esse confessum. in uitrum filio debentem salutem suam. Itaque post expeditiōnē, quam sine eo fecisset ipse in Libyros, victorem scripsisse se patri fusos fugatosque hostes, nec affuisse usquam philippum: Laude dignosse non qui Samothracum initia viserent cum Asiam viri vastaque oporteret, sed eos qui magnitudine rerum fidem antecessissent. Hæc & his similia leti audiēre iuuenes: ingratia senioribus erant, maximè propter Philippum sub quo diutius vixerant. Cum Clitus ne ipse quidem satis sobrius, ad eos qui infra ipsum cubabant conuersus, Euryidis retulit carmen, ita ut sonus magis quam sermo exaudiri posset à rege, quo significabatur, male instituisse Gracos, quod tropais, regum duntaxat nomina inscriberent: Alieno enim sanguine pariam gloriam intercipi. Itaque rex cum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos coepit, quid ex Clito audissent. Et illis ad silentium obstinatis, Clitus paullatim maiore voce Philippi actabellaque in Gracia gesta commemorat, omnia præsentibus præferens. Hinc inter iuniores senioresque orta contentio est. Et rex velut patiente audiret, quis Clitus obteneret laudes eius, ingentem iram conceperat. Ceterum cum animo videretur imperatus si finem procaciter ore sermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente, magis exasperabatur. Iamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, & Philippi de Atheniensibus victoriam, Thebarum præferbat excidio, non viuendo, sed etiam animo praua contentione proiectus. Ad ultimum, si moriendum, inquit, est prote, Clitus est primus, at cum victoria arborum agis præcipuum ferunt præmium, qui procacissime patris tui memoria illudunt. Sogdianam regionem mihi attribuis, roties rebellem, & modo indomitam, sed qua ne subigi quidem poscit. Mittor ad feras bestias præcipitis ingenia sortitas. Sed qua ad me pertinent, transeo. Philippim milites spernis, oblitus, nisi hic Atharbas senex iuniores pugnam detrectantes renocasset, aibuc nos circa Alticarnasum h. suros fuisse. Quomodo igitur Asiam etiam cum istis iunioribus subiecisti? verum est (ut opinor) quod auunculum in Italia dixisse constat, ipsum in viros incidisse, te infamias. Nihil ex omnibus inconsultè ac temere iactus regem magis mouerat, quam l'armenionis cum honore mentio illata. Dolorem tamen repressit, contentus iussisse ut conatus excederet. Nec quidquam aliud adiecit, quam forsitan eum (si diutius locutus foret) exprobraturum sibi fuisse vitam à semetipso datum: hoc enim superbe sapè iactasse. Atque illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, iniectis manibus urgentes monentesque conabantur abducere. Clitus cum abstraheretur, ad pristinam violentiam ira quoque adiecta, suo pectore tergum illius esse defensum, nunc postquam tantum meriti praterierit tempus, etiam memoriam inuisam esse proclamat. Attali quoque eadem obiecierat: & ad ultimum, Iouis quem patrem sibi Alexander assereret, oraculum cludens, veriora se regi quam patrem eius respondisse dicebat. Iam tantum ira conceperat rex, quantum vix sobrius ferre potuisset. Enimvero olim merolensisibus victis, ex lecto repente prosiluit. Attoniti amicini positis quidem, sed abiectis poculis consurgunt, in euentum reiquam tanto impetu acturus esset intenti. Alexander raptæ lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem lingua in imperatoria furentem percutere conatus, à Ptolemao & Perdicca inhibetur. Medium complexi & obducti per seuerantem morabantur. Lysimachus & Leonatus etiam lanceam abstulerant. Ille militum fidem implorans, comprehendens à proximis amicorum, quod Dario nuper accidisset, exclamat, signumque tuba dari, ut ad regiam armati coirent, tubet. Tum vero Ptolemaeus & Perdiccas genibus aduoluti orant, ne intam præcipiti ira perseueret, spatiisque portius animo det: omnia postero die iustius exsecuturum. Sed clausæ erant aures, obstrepende ira. Itaque impotens animi procurrit in regie vestibulum, & vigili excubanti hasta ablata, constitut in aditu quo necesse erat, quis simul canauerant, egredi. Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exhibat. Quem rex quisnam esset interrogat. Eminebat etiam in voto sceleris, quod parabat, atrocitas. Et ille iam non sua, sed regis iram memor, Clitum se esse & de coniunctio exire respondit. Hec dicentis latus hasta transfixit, mortens à sanguine spersus, inust, inquit, ad Philippum, & Parmenionem, & Attalum.

Grauisimum & illustrissimum hoc caput est de cæde Cliti, quæ Clitum celebriorem fecit, quæ omnia facta eius priora, dolorem autem Alexandro creavit tantum, ut nolle viuere, inuidiamque peperit apud omnem posteritatem nunquam extinguerat.

AETATIS EXCVSATIONE) Iam enim proximè centesimum erat Artabazus. Petræ & Sogdia-næ prouinciæ Satrapes ab Alexandro constitutus. De hoc plurima superioribus libris. Indicem inspicere.

PROVINCIA M EIVS DESTINAT CLITO) parum illi gratam propter intractabilia incolarū ingenia, mores alperos, vitia scris quam hominibus propria. ita testatur ipse Clitus: *Sogdianā regiōnē mibi attribuit, toties rebellem & non modū indomitā, sed quæ nec subiungi quidem posse. Miror ad feras bestias præcipita ingenna sortitas. Latini nunc Clytum vocali græca, nunc Clitum simplici i scribunt, Arrianus, Plutarchus, Diodorus diphongo, & Klēitos dixerunt. Ita Latinè emendatius simplici i prouinciatur & scribitur, sicut Basilius & hoc genus alia, quod ipsum i lubinde per efferunt, ut λαοδίκεια Laodicea.*

HIC ERAT QVI APVD GRANICVM AMNEM) In id, inquit Mela, *Granicus effunditur, pu-* cap. 19. *gna quæ primum inter Persas & Alexandrum fuit nobilis. Curtius etiam, Sit Granicum tot millibus l. 4. c. 23: equitum peditumque in ulteriore st̄ antibus ripa superauit. Asia minoris fluminis est, ex Ida monte profluens. Strabo in 13. Inter Aesepum & Priapum Granicus fluit, maiori parte per Adrasœ campum. Ad hunc amnum Alexander Satrapas Darjy, prælio deuicit, ac quicquid Asia est intra Taurum atque Euphratē suum fecit. Ptolemaeus cum Homero Grenicum γρηνικον appellat. Sed n. nunc in ε, nunc in α, apud Latinos mutatur, sèpius in ε, Philometor, Diomedes Aristodemus. mater tamen è Græco est, sed Dorico.*

NUDO CAPITE REGEM DIMICANTEM CLYPED SVO TE^X:T) ita gloriatur ipse mox infrā suo pectore tergum regis defensum: Et apud Plutarchum: Atqui hæc, inquit, te timiditas dñs prognatum à Spithridati gladio terga iam dantem vindicauit. Ita quoque apud Arrianum idem Clitus Παρονθυτα ἡδη τὸν Κλεῖτον τάτε ἀλλα καὶ πολὺν ἐναὶ ἔχοντες θύσαντα Αλεξανδρον, ὅτι τῆς δύος ἀριθμοῦ τοῦ ιππομαχία ἡὲπι γρανίτης ξυνείκει πρὸς Πέρσας. Καὶ δὴ τὴν δεξιὰν τὴν δύος σοβαρῶν ἀντείστρα οὐτητὴν γέρον (φάναι) & Λλέζανθρε τοτεστωτε. Clitum iam vino furentem cum alia, tum exprobraße Alexandru quod in equestri prælio ad Granicum aduersus Persas ab ipso seruatus esset, simulque dextra arroganter expansa dixisse: Hac manus Alexander te seruauit.

Rem ad Granicum gestam ita serè tradidit Diodorus, quæ in Curtio desideratur, non nihil ab ipsis Curtij verbis, hic Alexandrum nudo capite dimicasse affirmantis, discrepans, quando illum calide induit, hic nudat, nisi dicas Alexandrum galea ab Rotace istu perfracta tum demum nudo capite pugnasse: Diodorus in hac narratione multus est, quem adibis.

Arrianus etiam galeatum affirmit, sed diversa ab utroque narrat. Non ponam hic longam Ar- l. i. p. 10: riani descriptionem prælii: ea tantum quæ hoc faciunt, accipe, cætera si vacas, tute lege. Quæ hasta arrepta Mithridatem Darjy generum longè ante alios equo prouectum conspicatus, equitum exiguo comitatu assumto, ipse etiam alios anteueriens, eques in eum fertur, atque ora traiectum prosternit. Ibi Rhœaces in Alexandrum inuestus securi caput eius ferit, galeaque nonnihil diffracta ictus irritus resiliit: Hunc etiam Alexander sternit, hasta per thoracem in pectus icta. Iamque Spithridates in Alexandrum altè à tergo securim sustulerat, quum Clitus Dropidis filius securi in eius humerum adacta, brachium ei discidit. Ergo Arrianus Spithridati brachium à Clito præcissum ait, non Rosaci vel Rhœaci, ut ab Arriano appellatur. Nec omittendus hic Plutarchus, qui singillatum quædam enucleatus exprimit, & Clitum hunc Magnum cognominat, nisi cum Diodoro legas μέλας non μέγας, medium est vel apud hunc, vel Diodorum. Cum multi, inquit interpres, imminenter illi (erat enim peltā in p. 9. & 10: signis & galea iubā), quæ hinc inde pinnas directas habebat candore & magnitudine singularis) iaculo subloricæ compagine percussus non accepit vulnus. At Rhœace & Spithridate duabus simul in ipsum inuehentibus hunc declinavit, Rhœaci præuenit lanceam loricato infligere. Ea præfacta gladium strinxit. His commissis, adgit Spithridates ex latere equum, atque Alexandrum acriter adortus copide barbarica ferit, crista quecum cum altera auellit pinna. Galea probè quidem sed agre tamen restitit ictui, ac mucro copidis supremos capillos eius perstrinxit. Alterum ictum librantem occupauit Clitus magnus hastā *Niger: medium transfigere: simul Rhœaces ense ab Alexandro ictus concidit:

MULTISQUE BELLICIS OPERIBVS CLARVS) etiam pictoribus non ignotus: certè l. 35. c. 10: apud Plinium Appelles in bellum properantem, & arma ab armigero petentem ex penicillo exprefsit. Arrogantiam huius eiusdem reor notauit Plutarchus in 2. de fort. Alex: Ecce tibi, inquit, Clitus P. 57. ad Amorgum tribus, aut ad summum quatuor deprehens Gracorum nauibus, tridentem gestans, Neptunum roxitari se p. 57. est.

HELLANICE SOROR EIVS) hæc nutrix Alexandri fuerat altera que parens, Lanice Attiano, capite diminuto, ut Acidalius verè meo animo verius Hellanice.

VALIDISSIMAM IMPERII PARTEM) Sogdianam prouinciam, vti dixi.

SOLENNI ET TEMPESTIVO CONVIVIO) Tempestiu conuiua appellant, quæ certo diei tempore aguntur apparitoria, in multam noctem cum pluribusamicis producta, eoque sensu Cicero vocem accepit in oratione pro Archia poeta, & in Catone. Sed hoc Alexandri tempestivum conuiuum planè versum est in intempestivum, & potius Centaurorum ac Lapitharum prælium. De intempestivis conuiuis plura lupiter lib. 6. c. 2. De toto porro genere conuiuorum intempestivorum copiosè disputauit Aldus Manutius Pauli F. Aldi nepos i. de quæsis per epistolas c. 5. quem videbis. Extat in Thes. Criticò Gruteritom. 4 p. 201.

CELEBRARE QVAE GESSERAT CAERPI TURPIS IACTANTIA. Homer.

--- cù μὲν καλὸν ἐπέβιον ἐυχετάσσω.

Haud sane pulchrum est sese iactare superbe.

μὴ μεγάλα λέγε, inquit Diogene.

Ne magna loquaris.

GRAVIS ETIAM EORM AVRIEVIS, QUI SENT. VERA MEMORARI

πολλοί τοι μαθήσον ἀν σαυτὸν φίλης

Multi te oderint si te ipsum laudas.

NOBILEM APVD CHAERONEAM VICTORIAM) De Chæronea Bœotie vbi Stephanus perit πόλεων. Χαρώνεια πόλις πρὸς τοὺς δρόους φωκιδῶν. Exatæ οὐκώπη. ἐνδέ χαρώνεια πόλις, τὸ πρῶτον κέλκηται ἀπὸ χαρίων. Αριστοφάνης ἐν Βοιωτικῷ δευτέρῳ, λέγεται δ' οἰκισμὸν γενέδαι τὸ πλοιόσματος χαρώνα. Τέτορ δὲ μυθολογοῦσιν Απόλλωνος θαύτης, ὡς ἐλλάνιος ἐμ δευτέρῳ ιερεῖσιν ἥρας. Et paullò post. ἔκαλετο δὲ πόλις καὶ Αρη τὸ ἀρχαῖον Quæ ego ita intelligo, Chæronea ad fines Phocidis sita est, quemadmodum docet Hecataeus in Europa sua. Iuxta autem Chæronea vrbis est primum à Chærone dicta, vt Aristophanes in altero volumine rerum Bœoticarum ostendit. Chæronem fabulantur Apollinis & Heronis filium vrbis conditorem fuisse, vt Hellanicus in altero de sacris seu fanis Iunonis scripsit. Vocabatur autem vrbis hac olim etiam Arne.

Paulianas in extremo Bœoticorum. Lebadenibus vicini proximi sunt Chæronenses. Eorum vrbis olim appellata est Arne, filiam Aeoli Arnen fuisse dunt, à qua vrbis etiam altera in Thessalia Arne fuerit nuncupata. Hoc autem quod nunc habent nominis contigisse eis à Chærone quem Apollinis fuisse filium arbitrantur, ex Therone Philantis filia. Ex Chæronea iter est in Phociden, vt idem Paulianas in Phocicis narrat. Strabo propius ad rem accedit. Χαρώνεια δὲ εἰ μὲν Ορχαμέθητοι, ὅπερ φίλιππος ὁ Αμύντης μεγάλη μάχη νικήσας Αθηναῖς τε καὶ Βοιωτίοις καὶ Κορινθίοις κατέση τῆς ἐλλάς οὐ κύρος, & quæ ibidem sequuntur. Chæronea proxima est Orchomeno, vbi Philippus Amyntā natus magno prælio superauit Athenienses, Bœotos & Corinthios, Graeciæ dominus factus est.

VICTORIAM SVI OPERIS IACTAVIT) Huius insaustæ Atheniensium expeditionis aduersus Philippum auctor & suasor fuerat Demosthenes, qui in ipsa etiam acie clypeatus apparuit, sed quomodo illi pugnabant maximè, hic, vt Sofia apud Plautum, fugiebat maximè. Ceterum victoriæ viam muniuit Alexander Philippo, qui alterum cornū hostium primus in fugam concidit. Rem vti gesta est enarrat * Diodorus, ex quo disces Alexandro non exiguum fuisse caussam iactationis, quæ sibi victoriæ vindicabat. Addit Siculus à Philippo tropæum suisle erexit post victoriæ Chæronensem, quod negat Paulianas, quem audi in Bœoticis. In Chæronensem agro duo sunt trophya: ea dux Romanorum Sylla erexit, Taxilo fuso Mithridatis copiarum duce. Amyntæ quidem filius Philippus, neque ad Chæroneam, neque vspiam vel de barbaris vel de Gracis à se vicit, vllum erexit trophyum: neque fuit omnino patrius Macedonibus mos, victorias suas trophyis vllis testatas relinquere. Est à Macedonibus ipsis traditum, Caranum regem suum victo in pugna Cisseo, qui finitimus imperabat, Argiorum ritu trophyum constituisse. Erumpentem autem ex Olympo leonem ita illud subvertisse, vt prorsus fuerit abolitum Intellexisse Caranum id sibi meritò contigisse, quod eo monumento erecto, sibi reditus in gratiam finitimus præcidisset: reliquo debinc tempore neque Caranum, neque successorem quenquam trophyum vllum excitasse, quod nempe sibi ad reditum in gratiam cum hostibus loci aliquid relictum voluerunt. Satis certum fuit buius rei argumentum, quod Alexander neque de Dario, neq; de Indiis victorys trophyum vllum erigendum curauit.

De Chæronenclade & Victoriae Philippi, Demosthenis fuga multa doctissimus noster A. Schotthus in vitis comparat. Arist. & Demosthenis, quem videbis. De Pisone etiam Aristides, Lucianus, Suidas, Plutarchus,

SEDITIONE INTER MAC. MIL. ET GRAECOS MERCIEN. ORTA) Frequentes existunt in castris expluribus nationibus collectis discordiae, seditiones, secessiones, defectiones, transditiones, vt passim antiquorum memoria ostendunt. vt miraculi instar sit in Hanniba-

lis exercitu ex tam varijs gentibus conflato nullam vñquam seditionem ortam ; quod existimatione, prudentiae, auctoritati & solertia ducis ad scriptum fuit. Sed de hac in Philippi exercitu natà seditione & periculo Philippi, nihil alij narrant, vt nec de expeditione Alexandri in Illyrios adhuc viuo patre.

NVNQVAM AEQVO ANIMO ESSE CONFESSVM, INVIT. FIL. DEB. SALVTEM SVAM
Craterus suprà lib. 6. c. 16. Scio (de Parmenione loquitur) non aquo animo salutem filij sui debitum tibi. Quædam beneficia odimus.

NON QVI SAMOTHRACVM INITIA VISERENT) Carpit Philippum & Heroas & semi-deos, qui ante bellicas expeditiones sacris Samothracum initia bantur, vt ope deum rem feliciter gererent. Diodorus rem totam describit, quæ ad Samothracum religionem pertinent lib. 5. qui consuli poterit. Hanc religionem, initia sive lacra irridet Alexander, nec illos vllis laudibus celebrandois qui sacris Samothracum initiati essent, cum potius Asia, hostium terra, vrenda & vastanda esset. Eos ergo laudibus in cælum efferendos, qui tantas tamque ingentes res gesiſſent, quæ omnem etiam fidem excederent, in quorum numerum se principem ponendum intelligebat Alexander. Quæ lactatio ut æqualibus Alexandri vehementer placuit, cui ab iunioribus quoque applausum est, non sine graui seniorum indignatione, prælertim Cliti, qui ex Philippi ducibus facile princeps erat.

Cæterum Samothrace insula est in Aegæo mari, olim Samos dicta, sed condita Samo vt à propinqua nominis eiusdem insula discerneretur, Samothraciæ nomen assumpsit. Alij quod Thraciæ obiecta sit, Samothraciam dictam putant. Alij quod ab immigrantibus in eam è Samo & Thracia colonijs nomen Samothraciæ adeptam memorant : Mysteria Iupiter Iasioni tradidisse fertur, antea quidem in insula recepta, sed per Iasionem instaurata, à quo exteris quoque feruntur initiati, vnde maior ceremonijs his celebritas accessit : templumq[ue] adeò donis & votis auctum & locupletatum est, vt auctore Eustathio ad Dionysium Cilices piratae oppresla repente è templo p. 116. 60000000000 plus sexcenties centenis millibus aureorum abstulerint. Initia autem propriè vocantur sacra arca- sexaginta na Samothracum, qui vt est apud Varronem qui de dijs Samothracum hæc tradit : Terra enim & millions calum, vt Samothracum initia docent, sunt dei magni, & hi quos dixi, multis nominibus. nam neque quas p. 12. Auct. Ambracia ante portas statuit, duas viriles species abeneas, hi Samothraces dij qui Castor & Pollux : sed lat. hi mas & famina: & hi quos augurum libri scriptos habent, sic Diuipotes, & sunt pro illis quos in Samothrace Dei devatol. Hæc duo calum & terra: quod anima & corpus humidum & frigidum.

Oua parire soleat genus pennis condecoratum

Non animas. vt ait Ennius.

Et infra: Animæ & corporis discessus quod natæ sit exitus, inde exitium, vt cum in vnum inuenit initia.
Cassius Hemina & Macrobius Samothracas deos existimarent esse Penates & magnos deos. Di- 1. Rom. onylius Halicarnasseus insulam à Samone Mercurij F & loco, dictam ait Samothraciam. De dijs antiq. Samothracum idem paullò infrà ex Callistrato & Satyro non pauca quæ ibi videbis. Nobis hæc p. 50. plus satis. Initia vocantur etiam lacra Cereris apud Varronem. Cicero mysteria & principia vita 1. 3. de re quibus ad humanitatem sumus exculti. De quibus & Liuius dec. 4. l. 1. & alibi. tust. c. 1.

CVM CLITVS NEC IPSE SATIS SOBRIVS) Quantæ tragedia ex Alexandri & Cliti compositione sint natæ, miterandus huius interitus docet.

INFRA IPSVM CVBABANT) Inter primos enim & proximos Alexandri accubuerat Clitus, honoratissimus amicorum. Accumbebant autem more Græcorum & Romanorum, non assidebant, vt ad Martialem pluribus docui.

EV RIPIDIS RETVLIT CARMEN) Versus ad infra se accubantes, at eius ab Alexandro, qui non nisi sonum verborum, verba ipsa non perceperit, quæ pertinebant ad id quod Alexander sibi victoriæ Chæroneam vindicaret, alii Philippo affirerent, Clitus ex Euripide neutro singillatim, sed ducibus simul & militi. Verlus sunt in Euripidis Andromache inter tragedias ultima, quæ exstant.

Oι μοι, καθ' ἐλάσσ' ἔσεχαντο νομίζεται
Οραντροπάλα πολεμίων σκηνή σρατος
Οὐ τὰν πονέντων τεῦργον ἡγεντατοῦ,
Αλλ' ὁ σρατηγὸς τὴν δόκησιν αἴρυται
Ος εἰς μετ' ἀλλων πορίων πάλλων δόρυ
Οὐδὲν πλέον δρῶν ἐνος ἔχει πλείω λόγον.
Hei mibi, quam malus mos est in Gracia?
Quum exercitus statuit tropæa de hostibus
Non putant hoc opus esse laborantium militum
Sed imperator victoriæ gloriam reportat
Qui vnu vibrans hastam cum alijs innumeris
Nihil plus uno faciens habet maiorem famam:

Var.lect.
1.28.c.22.

Hunc Euripidis locum allusit M. Tullius pro Marcello: *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, eosque detrahere ducibus; communicare cum multis ne proprieſint imperatorum. Affirmare ipsum ausim, inquit, Petrus Victorius, certum quendam Euripidis locum intellexisse in quo id quod dicitur, studiosè fit. Est autem in Andromacha quo loco Peleus confutat orationem Menelai: Principio eius disputationis ille accusat prauam consuetudinem Gracorum, qui cum victoriam aliquam nocti eſſent: trophaeaque conſtitui deberent finerent, vt imperator ſuum tantum illic nomen adſcriberet, vniq[ue] ſibi laudem adſcriberet, cum tamen totius exercitus labore ac virtute res bene geſta eſſet. Locus autem ille omnis valde clarè & illuſtris eſt, expreſſit vero eum, non intellexit ſolum Q. Curtius in hiſtoria cum Cliti necem com- memoraret. Hæc victorius qui verba Curtij ſubiungit, & Curtio Euripidem.*

Illiſ ad silentivm obſtinatis) Hoc pertinax aliorum de Cliti dicto silentium atrociorē excitauit in Alexandri animo ſuſpicionē, dictum eſſe aliquid grauius in ſuam contumeliam, quaſi timentibus cunctis, nec audientibus dictum reſerve & Clitum in periculum vocare.

Bella que in Graecia geſta) Hæc Philippi bella in Graecia cum Atheniensib[us], Phocensib[us], Bœotis, Corinthijs & alijs geſta Iuſtinus in 7.8. & 9. Diodorus in 16. copioſe exponunt, quorum volumina ſunt in ppomtu.

Inter iuniores ſenioresque) Iuniores pro Alexandro, ſeniores pro Philippo propugnabant, utrique ad rabiem verborum. Seniores Polypercon, Gorgias, Polydamas, Cenus, Amadas, Antigenes. Iuniores Hephaelton, Craterus Perdiccas, Ptolemaeus, alijs.

Parmenionem defendere audebat) Hic Clitus reus maiestatis factus omnes modeſtiae limites transgredi coepit, quando maiestatis reos, damnatos & ultimo iupſicio affectos ab inferis in ius reuocare & quaſi pro iudicio abſoluere auiſus eſt.

De Parmenione lib. ſuperiore lib. initium fere dictum.

Philippi de Atheniensib[us]. ad Chæroneam viſtis.

Thebarum excidio) In prima synopſi dictum & in commentarijs.

Si protemor. Clitus eſt primus) respicit prælium ad Granicum de quo paullò ante dictum & mox in frā ab ipſo Curtio dicetur.

Victoriae arb. agit) Redi ad c.6.lib.5. vbi certamen bellicæ fortitudinis institutum: In quo quamuis præteritus sit Clitus, id non factum eſt ob ignariam cum regem ipsum ad Granicum feruaflet: ſed non erant ibi iudicia de laude ducum supremorum instituta, ſed potius de gregario milite: alioqui Parmenion, Philotas, Craterus, Perdiccas, Ptolemaeus, Cœnus Meleager ad palmarum tuſſient citati. nam illi principes totis agminibus, phalangibus, magnis, copiis præerant, ac prouincias poſtea regebant, vt Medicum Parmenio, alijs alias, Clitus hic Sogdianis veluti præstantissimus dux, & fortissimus miles validissimi imperij parti præfectus eſt, quod ipſe tamen in contumeliam traxit.

Praecipitia ingenia sortitus) De ingenio, natura, & ferocitate Sogdianorum ſatis eſt ſupradictum: hic de voce *præcipitia* videndum. Protrahunt Grammaticorum decreta vocem *præcepſ* à numero multitudinis in neutro, negantque dici *præcipitia* ingenia, loca, ſaxa, Legi quidem aiunt *præcipitum præcipity* & inde *præcipitia oſtraxos*, ſed etiā *tertos*, a *præcepſ* *præcipitia* non legi. Legi ſent hunc Curtij locum, tuin non tam *præcipitem* lenientiam in optimum ſcriptorem tulifent, cuius auſtoritas facile omnibus Priscianis, Aeronibus, Donatis, Diomedibus anteponenda, nouos nemoror quidem.

Hic a Tharlos ſenex) Hunc lib.5.c.6. Ad archiam appellauit, mendum vel hic vel ibi, vel vtrōbique. De eodem certè loquitur Curtius & eadem re, quam ibi explicauimus, ad quem te locum remitto. Verba ibi collocata ſunt hec, *Primus omnium virtutis causa donatus eſt Adarchias senior, qui omnium apud Alicarnassum a iunioribus prælium unus maximè accenderat.*

Avvncvlvm in Italia diſiſe conſtat ipsvm in viros incidiſſe te in faeminas) Hoc ab nullo memini dictum ante Curtium, quamuis de auunculo Alexandri M. plerique omnes veteres tradant. Fuit is Alexander quoque dictus ex Epiro Molosſorum rex, Olympiadis Alexandri M. matris germanus frater, qui Cleopatram ſororem Alexandri M. duxit in uxorem: perijt in Italia ab Lucanis vietus, quos certè viros tensit. de quo malta Liuius in 8. merito legendus C. Petilio & L. Papirio Mugilano Coſl. ſicut & Iuſtin. l.12.p.115. & ſeq. De eod. Iuſtin. qui tamē alia addit, Porro Alexander rex Epiro, in Italiam à Tarentinis, auxilia aduerſus Bruttios depreſtantibus, ſollicitatus, ita cupidè proiectus fuerat. veluti in diuifione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis ſororis ſuſſlio Oriens, ſibi Occidens contigiffet; non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaq[ue], quamille in Asia & in Persis habituras. Huc accedebat, quod ſicut Alexandro Magno Delphica oracula inſidias in Macedonia, ita huic reſponſum Dodonai Iouis vrbe Pandosiam, amnemque Acherusium prædixerat. Quævtragi cum in Epiro eſſent, ignarus ead. & in Italia eſſe, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cum in Italiam venifſet, prium illi bellum cum Appulis fuit: quorū cognito vrbis fato breui post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat namque tunc tempora vrbis Appulis Brundusium, quam Aetoli ſequenti tum fama rerum in Troia geſtarum clarissimum ac nobiliſimum ducem

ducem Diomedem, considerant. Sed pulsi ab Appulis, consilentes oracula responsum acceperant, locum quem reperissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos cum belli comminatione restitui sibi ab Appulis urbem postulauerant. Sed ubi Appulis oraculum innuit, interfecos legatos in urbe spolauerant, perpetuum ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod factum cum cognovisset Alexander, antiquitatis fatidus veneratus, bello Appolorum abstinuit. Gessit & cum Brutis Lucanique bellum, multaque urbes cepit: tum & cum Metapontinis & Pediculis, & Romanis fædus amicitiamque fecit. Sed Brutus Lucanius, cum auxilia & finitimis contraxissent acris bellum repetuerere. Ibi rex iuxta urbem Pandosiam & flumen Acheronta non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur, moriensque non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Thurum publice redemptum sepultum tradidierunt.

Orosius breuiter, qui à Samnitibus occulatum tradit, Anno ab urbe condita 422. Alexander rex Epiro-
tarum, Alexandri illius Magni auunculus, traiectus in Italiam copijs cum bellum aduersus Romanos pararet,
& circa finitimas Roma urbes firmare vires exercitus sui, auxiliaq; vel sibi acquirere vel hostibus subtrahe-
re studens bellis exerceretur à Samnitibus, qui Lucanæ genti suffragabantur maximo bello in Lucania victus
atq; occisus est. Rem eandem iisdem verbis narrat in miscella Paullus Diaconus. Est etiam huius
mentio apud Strabonem in C. Paullum supra hanc (Consentiam) sita est Pandosia castrum validum, ubi
Alexander Molossus periret. Addit Strabo etiam Dodonæum oraculum quo deceptus est Epirensis de
quæ iam dictum.

VITAM A SEMETIPSO DATAM) Apud Plutarchum sane ita gloriatur ut mox videbimus.

ATTALI QVOQVE CADEM) Hunc infra quoque cum Parmenione, Alexandro Lyncesti,
Philota, Clito obiecit regi Hermolaus. De hoc Attalo dictum l.7.c.1.

VERIORA SE REGI QVAM PAT. EIVS RESP. DICEBAT) Hec oratio regem adhuc se continentem, omnino in rabiem egit, ita ut omnia fulque deque ageret, ferret.

IAM * OLIM MERITO SENSIBVS VICTIS) rō vīlī obseruandum, ponit hic pro prælenti tempore,
habet hæc vox variam significationem, & nunc pro longi temporis intercedente: nunc pro ante ut
hic etiam accipi & infra c. 12. potest; Iam ante ebrios: nunc pro nuper nunc pro futuro: quarum sig-
nificationem exempla & testimonia compluria lexicographi adducunt, quos videbis.

NE POSITIS QVIDEM SED ABIECTIS POCVLIS) hic tragicum & cruentum spectaculum
incipit.

DARIO NVPER ACCIDISSET) cum à Beso & Nabarzane comprehensus & aureis catenis vi-
tus est l.5.c.23.

OBSTREPENTE IRA) Verum docet græcius Senarius.

ὅργη δὲ φάσι πόλι θεος ἀχέμονα

Ira improba multa sunt indecora.

VIGILI HASTA ABLATA) nam facile furofarma ministrat.

SINE LVMINE) vinum, ira, nox densissimas offuderant tenebras & Clito & Alejandro.

EMINEBAT ETIAM IN VOCE SCELATROCI TAS) actus enim in rabiem non loqui sed cum
ingenti verborum fremitu furere Alexander iubebatur.

ILLE IAM NON SVAE SED REGIS IRÆ MEMOR) quia in sauro & insano hoc tumultu Clitus
cum vnum se peti querique ad necem videret, verla in metum & euentum ira, per tenebras cona-
batur euadere.

CLITVM SE ÆSSE ET E CONVIVIO EXIRE) Poterat regem mitigare vox contentis, ne alius pro
ipso, periculo obijiceretur, simulque nomen conuiuij, in quo hospitalitas & lex conuiualiserat ser-
uanda, sed ira nulla nouit iura. Itaque clarissimus princeps & nutricis Alexandri germanus, in tene-
bris tanquam à latrone aut parricida obtruncatur. Atque hoc caput est narrationis, in quo quidem
& Plutarchus & Arrianus & Iustinus & Orosius cohaerent, non item in modo & alijs periftas-
bus, quas lector si volet scire, apud laudatos scriptores cognoscet. Ego proprio.

Hoc immane facinus seu cædes seu parricidium, ingentem Alexandrum conflauit apud suos &
posteros, inuidiam, odium & infamiam. Senecam inter primos audi simili in ebrietatem declaman-
tem. Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi at fidelissimum inter epulas træ-
fodit, & intellecto facinore mori voluit, certè debuit. Tum, quæ de ebrietate sequuntur, sobrius percur-
re, ut nunquam ebrios plura de eod. idem leneca de ira.

Eiudem cædis mentionem fecit M. Tullius in 4. Tufcul. Diodorus Siculus in indicib. 17. περὶ
τῆς τὸν Διονύσον & μαρτιάς τὴν παρὰ τὸν οὐρανὸν ἀναπτέτως Κλείτη. De impietate in Bacchum & Cli-
ti inter compotandum trucidatione. Sed narratio in ipso volumine desideratur. Acerbe etiam Di-
ogenes apud Lucianum:

Huius tamen opinor Cliti fastum notatum Athenæus qui in XII volumine hæc de illo : Clitus
vero cognomine Candidus (alijs niger, alijs magnus appellatus, vt supra docui) quoties adeuntibus respon-
dere vellet, amictus purpura & obambulans, cum ipsis, qui compellauerant, sermones conferebat.

Idem se Neptunum appellari patiebatur.

C A P V T I V.

A R G V M E N T V M.

Sera regis pœnitentia non pœnitendo ingenio & stilo describitur.

Male humanis ingenij natura consuluit quod plerunque non futura, sed transacta perpendimus: quippe rex post quam iramente decesserat, & iam ebrietate discussa magnitudinem facinoris sera estimatione perspexit. Videbat tunc immoda libertate abusum, sed aliqui egregium bellum virum, & nisi erubesceret fateri, seruato rem sui occisum. Detestabile carnificis ministerium occupauerat rex, verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat tuto vestibulo cruor paullò ante communia: vigiles attoniti & stupentibus similes procul stabant, liberioremque pœnitentiam solitudo exciebat. Ergo hastam ex corpore iacentis euulsum retorsit in se: iamque ad mortem at peccatori, cum aduolant vigiles, & repugnanti e manibus extorquent, alleuatumque in tabernaculum deferant. Ille humi prostrauerait corpus: gemitu eiulatuq; miserabili tota personante regia. Laniare deinde os unguibus, & circumstantes rogare ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur. Inter has preces tota nox extracta: scrutantemque num ira deorum ad tantum nefas actus esset, labit anniversarium sacrificium. Libero patri non esse redditum statu tempore. Itaque inter vinum & epulas cæde commissa, iram Dei fuisse manifestam. Ceterum magis eo mouebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos, neminem cum ipso sociare sermonem posse ausurum: vivendum esse in solitudine, velut fera bestia terreni alias, alias timenti. Prima deinde lace tabernaculo corpus, sicut adhuc cruentum erat, iussit inferri. Quo posito ante ipsum lachrymas obortis, Hanc, inquit, nutrici mea gratiam retuli, cuius daños filij apud Miletum pro mea gloria occubuerunt: hic frater vnicum orbitatis solatum à me inter epulas occisus est. Quo nūc se conferet misera? omnibus eius unus supersum, quem solum equis oculis videre non poterit. Et ego seruatorum meorum latro reuertar in patriam, ut ne dexteram quidem nutrici sine memoria calamitatis eius offerre possim. Et cum finis lacrymis querelisq; non fieret, iussu amicorum corpus ablatum est. rex triduum iacuit inclusus: quem ut armigeri corporis que custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt, vniuersi in tabernaculum irrumpunt, dinque precibus ipsorum reluctatum agre viceant, ut cibum caperet. quoque minus cædis pudaret, iure imperfectum Clitum Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri, nō rex humari iussisset.

Verum est quod vulgo iactatur, iratus cum ad se redit, sibi tum irascitur. Nec ille comicus senarius falsus:

Sceleris amentem reddit conscientia.

Scripsit Ianus a Gruterus ad illum Taciti locum, Facinorum recordatione nunquam timbre vacum, nobile caput, cui fecit hanc inscriptionem:

Conscientia eis pro pœna, qui supra pœnam.

vbi plurima ex nobilissimis scriptoribus de facinorum conscientia, quem ego locum indigit tantum, non transscribo, quia prolixissimus est, sed totus tamen hoc facit: quem ipsum Curtii locum a Grutero præteritum miror, cum vel maximè ad institutum ficeret, & interim alia ex eodem producat.

Praeterea pœnitentis principis descriptio & hypotyposis, qui non putabat se vel Clito, vel conscientiae suæ sati facere posse, nisi pari pena plecteretur, mortemque morte expiaret. Et cum non esset, à quo interficeretur, ipse sibi (tanta vis est conscientia) manus ad mouere coepit, & peregrisset facinus, nisi cura excubitorum inuitu telum extorsisset, & nolentem, viuere coegisset. Sed cum ne sic quidem conquiesceret, inuenit aliam lethi viam, quæ per inediām conficeret. Sed & hic processores, amici, & armigeri intercesserunt, & ad clitum irruperunt, abiectum exerunt, ac tandem ut viuere vellet, ac cibum sumere, quamvis argente, persuaserunt.

Ce-

Catetum Curtius hoc caput à nobili gnome incipit, de natura ipsa questus, dum quodammodo cum Lucretio exclamat,

O curuas hominum mentes, o pectora cœca!

Nempe qui post factum demum plerumque sapiunt, & præterita, non futura perpendunt.

SERVATOREM SVI, Hoc nempe sèpius iactarat Clitus seruatum à se regem, sed rex inuitus debebat salutem seruo suo.

QVAE VINO POTERANT IMPVTARI) Recurre ad illum locum lib. 6. c. 20. de Hegelochi: utrumne vino grauatus effudisset illa. Et quæ nos ad epigramma 25. Martialis, quod Procillo inscribitur lib. 1.

MANABAT TOTO VESTIBVL O CRVOR) Hæc est egregia rei quasi præsentis hypotyposis, qua sub oculos lectoris à scriptore tragicum facinus subiicitur. In quo genere plurimum valuit Cicerò, vt ex ultima in Verrem oratione, quæ de supplicijs est, & altera Philippica cognosci potest.

LANIABAT DEIN DE OS VNGVIBVS) Hoc veteri more gentium, vt etiam in xii. inhibetur genas ne radunto.

ANNIVERSARIVM SACRIFICIVM LIBERO PATRI NON ESSE REDDITVM) Quam variè Baccho seu Libero patri feriæ Græcis sint celebratae, ostendit in Græcia feriata Meurlius & Gyraldus in historia deorum. De eodem festo Arrianus, quem paullò ante adduxi, qui tamen ipse non explicat quod genus sacrorum hoc à pud Macedones fuerit, ipsi quoque, homini quamvis Greci, ignotum. Diem quandam, inquit, apud Macedones Baccho sacrum esse ferunt, atq. Alexandrum quotannis eo die Baccho sacrificare solitum temporis neglecto Baccho Dioscurus sacrum fecisse, & quæ sequitur iam supra collocata: Nec sanè multum interest, scire quo die, qua hostia, & quomodo Baccho sacrificari. felicior fuisset si Libero patri non tam liberaliter in convuijs & symposijs & tam sèpè operatus esset.

VIVENDVM ESSE IN SOLITUDINE) Tyrannis (enim) omnis amicitia egentissima.

NVTRICI MEAE) Hellanicæ forori Cliti, vt dictum.

CVIVS DVO FILII) Miletii oppugnationem Arrianus, a Plutarchus, & b Diodorus exponunt, a.i.i. sed nullus filiorum Hellanicæ villam mentionem fecit, contenti caput rerum singularibus, quod b1.17. plerunque fit, negligens, attigisse.

SERVATORVM MEORVM LATRO) quasi etiam duos reliquos occidisset, qui pro ipso ad Miletum occubuerant.

IVRE INTERFECTVM CLITVM DECERNVNT) Cædem Cliti iure quodammodo factam ipse etiam Alexander intrà c. 16. docet, ubi Hermolaο respondet, Clitus utinam non coegerisset me filii irasci, cuius temerariam linguam probra dicentis milii & vobis, diutius tuli, quam ille èadem me dicentem tulisset. Regum ducumque clementia non in ipsorum modò, sed etiam in illorum qui parent, ingenij sita est. Obsequio mitigantur impia. Vbi vero reverentia excebat animis, & summa imis confundimus, vi opus est ut vim repellamus.

Totam hanc de Alexандri lachrymis, dolorē ex cæde Cliti concepto, decreto moriendi, consolatione amicorum, Curtij narrationem illustrat Plutarchus & Arrianus, qui sunt in manibus.

SEPVLTVRA QVOQVE PROHIBITVR) quasi damnati & iure occisi, quæ summa apud Græcos ignominia, caruisse sepultura, nam autóxeisoi, rei, tyranni, proditores, & hoc infame & execratum genus hominum sepultura prohibebantur, quod ex variis scriptoribus testatur. Alexander Neapolitanus, l. 6. c. 14. p. 352. v. vlt.

NI REX SEPELIRI IVSSISET) vt Charidemum Dariū lib. 3. c. 5. Hæc vociferante quibus imperatum erat, iugulant. Sera deinde pœnitentia subiit regem, ac vera dixisse confessus, sepeliri eum iussit.

CAPUT V.

ARGUMENTVM.

Xenipporum descriptio. Amynæ cruenta victoria de Bactrianis exsulibus, in gratiam tamen ab Alexandro receptis.

igau



Gitur decem diebus maximè ad confirmandum pudorem apud Maracanda consummis , cum parte exercitus Hephaestionem in regionem Bactrianam misit, commeatus in hyemem paraturum . Quam autem Clito destinauerat prouinciam, Amynta dedit : Ipse Xenippa peruenit. Scythia & confinis est regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia vberitas terræ non indigenas modo detinet, sed etiam aduenas inuitat Bactrianorum exsulum, qui ab Alexandro defecerant, receperatulum fuerat. Sed postquam regem aduentare compertum est . pulsi ab incolis duos ferè millia & DC. congregantur: Omnes equites erant, etiam in pace latrocinijs assueti: tamen ferocia ingenia non bellum modò, sed etiam venia desperatio efferauerat. Itaque ex improviso adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps pralium fecerant. Ad ultimum DCC. suorum amissis, quorum CCC. hostis cepit, dedere terga victoribus, haud sanè inulti , quippe LXXX. Macedonum interfecerunt, præterque eos CCC. & L. saucij facti sunt. Veniam tamen etiam post alteram defectionem impetrarunt.

AD CONFIRMANDVM PUDOREM) ad callum pudori obducendum , ad ponendum & absterendum pudorem è scelere contractum, qui illum in publicum prodire vetabat. Ut ergo amici regis abstergerent illi pudorem, eleuauerunt culpam, eamque in Curtum conferebant, quem merito ob intemperantiam linguae imperfectum affirmabant.

APVD MARACANDA) in regia Sogdianorum, vt supra dictum.

1.7.c.7.

COMMEATVS IN HIEMEM PARATVRM) Bactriana enim, vt supra Curtius docuit, frumentum, fructus, vites alebat, vbi crebri fontes rigabant solum, unde fertilitas.

AMYNTAE DEDIT) hic Amyntas, vt opinor, non fuit is, qui lib. 7. c. 1. causam de coniuratione suspectus dixit & absolutus est, paulloque post, vt Arrianus in tertio auctore est, in pago quodam oppugnando sagitta ictus perijt, fuitque Andromene natus. hic autem ab Arriano Nicolai filius appellatur, qui Artabaci prouinciae Clito destinata præfetus est . Fuit autem prouincia illa Curtio Sogdiana, Arriano Bactriana, sed utramque ab eo administratam video : eundem enim illæ duas prouincias prætorem sortitæ sunt.

IPSE XENIPPA PERVENIT) Nec ista Xenippa usquam extra Curtium reperienda , ab nullo geographo, scriptore, historico consignata vel expressa. Fides tota penes Curtium est, qui haud dubie ex Græcis auctoribus , qui hodie desiderantur, hæc Xenippa accepta in suo volumine posuit. Causam huius verbis seu regionis adeundæ Alexandro præbueré exiles Bactriani , quos undeque cura Alexandri inuestigauit, quod magno numero, & equites omnes, prouincij Alexandri pacatis & occupatis imminerent, & Xenippis sedem posuisserint, indeque latronum ritu subito erumperent, & illuc se ab excursionibus reciperenr, nullaque re, propter regionis vberatem egerent.

PVLSI AB INCOLIS) ne illorum causa regionis etiam cultores & incolæ communis procella belli inuoluerentur, & perirent, vi exacti sunt.

DESPERATIO EFFERAVERAT) Ignauiam quoque necessitas acuit , & sapè desperatio spei causâ est, dixerat supra lib. 5. c. 10.

Et Maro:

Vna salus vieti nullam sperare salutem.

Redi ad eum locum & simul ad Vegetum l. 4. c. 25. Stevvechium ad eundem locum, Frontinum l. 2. strat. c. 6. Rursum ad illa Vegetij l. 3. c. 21. Ex desperatione crescit audacia.

EX IMPROVISO ADORTI AMYNTAM) perabant se perinde oppressuros Amyntam, vt ante Menedemus à Spitanene ex insidijs oppressus & deletus erat. l. 7. c. 20. sed Amyntas cautor & fortior, adeoque viator euasit, quamvis non sine strage tuorum, vt ex numero cælorum & sauciorum colligis.

VENIAM TAMEN ETIAM POST ALTI. DEF. IMPETRARVN) ut pacatam felinqueret prouinciam, dum ad Indos properaret. Desperati enim rursum se collegissent, alioque ad defensionem
follicitassent,

CA-

C A P V T VI.

A R G V M E N T U M.

Sysimithris deditio , & arduæ petræ adumbratio.



Is in fidem acceptis in regionem quam Naura appellant, rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Sysimithres duobus ex sua matre filiis genitis: quippe apudeos parentibus stupro coire cum liberis fas est. Is ar- matis popularibus fauces regionis, quæ in artissimum cogitur, valido munimento seperat. Præterfluebat torrens amnis, terga petra cladebat. hanc manu perutam incola fecerant: Sed aditus specus accipit lucem; interiora, nisi illato lumine, obscura sunt. Perpetuas cuniculus iter preber in campos, ignotum si indigenis. At Alexander, quamquam angustias naturali situ munitas valida manu tuebantur, tamen arietibus admotis, munimenta quem manu adiuncta erant concusserit, fundisque sagittis propugnantium plerosq; deiecit: quos ubi dispersos fugauit, ruinas munimentorum supergressus ad petram admovuit exercitum. Ceterum interueniebat fluvius: oceuntibus aquis ex superiori fastigio in vallem, magnq; operis videbatur tanta vastam voraginem explore. Cedit amen arbore & saxi congeri iussit: ingensq; barbaros pavores rudes ad talia opera concusserat, excitata molam subito cernentes. Itaque rex ad deditonem metu posse compelliratus, Oxarten misit, nationis eiusdem sed durioris sua, qui suaderet Duci ut traderet petram. Interim ad augendam formidinem & tress admovebantur, & excusa tormentis tela emicabani. Itaque verticem petra omni alio praesidio damnaro petuerunt. At Oxartes trepidum diffidentemq; rebus suis Sysimithren cepit hortari, ut fidem, quam vim Macedonum mallet experiri, nec moraretur festinationem victoris exercitus in Indiam tendentis: cui quisquis lemet offerret, in suum caput alienam cladem esse versurum. Et ipse quidem Sysimithres deditonem annuebat, ceterum mater eademque coniux moritur am se ante denuncians quam in ullius veniret potestate, barbari animum ad honestiora quam tutiora conuerterat, pudebatque libertatis maius esse apud feminas, quam apud viros precium. Itaque dimisso internuncio pacis, ob sidionem ferre decreuerat. Sed cum hostis vires, suasque pensaret, rursus mulieris consilii, quod præcep magis quam necessarium esse credebat, pœnitere cum capite, reuocatoque strenue Oxarte, futurum se in regis potestate respondit, unum precatus, ne voluntatem & consilium matris sua proderet, quo facilius veniam illi quoque impetraretur. Præmissum igitur Oxartem cum matre liberisq; & totius cognationis gregge, sequebatur, ne expectato quidem fidei pignore quod Oxartes promiserat. Rex equite præmesso, qui reuerti eos tuberet, oppeririq; præsens ipsis superuenit, & victimis Minervæ ac Victoria casis, imperium Sysimithri restituit, spem auctoritatem præsumit, facta, secum militaturos sequi iussit.*

NAVRA APPELLATVR) varia hic scriptura est, Constantiensis chirographus Nauta habet editi Nauran. Glareanus, apud Arrianum, inquit, l. 4. est Nautaca, statim post Spitamenum cadeni. Apud alios quidem nihil prorsus de hoc nomine. At ego apud Arrianum in Erythræi maris periplo (scriptis autem periplo Oceani seu Indici maris Erythræi & Ponti Euxini) lego hanc vocem ētra Nau- ga η τοῦδε τὰ πατέρα ἐπικόρια τῆς ληψίδης. Deinde Naura & Tyndis prima seu maxima Limyrica præ- uincie empiria.

Tyndis autem est Ptolemaeo ciuitas & fluvius intra Gangem in India, sicut & Naura regio Arrianio videtur intra Gangem, ut magnoperè dubitem vtrum hic non sit potius cum Glareano. Nautaca legendum, de quo loco etiam Arrianus infra non certe multum à Bactris & Maracanda remotis. Fauet etiam huic scripturæ codex Constantiensis MS. qui Nauta habet pro Nautaca; ultima credo syllaba amissa vel omissa.

Strabo Syrimithris petram in Bactriana constituit, quam hoc loco Curtius describit, & ab Alexander occupatam dicit. Bactriana autem cis Indum, nec intra nec extra Gangem est. Lymirica autem est in India Austrum verius, ut ex periplo Arriani intelligi potest. Seruo tamen Naura, quam scripturam & Alexander Neapolit. & Tiraquellus agnouit, quamvis apud Alexandrum vitiosè scriptum sit Mauros, pro Nauros, quorum regio iuxta Bactrianos est. Arrianus hanc petram in Paratacis intra Bactrianam collocat, ut infra docebimus. Itaque Nautacasiam prouinciam apud Siculum & Arrianum reperio.

S Y S I M I T H R E S D V O B . E X S V A M A T . F I L . G E N I T I S) En quo progreditur (oppressa & extincta rationis (cintillâ) humana feritas, ipsi propè feris immanies? quod non solum diuinæ leges sed omnium prope gentium iura capitum pœna, & ultimis equulei, laxi, ferri, flammam supplicijs sanxere, hoc Nauri ex Bactrianiis publicè laudent, & quuntur, impunè perpetrant. Sed nec illi soli, habent vicinos improbos Indos, Arabas, Babylonios, Perlas, Magos : de quibus ultimis Catullus in Gellium:

Nascatur Magus ex Gelli matrisque nefando
Concubitu, & discat Persicum haruspicium.
Nam Magus ex matre & gnato nascatur oportet
Si vera est Persarum impia religio.

Multa Tiraquellus in legibus connubialibus super hanc re & ad cap. 24. lib. 1. Alexандri Neap. vbi superioribus addit Parthos, Medos, Phrygas, Galatas, Aethiopas, Scythas, Hyberos, Nomadas. Sed hec in Ephborum auditorijs sobrie nec sine execratione incestarum nuptiarum attingenda sunt, ne teneras mentes impuræ cogitationes inquinent, aut improba desideria corrumpant. Ninjas certè Semiramidis filius à matre de stupro appellatus, matrem occidit.

Is Syrimithres, quem Arrianus Chorienen appellat, & petram hanc Syrimithris, Chorienen: Έκαλεῖτο δὲ, inquit, ἀυτὴν χοριῆν τὴν πέτραν. καὶ εἶ διατίθεται στολὴν της χοριῆς ξυμπερέει. Ea Chorienem Strabo cum Curtio Syrimithre vocat. Eadem ergo est petra Syrimithris & Chorienis, & Syri nithres binominis fuit. Conuenit etiam descriptio petrae apud Arrianum & Curtium, nisi quod hic more suo omnia explicatus & enucleatus enaret.

F A Y C E S R E G I O N I S) aditus in regionem Syrimithris per angustos natura etiam artificio & humana manu arctior & firmior erat redditus.

T E R C A P E T R A C L A V D E B A T) vbi per aditum penetrasse, petra seu tardua rupes occurrebat, quam Strabo quindecim stadia altam fuisse, in ambitu octoginta complexam, superne planam quingentis viris alendis suffecisse narrat. Addit Strabo ibidem, Roxanam Oxyartæ filiam ab Alexander ductam in uxorem, quam Arrianus in Chorienis petra fuisse tradit, Curtius eandem Roxanæ Cohortano Satrapæ dedititio natam, & in ipsius Cohortani regione ductam, quamvis hanc Curtius inconstanter lib. 10. c. 6. Oxatris (quem nunc Oxyartem, nunc Oxartem, nunc etiam Oxatrem appellat) filiam nuncupet.

Hoc interim hic obseruandum, regionem hanc à Curtio Nauram appellatam, ab Arriano Paratacas dici: Αλέξανδρος, inquit, ὁ τὰ ἐν Σογδιανοῖς ἀυτῷ διετέρη πάτερ, ἔχομέν τοις πέτραις, τοις παρατάκαις προσώπει. ὅτι καὶ ἐν παρατάκαις λαφίον τὸ ὄχυρον, καὶ ἀλλὰ πέτραν κατέχειν ἐλέγεο πολούτων Εὐρβαριών. His ita apud Sogdianos gestis petraeque occupata, Alexander in Paratacas mouit, quod ibi aliud quoddam opidum munitum, petramque aliam multi barbari insedisse nunciarentur.

A D P E T R A M A D M O V I T E X E R C I T U M) Hanc Arrianus altitudine xx stadiorum fuisse, ambitu sexaginta collegisse dicit, quam priuiliò aliter, ut supra dixi, Strabo dimensus est.

T A M V A S T A M V O R A G I N E M) Arrianus: Erat porro petra hæc profunda voragine in orbem cincta, adeo ut qui exercitum ad petram adducere vellet, multo ante illi cavernosa illa voragine agere obrueret, ut ex planicie exercitus admoueret rupeque oppugnare posset.

C A E D I T A M E N A R B O R E S) Et hunc locum illustriorem reddit Arrianus: Alexander nihilominus, inquit, aggrediendum opus esse statuit, nihil omnino sibi inaccessum aut inexpugnabile censens, tantum fiducia ex perpetua felicitate conceperat. Cesis itaque abiectionibus, quarum magna in ambitu illius montis copia erat, scalas ex ijs confici iubet, ut per eas exercitus in voraginem descenderet: Et interdiu quidem Alexander opus urgebat cum dimidia parte exercitus, noctu vero vicissim corporis custodes Perdiccas & Leonatus & Ptolemeus Lahi F. reliquo exercitu in tres partes distributo nocturni operis ipsis commisisti curam gerebant. Nec per diem plus 20. cubitus, noctu paulo minus efficerent, quamvis viuens exercitus in operi esset, tanta era & ipsius loci asperitas & operis difficultas. Descendentes itaque in voragine, paxillos quam firmissime potuerunt, ad voragini latera impegerunt, tanto spacio inter se distantes quantum ponderis sustinendo par esset. His crates vimineas instrauerunt, que pontis similitudinem praese ferrent, quæque arcte colligatis terram ingesserunt, ut per planitiem exercitus ad petram adduceretur.

I N G E N S B A R B . P A V O R R V D B S A D T A L I A O P E R A C O N C U S S E R A T) cum primum conatus Macedonum tanquam vanos & irritos riderent. Postquam vero, inquit Arrianus, sagittis peti cohererunt, neque ipsis ex editiore petra Macedones propulsare possent (velamenta enim leu tegmina sibi

sibi construxerant, ne telorum iactu ab opere impedirentur) Chorienes molitionum nouitate attonitus caduceatorem ad Alexandrum mittit.

O X A R T E N M I S I T) Oxyarten, Strabo, Diodorus, Arrianus & Plutarchus appellant non O-xarten, vt corruptum nomen apud Curtium videri possit, ubi nunc Oxartes (sed hoc mendosè, Oxa-thres enim de quo suprà, Darij fuit frater) nunc Oxartes, nunc Oxortes MS. Oxartes, Lugdunensis editio emendatus Oxyartes, vti quoque rescribendum putamus. Cæterum apud Arrianum est, pri-us à Chorieno missum caduceatorem ad Alexandrum, non ab Alexandro ad Chorienem, vti Curtius narrat.

N A T I O N I S E I V S D . S E D D I T . S V A E) popularem Chorienis seu Sysimithris, sed ante Sysimi-threm Alexandro deditum.

A T O X Y A R T E S T R E P I D . D I F F I D . Q V E R E B V S S V I S S Y S I M . C O E P I T H O R T A R I) Plu-Plutarch: tarchus etiam timidum & formidolosum describit * Sysimithre, eiusque pauore factum, vt petram Συσιμίθρην Alexander occuparet,

C V I Q V I S Q V I S S E M E T O F F E R R E T , I N S V V M C A P V T A L I E N A M C L A D E M E S S E V E R - thren SVRVM) hostem intellige non amicum, illam cladem, quam alijs illatus eslet Alexander, in suum cavit: alij caput suamque gentem conuersurum: pone ergo arma & vt amicus regi occurre, & amicum expe- Συσιμίθρην rieris, quod & factum.

M O R I T V R V M S E A N T E D E N V N C I A N S) de fortissimis heroinis & mulieribus elegantem habes Plutarchi libellum quas inter & Chiomara Boia seu Tolistoboia in Asia, quibus recentiores, plures adiunxere.

I N T E R N V N C I O P A C I S) Oxyarte caduceatore.

V O L V N T A T E M M A T R I S) matris & coniugis, vt suprà, quæ se morituram ante dixerat, quām in illius veniret potestatem.

R E V E R T I E O S I V B E B A T) aliter Arrianus. Chorienes molitionum nouitate attonitus, caduceatorem ad Alexandrum mittit, rogans vti Oxyartem ad se mittat. Is quin ad eum venisset Chorieni suadere cœpit, vt se pariter atq; petram Alexandro dedit. nihil enim Alexandro eiusq; exercitui impervium esse. Si vero ad eius fidem amicitiamq; se contulisset, fidem regis & benignitatem extollebat, se ipse in exemplum adducens. Quibus rebus persuasus Chorienes, cum familiarium nonnullis ad Alexandrum venit. quem Alexander humaniter exceptum quum in fidem amicitiamq; suam receperet, ipsum quidem penes se retinet; at ex ijs qui cum ipso venerant nonnullos in petram remittit, qui vt deditio faciant, iubeant. atq; ita ab ijs qui eo confugerant petra tradita est. Quo facto Alexander assumptis argyra spidibus circiter quingentis, arcem spectandi causa concendit. tantumq; abfuit, vt indignum aliquid in Chorienem statueret, vt opidum eius fidei rursus commiserit, præ fidemq; omnium locorum quorum antea fuerat, statuerit.

Hic Oxyartes posteaquam in ditionem Alexandri venerat, iterum defecerat, eoque magis apud Sysimithrem regis clementiam & humanitatem prædicabat, quod etiam post defectionem veniam impetrasset, multò magis ergo Sysimithrem in gratiam Alexandri venturum, si statim se eius potestati permitteret qui nunquam ab eo deliciisset, nunquam adhuc deditus fuisset. Dicta facta omnia: Sysimithres fidem nunquam fecellit, & ab Alexandro omni genere officiorum & munera cultus est, vt infra docebimus.

D V O S I V V E N E S) filios easdem & nepotes, ex matre & auia fratre & patre natis.

C A P V T VII.

A R G V M E N T V M.

Defectores per ardua viarum persequitur fugatq; Philippi fratris Lysimachi & Erigi funera plorantur.



Elicita deinde phalange, ad subigendos qui defecerant, cum equite pro- ceſſit. Arduum & impeditum ſaxis iter primo utcunque tolerabant: mox equorum non ingulis modò attritis, ſed corporibus etiam fatigatis, ſequi plerique non poterant, & rarius ſubinde agmen fi- ebant, pudorem (vt fereſit) immodeco labore vincente. Rex tamen ſubinde equos mutans, ſine intermissione fugientes inſequebatur. Nobiles iuuenes comitari eum ſoliti defecerant prater Phi- lippum, (Lysimachi erat frater,) tum primum adultus, & quod facile appareret, indolis rara, is pedes (incredibile dictu) per D. Stadia veclum regem comitatus eft, ſape equum

equum suum offerente Lysimacho: nec tamen ut digrederetur à rege, effici potuit, cum lorica indutus arma gestaret. Idem cum peruentum esset in saltum in quo se barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam, regemq; cominus cum hoste dimicantem protexit. Sed postquam barbari in fugam effusi deseruerè silvas, animus, qui in ardore pugnae corpus sustentarat, liquit, subitoq; ex omnibus membris profuso sudore, arboris proxima stipiti se applicuit. Deinde ne illo quidem adminiculo sustinente manib; regis exceptus est, inter quas collapsus extinguitur. Mæstum regem alius haud leuis dolor exceptit. Erigetus inter claros duces fuerat, quem extinctum esse paullò antè quam reuertetur in castra, cognovit. Vtriusq; funus omni apparatu atque honore celebratum est.

Paucis expediam hoc caput, & ab Arriano, & Plutarcho, & Diodoro alijsque preteritum, leuiter ab Iustino cursimque tactum, nec sanè multum habet obscuritatis.

AD SVBIG. QV IDE FECERANT. Verum Scythæ dixerunt de Sogdianis & Bactrianis. Non succurrerit tibi quamdiu circa Bactra hæreas dum alios subigi, Sogdiani bellare cœperunt. Bellum tibi ex victoria nascitur. Et Clitus suprà: Sogdianam regionem mihi attribuimus, toties rebellem, & non modo indomitam, sed quæne subigi quidem posse. mittor ad feras bestias. Et quamvis totam ferè gentem delerit Alexander, temper tamen velut exequo Troiano noui hostes extiterunt. Siculus in lib. 17. indice narrat plures CCCICCC. CCICCC. CCTCC. millibus è Sogdianis ultimo supplicio fuisse affectos.

RARIUS AGMEN. multi in via deficientib; aut certè fatigatis cum rex interim nullis viarum molestijs aut aperitativib; fatigaretur, quem multi non sine pudore destituerunt.

TVM PRIMVM ADVLTVS. qui tum primum ex ephebis excesserat. Condidit huic Curtius hoc capite nobile epitaphium, quando virtutem illius & raram indolem, generosumque fati genus egregiè commendauit & celebrauit.

PER IO. STADIA. quingenta stadia efficiunt germanica milliaria amplius quindecim, quod totum iter Philippus pedibus & loricatus sine vlla cursus relaxatione confecit, vt meritò Curtius adiecerit, incredibile dictu, ex quo appetat, quæ partum delicate nobiles Alexandri iuuenes fuerint enutriti. De hoc Philippi cursu Iustinus, vbi de Lysimacho, quem suprà ad cap. 2. laudauimus, loquitur: Quod idem anteà Philippus frater eius cum facere voluisset, inter manus regis expirauerat.

LYSIMACHO. redi ad cap. i. i. huius libri, vbi multa de hoc Lysimacho.

NOBILEM PVGNAM EDIDIT. cui Curtius quasi nobile tropæum calamo suo erexit.

MANIB; REGIS EXCEPTVS EST. vltimum morienti solatium, cura, studium & amor regis, quæ ipsum etiam regem magnoperè commendarunt.

ERIC YVS IN TER CLAROS DVCES. de hoc clarissimo duce dictum l. 7. c. 8. vbi nobile illius cum Satibarzane duellum exposuimus.

CAPUT VIII.

ARGUMENTVM.

Spitamenes ab vxore caput præcissum fertur ad Alexandrum. Dataphernes à Dahis vincitus traditur. Prætores rei deferuntur, puniuntur & mutantur.

Dicas inde statuerat petere: ibi namque Spitamenem esse cognoverat. Sed hanc quoq; expeditionem, ut pleraq; alia fortuna indulgerdo et nū quam fatigata pro absente transegit. Spitamenes uxoris immodico amore flagrabat, quam agrè fugam mollientem, & noua subinde exilia tolerantem in omne discrimen comitem traherat. Illa malis fatigata identidem mulieres adhibere blandicias, vt tandem fugam sisteret, vt eborisq; Alexandri clementiam expertus placaret, quem effugere non posset. Tres adulti erant liberi ex eo geniti, quos cum pectori patris admouisset, vt saltem eorum misereri vellet, orabat. Et quo efficaciores essent pretes, haud procul erat Alexander. ille se pròdi non moneriratus, & forma profectò fiducia cupere eam quamprimum dedit. Alexander, acinacem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus esset fratrum eius occensus. Ceterum abire conspectu iubet, addito metu mortis, si se oculis eius obtulisset, & ad desiderii leuandum



leuandum noctes agere inter pellices caput. sed penitus haerens amor, fastidio praesentium ac-
census est. Ilaque rursus uni ei deditus, orare non destitut, ut talic consilio abstineret, patere-
tur q̄ sortem quamcumque ipsis fortuna fecisset; sibi mortem ditione esse leuiorem. At illa
purgare se, qua quo a utilia esse censebat, muliebriter forsan, sed fida tamen mente sua fuisse:
de cetero futuram in viri potestate. Spitamenes simulato captus obsequio de die coniunctum
apparari iubet: vinoque & epulis grauis semisomnus in cubiculum seruit. Quem vt alto
& graui somno sopitum esse sensit vxor, gladium quem ueste occultauerat stringit, caput q̄
eius abscessum cruento respersa seruo suo concio facinoris tradit. Eodem comitante (sicutierat
cruentia ueste) in Macedonum castra peruenit, nuntiariq̄ Alexandro iubet, esse quae ex ipsa
deberet agnoscere. Ille protinus barbaram iussit admitti. Quam vt respersam cruento conspe-
xit, ratus ad deplorandam contumeliam venisse, dicere quae vellet iubet. At illa seruum que
in vestibulo stare iusserat, introduci desiderauit. Qui quia caput Spitamenis, ueste teclum
habebat, suspectus scrutantibus quid occuleret ostendit. Confuderat oris exanguis notas pal-
lor, nec quis esset dignosci satis poterat. Ergo rex certior factus humanum caput afferre eum,
tabernaculo excessit, percontatus q̄ quid reis, illo profidente cognoscit. Variæ hinc cogitatio-
nes animum diuersainuicem agitantem commouerant. Meritum ingens in se met crede-
bat, quod transfuga & proditor, tantis rebus, si vixisset, inuecturus moram, imperfectus esset.
Contra facinus ingens auersabatur, cum optimè meritum de ipsa communium parentem li-
berorum per insidias interemisset. Vicit tandem gratiam meriti sceleris atrocitas, denunci-
ariq̄ iussit, ut excederet castris neu licentia barbaræ exemplar in Graecorum mores &
militia ingenia transferret. Dahæ Spitamenis cæde comperta, Dataphernem defectionis eius
participem vincitum Alexandro se q̄ dedunt. Ille maxima præsentium curarum parte libe-
ratus, conuerit animum ad vindicandas iniurias eorum, quibus à pratoribus suis auare ac
superbe imperabatur. Ergo Phratapherni Hyrcaniam, & Mardos cum Tapyris tradidit,
mandauit q̄ vt Phradatemur succidebat, ad se in custodiā mitteret. Arsami Caria pra-
fecto substitutus est Stasanor. Arsaces in Medium missus, ut Oxidates inde discederet. Ba-
bylonia demortuo Mazeo Dedisameni subiecta est.

De Dahis gente Scythica Strabo l. 11. & nos supra l. 4. c. 27. l. 7. c. 6. l. 8. c. 1. Arrianus Marcelli-
nus l. 22. p. 259. His regionibus Dahæ confines sunt acerrimi omnium bellatores.

SPITAMENES Vxor is IMMODOICO AM. FLAGR.) Spitamenes huius perfidissimi capitū
multa mentio fuit suprà, & apud Arrianum, & aliqua apud Strabonem. Sed extremus hic & tragicus
Spitamenis actus aliter à Curtio, aliter ab Arriano & Geographo describitur, vti mox videbitur. In-
terim subit admirari, quomodo cælestis vindicta scelestos persecutur. Fuit Spitamenes in pau-
cis charis & familiaris Beslo, quem tamen ille per summam simulationem & perfidiam cepit, captū-
que Alejandro capitali hosti ad supplicium stitit. Mox ipse ab eodem ad Bactrianos componendos
& in officio continendos mislus, à fide & officio eiusd. defecit, quem thorii consors, cui se affectusq;
omnes addixerat, per summum scelus post epulas in cubiculo, captum somno, interfecit, caputq;
hosti, quem ipsa coniux crudelitate superarat, attulit. Quod facinus hostis ipse execratus, sceleratam
fæminam iussit castris excedere. Ita supremus parricidiorum vindex scelera punit. Beslus Darium
occiderat, Bessum Spitamenes, Spitamensem vxori, carnifice in carnificis cædem vsus.

ILLA MALIS FATIGA TA) planè contraria Syrimithris vxori, quæ mori millies optabat, quām
vt in Alexandri manus veniret, quastamen emitare non potuit.

PECTORI PATRIS AD MOVISET) potentia lanè tela & arietes ad animos parentum expu-
gnandos, sed Alexandri odium & metus præpotuit.

HAVD PROCULERAT ALEXANDER) quo è propinquo sibi imminentem omniratione
precibus anteuertere, & ditione placare debebat. Sed Spitamenes non tolem sibi pessimè conscius
quod defecisset, sed Menedemum etiam cum omnibus copijs delesset, venia desperata, non nisi à
pedibus præsidium & auxilium quærebatur, nec gratiam mea quidem sententia impetrasset, vti nec
Arizazes, quamvis deditus impetrarat.

FRATRVM EIVS) Spitamenis an vxoris? vxoris: qui sororem defenderunt, si fratum ad Spi-
tamensem referres, dicendum erit fratum suorum.

SIMVLATO CAPTVS OBSEQVIO)

Τυναχὶ μὴ πίσετο τελετὴ βίον.

Mulieri ne credas tuam vitam.

Τυναχὶ μὴ πίσετε μηδὲ ἀνπόθεν.

Mulieri ne credas ne moritura quidem.

Verum enim est, magnam partem, quod M. Tullius cecinuit:

Famina nulla bona est, vel si bona conigit villa;

Nescio quo pacto res mala facta bona est.

Rara avis in terris nigroq; simillima cycno

Feminasi qua bona.

Verè Græcus iterum:

Γυνὴ τε παύτρες ἀγριωτατον κακόν.

Mulier omnium effrontissimum malum est.

TALI CONSILIO)dedendi se Alexandro.

SORTEM QVAM CVNQ; IPSIS FORT. FECISSET)Rarius hoc, quam fortē fortuna fecis-
set,frequentius,dedisset.

MVLIEBRITER)Imprudenter,parum viriliter & fortiter,molliter,

DE DIE)Tempestiuam ergo.an quod nocti parum fideret?

SEMISOMNVS)Semisomnus & Semisomnis apud optimos scriptores passim leges.

CAPVT QVE RIVS ABSCISSVM)Iuditha simillimum facinus,simillimoque modo patratum,
nisi quod illa sanctissima herois,hostem numinis & patriæ,hæc amantissimum sui maritum , illa
piè, hæc impiè interficerit. Verè Græcus:

Besser ist
ein weib
begraben;
Als mie
ir hochzeit
haben.

Γυναικα δάπλειν χρεοσόν εστιν γαμεν

Mulierem funerare satius quam ducere.

Verè etiam Comicus:

Feminis ad scelera vires sunt,cum habent caussas virium.

Et:

Muliebris impotentia,impotentia est.

Rectius fortasse:

Muliebris impotentia,potentia est.

Quid enim non audet & potest cum impotentia est?

Tanquam videlicet , inquit Gruterus,vitorum impotentia comparationē mulierum nullā sit.
Cato in dissuadenda lege Oppij: Date frenos impotenti natura & indomito animali,& sperate ipsas mo-
dum licentias facturas,nisi ius faciat.

Ita Candaulem Lydorum regem vxor in cubiculari lecto non sua quidem manu . sed Gygis
dextra,quam illa ferro armavit,interfecit.historia tota prolixè apud Herodotum ex primo peti po-
test.plura sunt hoc genus exempla quæ hic prætero.

Cæterū Arrianus aliter de cæde Spita menis narrat,quia Massagetiis interfectum,caputque eius
ad Alexandrum missum , vt per hoc facinus ipsi ab Alexandro in fidem & gratiam reciperentur.
Strabo quoque nihil de vxore.

VARIÆ SIVE CQGITATIONES)Dubitabat Alexander laudandum occisi ab vxore Spita-
menis facinus eset,& præmio compenlandum,an damandum & execrandum . Et cum multa in
vtramque partem rationum momenta occurrerent, vicit melior mens & consilium regis , non
esse exempla huiuscmodi in Græciam benè moratam & emendatam introducenda . Inauditum e-
nim scelus hoc apud Græcos esse,vt vxor viri ex quo liberos generat, caput hosti afferret.

Non paucas gentes ex commercio aliarum nationum corruptas leges . In literis sacris habes Is-
raélitas apud Aegyptios,Babylonios , Tyrios & alios vicinos idolatriam aliasque pessimas artes
doctos.Diu Græci Romanique sancte frugaliterque vixerunt , postea paulatim mores defluxerunt,
paupertasque probro haberi coepit , luxuriæque peregrinæ inueniunt malum ad effeminandos
animos ab exercitu Asiatico in urbem primum inuectæ,mores infecerunt : sicut aurum Persicum
fugato Mardonio Atheniensium animos labefactauit,& dira tabe infectit.Inde illecebræ libidinū,
& rerum secundarum luxus in omnem licentiam grasiati.Plura Alex. ab Alex.

a. 1.33. c. II.
b. 1.34. c. 7.
b Decad. 4.
l. 9. post
princ.
§ l. 2. c. 1.

a Plinium licet consulas & b Liuium,c Valer.Max.Sallustium in exordio belli Catilinarij. He-
rodotus in Clito narrat,quomodo fortissima gens Lydorum,Periarum consuetudine penitus fu-
erit effeminata.Inde factum,vt multæ gentes,quæ cum exteris nationibus nihil habuere commer-
cij,mores incorruptos tuerentur.Documentum ex Cæsare accipe,qui de Belgis hæc prodidit. Ho-
rum omnium fortissimi sunt Belga, propterea quod à cultu atque humanitate prouincia longissime absunt,
minimeque ad eos mercatores sapienter remaneant,atque ea quæ ad effeminandos animos pertinent,important.
Idem de Neruijs docet lib.2. Quorum de natura moributque Cæsar cum quereret, sic reperiebat:
nullum aditum esse ad eos mercatoribus,nihil pati vini reliquæq; rerum ad luxuriam pertinentium infer-
ri,quod his rebus relangescere animos,eorumque remitti virtutem existimarent. Ab iisdem ferè virtuti-
bus celebrat lib.4. Vi petes Germanos . Sinae ad usque nostra tempora exteros omnes è si-
nibus suis exclulerunt : ultimis hisce annis primū è nostrâ societate Patres , dein Lusitani
in penetralia regni admissi,non ut corrumperentur,led corrupti emendantur, & fines aduersus
Scythas leu Tartaros defenderent. Plura in hanc rem passim leges . hæc mihi sub calamum ve-
nere.

EXEMPLAR)exemplum & exemplar eodem sensu indiscriminata apud optimos auctores v-
tupari,si attenderis,animaduertes.

DATAPHERNEN) Hic ex intimis olim Bessi familiaribus in eudem cum Spitamene coniuravit, & vincitum prodidit, proditus ipse demum à Dahis Scythis, quod cum Spitamene ab Alexandro defecisset, & alijs defectionis auctor fuisset.

PHRATAPHERNI) de quo lib. 6.c.8.vbi de eius ditione l.8.c.1. præfectus Chorasmiorum, Massagetorum, & Dahanum dicitur. Hic Hyrcanis Mardis & Tapyris præficitur. Post Alexandri mortem Armenios rexit, vt est apud Iustinum l.13.

PHRADATEM) Hyrcanorum Mardorum & Tapyrorum prætorem, cum antequam in Alexandi ditionem veniret, Taurorum Satrapes esset, vt lib. suprà 6.c.8.narratur. Dux idem apud Darium in aie Caspianorum l.4.c.27. Idem l.10.c.4.suspectus de affectato regno occiditur.

IN CVSTODIAM MITTERET) quia auarè & superbè Hyrcanis Mardis & Tapyris, de quib. suprà, imperarat.

ARSAMI) Hic viuo Dario Ciliciæ faucibus præerat, vt transeuntem per Tauri angustias Alexandrum retardaret: sed ille relictais angustijs prouinciam cepit exurete, vt sequituro Alexandru alimenta corrumperet, ne progredi posset. Sed fufra fuit, cuius etiam consilia dñnat Curtius l.3.c.9.

STASANOR) Solis oriundus, inter amicos Alexandri. Strabo. x.v.ētra + Σόλης πόλις λιμένα
Σόλης χρήστοι μόνον καὶ ιερὸν ἀφορδίτης, καὶ ιστός οὐκέτι φάλιψ τοῦ Αχάμαντος Αθηναίων. οἱ δὲ έποικοι οἱ Σόλαι καλλώνται ἐντόθεν οὐκέτι Στασάνων τῶν Αλεξανδρέων ηγεμονίας οὐκέτι οὐδέν. Deinde Soli vrbis cum portu & fluvio ac templo Veneris & Iidis, considerunt Phalerus & Acamas Athenienses. qui colunt urbem Solij appellantur, qua patria fuit Stasanoris, qui unus de amicis Alexandri principatu est honoratus. Porro Soli ciuitas est Ciliciae Cypri. hic ē Cypro fuit. Mentio Stasanoris etiam apud Iustinum, l.16. Sed Stasanorem mendosè, vt & lib. 41. Stagnorem non suo, sed librarioiū vitio appellat. Diodorus post mortem Alexandri Bactrianis & Sogdianis præfuisse docet, eumque Solium à Solis urbe vocat. Sed Cyprium non Cilicem affirmat, nam & in Cypro Soli, vt prorsus existimet Stasanorem etiam à Strabone Cyprium existimari.

ARSACES) An ab huius posteris Parthorum regnum sit conditum, non habeo affirmare. Laudat Arsacen Strabo in xi.eumque, dum Callinicum fugeret, ad Aspasiates se contulisse affirmat: Laudat alium Arsacen ibidem gente Scytham, sed neuter huc pertinet: & de hoc Arsace reliqui scriptores tacent. De conditore Parthorum omnes memorant. Arrianus Atropatem in Medium ait missum.

OXIDATES) Plura de hoc Curtius suprà l.6.c.2. Ovidates, inquit, nobilis Perses à Dario capitali supplicio destinatus, cohíebatur in vinculis. Huic liberato Satrapeam Mediæ attribuit Alexander. Arrianus 4.Exodatem nuncupat.

MAZAEQ) Plurima de hoc superioribus libris. Indicem inspice.

DEDITAMENI) Nihil admodum de Deditamene memini legere, nisi quod hunc Arrianus p.96. Stamenem non Deditamenem vocet.

C A P V T I X.

A R G V M E N T V M.

Gazabam petit, & in grauissimam tempestatem incidit, luculenter à Curtio descriptam, vt lector ipse inter tonitrua, grandines & fulmina videatur versari. Regis inde cura in colligendo & solando milite laudatur, mille tamen perierunt.



Isira compositis tertio mense ex hibernis induit exercitum, regionem que Gazala appellatur, aditus. Primus dies quietum iter præbuit, proximus ei nondum quidem procellosus & tristis, obscurior tamen pristino, non sine minis crescentis malii præterit: tertio ab omni parte cali, emicare fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modi meantis exercitus sed etiam animos terrere coperunt. Erat propè continuus cali frager, & passim cadentium fulminum species visebatur: at tonitusq; auribus stupens agmen, nec progrediri nec consistere audebat: cum repente imber grādinem incutiens torrentis modo effunditur. ac primum quidem armis suis recti exceperant: sed iam nec retinere arma lubrica rigentes manus poterat, nec ipsi destinare in quā regione

obuerterent corpora, cum vndique tempestatis violentia maior, quam vitalibus, occurreret. Ergo ordinibus solutis per totum saluum errabundum agmen ferebatur, multique prius metu quam labore defatigati, prostrauerunt hunc corpora, quamquam imbreuus frigoris concreto gelu astrinxerat. alijs se stipitibus arborum admouerant: id plurimis & adminiculum & suffugium erat. Nec fallebat ipsos morti locum eligere, cum immobiles vitalis calor linqueret. Sed grata erat pigritia corporum fatigatis, nec recusabat extingui quiescendo, quippe non vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali insisteret, lucemq; naturale solarium preter tempestatem haud disparem nocti siluarum quoque umbra & suppresserant. Rex unus tanti mali patiens circuire milites, contrahere dispersos, alleuare prostratos, ostendere procul evolutum ex tuguriis fumum, hortariq; ut proxima quaque suffugia occuparent. Nec ultra res magis solatio fuit, quam quod multiplicato labore sufficientem malis, quibus ipsi cesserant, regem deserere erubescerant. Ceterum efficacior in aduersis necessitas, quam ratio, frigoris remedium inuenit. Dolabris enim silvas sternere aggressi passim aceruos struesq; accenderunt. Continenti incendio ardere crederes saltum & vix inter flamas agminibus relictum locum. Hic calor stupertia membra commouit, paullatumq; spiritus, quem continuerat rigor meare liberè cœpit. Excepere alios tecta barbarorum, quæ in ultimo saltu abdita necessitas inuestigauerat, alios castra, quæ in humido quidem, sed iam cali mite scilicet sauvia locauerūt. mille militum atq; lizarum calonumq; pestis illa consumpsit. Memoria proditum est, quosdam applicatos arborum truncis, & non solum viuentibus, sed etiam inter se colloquentibus similes esse conspectos, durante adhuc habitu, in quo mors quemq; deprehenderat. Forie Mace- do gregarius miles sequitur & armas sustentans tamen in castra peruenierat. Quo viso rex quamquam ipse tunc, cum maxime, admoto igne refouebat artus, ex sella sua exsiluit, torpen- temq; militem & vix compotem mentis, demitis armis in sua sede iussit considere. Ille diu nec ubi quiesceret, nec à quo esset exceptus agnouit: tandem recepto calore vitali, ut regiam sedem regemq; vidit, territus surgit, quem intuens Alexander, Ecquid intelligis miles, inquit, quanto meliore sorte quam Persa sub rege viuatis? illis enim in sella regis consedisse capite foret, tibi saluti fuit.

*Gazabā
MS. Gaba-
za editi.
*P. 91.

QVAE * GAZABA APPELLATVR) vel Gabaza, nám vtramque scripturam in diuersis exemplaribus lego. Gab. zam seu Gazabam regionem dictam putant à Gaba munito oppido m' dio inter Massagetas & Sogdianos, vt auctor est in I. V. * Arrianus. Possis dubitare vtrum non intelligit hic Nautaca de quibus Arrianus, In Nautacis enim hiemauit hoc anno Alexander, vbi Cœnus & Craterus ad illum rediere. Et Diodorus in indice XVII. libri dicit, In expeditione in Nautacas magnam exercitus partem vi frigoris & niuis examinatam interiisse.

*I. Aen.
I. Mer. &
de Trist.
El. 2.

PROXIMVS EI) primus dies mite clementisque cælum habuit, alter cœpit minari tempestatem; tertius omnes iras cæli in regem & exercitum effudit. Elegantissima & planior oratoria hæc tempestatis est descriptio, vt lector ipse inter media tonitrua, fulgura, grandinem & fulmina versari videatur. Cæterum ego non diu inter has tempestatis procellas verbabor, cum per se omnia liqueant, nec in ipsa quidem tempestatis nocte sit vllanox aut tenebrae. Quod si voles aliorum scriptorum industria cum Curtio componere, habes * Virgilium, Ouidium, ex nouis Malabertium, ex historigratis Maffei in Indicis, Olorium l. 2. p. 60. Et cōposuit poetas inter se Iulius Scaliger in hypercriticis: & si memini noster Melchior de la Cerda in suis oratorijs exercitationibus. Causinus ex Lilio, Dione, D. Chrysostomo, Maffeo, cuius vnius verba adducit, cæteros nominat tantum, sed hæc descriptiones pleræque pertinent ad mare. Lucretius propriè de terrestri tempestate & fulminibus eleganter disputationib. 6.

REX VNVS) Nobilissimum Alexandri documentum in curandis singulis militibus omnibus imperatoribus imitandum. Fuit certè Alexander anima deficiens exercitus, quem dum vivere & valere viderunt, te quoque saluos esse credebant.

EFFICACIOR IN ADVERS. NECESS. QYAM RATIO) Illustris hæc gnome est. Necessitas potenter est omnirege, iure, lege, ratione, adeoque ipsis cælestibus, vt est in parœmij.

DOLABRIS) Hinc dilectè discis dolabris non pro runcinis sed securibus accipi, quibus arbores excidebantur. Quia tamen apud Littium lib. 30. lego dolabris subrutos muros, quod securibus fieri non poterat, sed ligonibus, facile intelligo dolabras vtrumque genus instrumenti complexas.

COMMOVIT) An confouit? seruo commovit membra quæ alias obriguerant.

LIXARVM CALONVMQVE) De quibus supra I. 3. c. 7. & alibi passim. Stevvech. ad I. i. Vegetij cap. 10.

MEMORIAE PROD. EST) Nihil horum vel Arrianus vel Plutarchus prodidit. Diodorus in I. lib.

lib. indice, indicat rem verbo, quam haud dubiè suo loco explicavit, sed locus ille vetustate abolitus nobis lacunam duntaxat exhibet.

E X S ELLA SVA EXILIVIT) Vide humanitatem regis erga infimum & gregarium satellitem martis. Huiusmodi studia Alexandrum militi gratum fecere, faciuntque hodie. quod à Tillio nostro audio fieri, passimque à milite parentem appellari, ex quo sit, ut ad omnia promptissimum habeat exercitum, & rem Deo Duce felicissime gerat, multis iam victorijs inclitus & nobilis. extant aliorum quoque Imperatorum similia facta.

I L L I S IN SELLÀ REG. CON SED. C A P I T A L E F O R E T , T I B I S A L . F V I T) MS. Capital. foret, quomodo etiam Modius recripsit: sed apud Val. Max. etiam capitale est, non capital. qui miris modis hanc Alexandri humanitatem prædicat: l. 5. c. 1. p. 191. vel 312.

Idem factum Alexandri celebrat Frontinus lib. 4. strat. c. 6. sed multò frigidius quam Valerius vel Curtius. Ac de lege Persarum addit in primo de regno Persarum Brissonius ex *vii. Arriani: *an vi. Proinde, inquit, cum Xerxes Artabanum patrum regali ornatum in solito sedere iubisset, ut experiretur nū p. 21. ei in somnis idem spectrum quod sibi ad bellum Græcis inferendum stimulos admovebat, obuersaretur, valde reluctatus est Artabanus, cur. & ζητειν, vt Herodotus l. 7. loquitur. ἐς τὸν βασιλέαν θρόνον οὐδείς. virgente tamen rege imperata facere coactus est. Huc pertinet quod Arrian. l. 6. tristia omnia & signa quæ Alexandri obitum præcesserunt, commemorans narrat. Nam cum Alexander milites recens conscriptos in Macedonicos ordines dividens, è sella regia, sibi affectus, surgens, paulum inde concessisset, interim obscurus quidam homo per medios eunuchos regia sella circumfusos in eam sessum se contulit: unde illum pellere & deiecere, lege Persarum vet ante, non ausus est quisquam: quod sinistrum aliquid portendere omnes qui aderant, censuerunt. Quæ paulo aliter Diodor. Siculus. 17. refert. Regiam autem Parthorum sellam Traianum cepisse, eanque repetenti Parthorum regi Antoninum Pium denegasse Capitolinus in eiusdem Antonini vita scribit. Erat illa sella aurea, quam multis verbis rursum celebrat Brissonius eod. libr. de quo nos suprà ad lib. 5.

C A P V T X.

A R G U M E N T U M.

Rex compensat militi amissa. certat beneficijs cum Sysimithre. Cohortanus Satrapes se & sua dedit, cuius filiam Roxanem dicit Alexander vxorem.

Poster die conuocatis amicis, copiarumq. ducibus, pronunciari iubuit, ipsum omnia que amissa essent, redditurum, & promisso fides extitit. Nam Sysimithres multa iumenta, & camelorum 11. millia adduxit, pecoraq. & armenta, que distributa pariter militem & damno & fame liberauerunt. Rex gratia sibi relatam à Sysimithre præfatus, sex dierum cocta cibaria ferre milites iussit. Sagas petens totam, hanc regionem depopulatus XXX. millia pecorum ex prada Sysimithri dono dat. Inde peruenit in regionem cui Cohortanus Satrapes nobilis præerat, qui se regis potestatis fidei q. permisit. Ille imperio eirreddito, haud amplius quam ut duo ex tribus filiis secum militarent, exegit. Satrapes etiam eum qui penes ipsum relinquebatur, tradit. Barbara opulentia coniuivum, quoniam regem accipiebat, instruxerat. Id cum multa comitate celebraret, introduci XXX. nobiles virginis iussit, inter quas erat filia ipsius Roxane nomine, eximia corporis specie, & decore habitus in barbaris raro. Quæ quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos conuertit in se, maximè regis, minus tam cupiditatibus imperantis inter obsequia fortuna, contra quam non satis cauta mortalitas est. Ita q. ille qui uxorem Darū, qui duas filias virginis quibus formā, præter Roxanem, comparari nulla poterat, haud alio animo quam parentis aspicerat, tunc in amorem virginum, si regis stirpi compararetur, ignobilis, ita effusus est, ut diceret, ad stabiliendum regnum pertinere, Persas & Macedones connubio iungi: hoc uno modo & pudorem vicit & superbiam victoribus detrahi posse: Achillem quoq. à quo genus ipse dediceret, cum captiuua coisse,

*ne inferni nefas arbitretur, ita matrimonij ure velle iungi. Insperato gaudio latus pater fer-
monem eius exceptit: & rex in medio cupiditatis ardore iussit affirri patro more panem (hoc
erat apud M. icedones sanctissimum coëuntium pignus) quem diuisum gladio uterque liba-
bat. Credo eos quigenitis mores considerunt, parco & parabili victu ostendere voluisse iun-
gentibus opes, quantulo contenti esse deberent. Hoc modo Rex Asia & Europa introductam
inter coniuales ludos matrimonio sibi adiunxit, è captiva geniturus, qui vicit oribus impe-
raret. Pudebat amicos super vinum & epulas sacerum ex deditis esse delectum. Sed post Cli-
cicædem libertate sublata, vultu, qui maxime seruit, assentiebantur.*

A MISSA ERANT) In illa tempestate, hiemante cælo, multi iumenta, pecusque reliquerant, ar-
mæ etiam abiecerant, quæ sustinere non poterant.

O M N I A R E D D I T U R V M) præter vitam, quam mille seu milites, seu lixæ & calones posuerat:
hanc Ammone fatus reddere non potuit; nec suam Babylone retinere aut tueri. Hæc regum pa-
ganorum & diuorum Cæsarum erat diuinitas, qui humanitatem exuerant.

P E C O R A Q V E E T A R M E N T A) quomodo pecora ab armentis distinguemus? an pecora oves &
boves, armenta equos, ceruos, greges etiam elephantorum interpretabimur? vt Virgil. i. Aen.
de ceruis singillatim cecinuit:

tres littore ceruos

Frofficis errantes hos tota armenta sequantur

A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

Greges etiam ouium & elephantorum dicimus, vt & agmina elephantorum. Sed pecora, greges
& armenta. Indiscriminatim scriptores, & ipse Curtius, usurpant & confundunt. Si tamen cum iu-
ris consultis propriè loquare, Armento legato Modestinus boves, non oves contineri scribit. Idem
Pomponio placet. Pecudum seu pecorum nomine ijdem Iurisprudentes comprehendunt omnes qua-
drupedes, quæ gregatim habentur; veluti oves, boves, equi, muli, asini, sues, cameli, caprae.

S E X D I E R V M C O C T A C I B . F E R R E I V S S I T) De hoc onere militum qui sapè pluribus die-
bus annona humeris suis ferre cogebantur, dictum supra. Interim Stevvechium contulead cap.
19. Vegetij lib. i. Et Lipsium de re militari.

G R A T I A M R E L A T A M P R A E F A T V S) Quod ipsum cum matre & liberis seruasset, suaque
dynastiae restitus est. Sed hanc gratiam multo liberalius mox, vt sequetur, Alexander, qui ab nullo
vnquam se mortalium liberalitate vinci passus est, qui verè regius est animus. Syrimithri certè pro
duabus millibus pecorum, triginta millia reposuit: & infra Taxilli pro octoginta talentis mille re-
misit.

S A G A S P E T E N S) De Sagis siue Sacis Scythis dictum supràl. 7. c. 6. 23. Sed cur hic vastatos ait ab
Alexandro Sagorum terras, cum lib. 7. c. 23. se ipsi per legatos dediderint misso ad ipsos Escipino?
Defecisse illos cum Sogdianis non dubito, vt antè significauit.

C O H O R T A N U S) sicut in nomine Syrimithris Arrianus & Curtius dislensere, ita in Cohortano
dissentient, & hoc amplius, quod Cohortanum Roxanes patrem nemo præter Curtium affirmet, nec
ipse Curtius sibi constet, vt qui eundem Cohortanum in lib. 10. c. 6. Oxarem (alii Oxyartem) appellat.
Aut ergo Cohortanus & Oxyartes seu Oxatres idem omnino fuit homo, nisi quod duo nomina
gesserit, quod diligenter aduentum est, ne historiæ confundantur, aut certè lacuna hic aliqua &
hiatus est in Curtio, quod Rubenius quoque animaduertit l. i. c. 29. Ego, inquit, iam diu mecum dispu-
to, & Homeri verbis,

---- κατὰ οὐράνια περιποίησο

**Quid ita Roxanum Cohortani Satrapæ filiam Q. Curtius faciat, quam alij consensu Oxatris vel Oxyar-
tis Verba eius sunt hac lib. 8.**

Inde peruenit in regionem, cui Cohortanus Satrapes nobilis præerat, qui se regis potest at fidei, permis-
fit. Ille in imperio ei redditio, haud amplius, quam ut duo ex tribus filiis secum militarent, exegit. Satrapes etiam
eum, qui penes ipsum relinquelatur, tradit. Barbara opulentia coniunctionem, quoniam regem accipiebat, in-
struxerat. Id cum multa comitate celebraret, introduci xx. nobiles virgines iussit, inter quas erat filia
eius Roxane eximia corpori specie, & decore habitus in barbaris raro.

Vides ex contextu & serie, palam appellari Roxanem. At qui Arrianus cautus & veri diligens historicus
ita scribit: Καὶ ἦν Οξυάρτης παῖς πατέρεως τοῦ Οξανοῦ γένους, Πέρσης ἐθνοῦτος. Erat Oxyartis filia virgo iam viro

* Oxyartis matura, Roxane dicta. Atque adeò Alexander apud Curtium lib. 10. Ergo ipse * Oxyartis Persæ filiam mecum
seu Oxarte in matrimonio iunxi, non designatus ex captiva liberos tollere. Iterumque Curtius indicat, l. 9. * Oxyartes

prætor Bactrianorum non abolitus modo, sed etiam iure amoris, amplius imperii donatus est finibus. Vbi
Curtius sanè quam eleganter ius amoris dicit, quia non ex merito promotus, sed ab hoc in filiam affectus.
Quid igitur illum pro Cohortano substituius & temerarium sit & falsum. Nam quo hic narrantur non con-
gruant Oxyarti, qui iam diu in fide regis. Puto biatum aliquem & defectum esse, & post illa de Cohortano,
narrationem suisse de Oxyartis comitate & coniunctio, cuius causa sine occasione deest. Ponamus igitur ex lege

we notam inter hæc verba, tradit barbara opulentia, nam ut aliter nunc suppetias feram, non est copia. Regionem Arrianus in Sogdianis collocauit, omniaque cum Roxane in Sogdianis gesta dixit: Strabo in Bactriana, Ibi, inquit, sumtuose admodum hospitio exceptum Alexandrum & cum Roxana Oxyartæ filia nuptias peregrise.

ROXANE EXIMIA CORPORIS SPECIE) In Roxanes nomen omnes scriptores contentiunt, non item patris eius, vti demonstrauit. Formam porro virginis miris modis celebrat Arrianus, qui si- p. 92. f. mul modestiam regis commendat:

OMNIVM OCULOS IN SE CONVERTIT) vertis est verlus.

Formosa facies diu celari non potest.

MAXIME REGIS) Γυναικὲς δύμα τοῖς ἀκμάζεσσι βέλοις.

Terent. Eud.
nicho, act.
2. sc. 3.

Mulieris oculus spiculum iuuenibus est.

Certe Alexandro fuit, quo saucius statim captus est, qui ab nullis hostibus vt Hercules & noster Samson capi potuit.

NON SATIS CAVTA MORTALITAS EST) elegans & vera gnome:

Fortuna nunquam naturam corruptit suam.

vt supra de Dario dixerat.

VXOREM DARII) ἡ καλλίσκη, vt antea audiisti, δηλέγερο τὸν ἐν τῇ Αστα γυναικῶν, quæ mulierum totius Asiae pulcherrima erat.

DVAS FILIAS VIRGINES) Statiram vt Plutarchus nominat, Barsinen vt alij, & Drypetin Hephestioni postea desponsam, cum sibi Barsinen seu Statiram delegisset. tres enim Alexander uxores duxit, Roxanem primum, deinde Barsinem seu Statiram, postremo Parystatim Ochi regis natu minimam, vt Aristobulus apud Arrianum est auctor. De quibus nos lib. io. copiosè, vbi ex alijs scriptoribus ingentem Curtij lacunam expiebitus.

AD STABILIENDVM REGNUM PERTINERE) ita Plutarchus etiam testatur miris modis hoc facto deuincto Alexandre barbaros.

SUPERBIAM VICTORIBVS DETRAHI POSSE) si generaret è captiuæ qui victoribus imperaret.

ACHILLEM QVOQVE A QVO IPSE GENVS DED. CVM CAPTIVÆ COISSE) Et Briseidem amauit captiuam Achilles, & Polyxenam Priami filiam sibi in coniugem adoptauit. De Briseide Homerus Iliade i. & xix. De Polyxena Euripides in Troiadibus, Seneca in Hecuba Ouid. xiii, metam. Smyrnæus lib. 14. Virgil. 3. Aeneid. Philostratus in Apollonio Tyanœ & herotcis, Paulanias in Atticis, Homerus nusquam attigit historiam, ne dedecoret, vt ait Paulanias, Achillem. Dubites fandè de qua captiuæ loquitur hic Alexander Briseide an Polyxena, nam utraque captiuæ fuit, & utraque thalamis Achilli destinata.

De Briseide in xix. litera r. cecinit Homerus. vbi Briseidem Patroclim mortem facit deplorantem: Plura Ouidius, Q. Calaber, Philostratus præfertim l. 4. p. 172. de Polyxena.

Satis ex auctoribus constat, Polyxenam ab Achille nunquam in thalamum ductam, nec utrquam deuiginatam, sed desponsam duntaxat fuisse. Curtius ergo de Briseide, non Polyxena accepit endus est, cum Briseide enim ducta res fuit Achilli, quamvis captiuæ, quo exemplo tuerit se Alexander, vt qui ab eodem genus ducat, quemadmodum supra quoque gloriatur in supplicio Batis, gloriante, inquit Curtius, rege Achillem à quo genus ipse duceret, in uitatum se esse pœna in hostem capienda. Ad quod caput nos plura. Sed obstrepsit hic Acidalius & obnunciat cum annotat ad illa Curtij: Ita matrimonij iure velle iungi, & pro ita reponit vel ritè vel in. Quid ita, inquit, vult hoc loco sibi. abundat in nullum usum, nisi rite corrigendum, vel in ut libr. io. Oxatris Persæ taliam in matrimonio iunxi. nam illud eloqui vix etiam audeo, vt priora leuiter mutentur: cum captiuæ coisse, ne in se fore nefas arbitrentur. & tamen matrimonij iure velle iungi. Ne sibi turpe putent, etiam Achillem fecisse: & se tamen hoc amplius vt minus turpe sit, in matrimonium poscere coniugem legitimam, non pellicem aut amicam. Sed taceri hoc profecto poterat, quippe certo scio, turpius Alexandre Macedones censuisse, quod connubiali etiam iure captiuam sibi iungeret, quam si iunxit more tantum concubinali.

Errat Acidalius, Achilles Briseide captiuæ non pro concubina & pellice abusus est, sed quemadmodum illi Patroclus deductor promiserat, in legitimam vxorem duxerat: quod ex Homero & epitome rerum Troicarum intelligi potest. Ergo retinendum ita. Ita enim dixit Alexander sibi velle iungi iure matrimonij Roxanem, vti Briseida sibi iunxerat Achilles. Melius etiam inferni, quam in se fore, quia nisi legitimè duxisset, nefas nobilissimæ virginis intulisset.

IVSSIT AFFERRI PATRIO MORE PANEM) Hunc locum Alexander Neapol. respexit, vbi de spôlialorum & nuptiarum ceremonijs tractat, nec Tiraquellus alium præter Curtium huius moris testem inuenit. Rationem moris exponit ipse Curtius, cum subiicit auctores morum & coniugium voluisse docere natura paucis contentam, nec alio ferè victu coniugibus quam pane opus esse. Ea optima domus est, quæ minimo est contenta, inquit gymnophista apud Strabonem.

Ceterum de his Roxanes nuptijs Plutarchus etiam breuiter de Fort. Alex. Roxanes amore captus,

eamb

eam vnam uxorem soli sibi duxit. Darū verò Statiram imperioibusq; ita exposcentibus, et at enim opera precium hoc pauci genera inter se vinciri. Ceteras omnes Persidas tanto modestiā præstisit, quanto fortitudine Persas inuitam nullam vidit: quas vidit autem magis etiam aspernatus est, quam quas non vidit. Mire que cum ceteris omnibus blandus esset, solis venustis superbū se præbēbat. & quælibet sequuntur, ex quibus incredibilem Alexandri virtutem raro apud Christianos fortasse in tanta fortunā licentia inueniendam perspicias.

QVI MAXIME SERVIT) adulationi. quamvis

Vultum animo disparem, ingenuus haud ferat diu.

Ea res enim maximas in regia Alexandri tragœdias dedit.

C A P V T X I.

A R G V M E N T V M.

Iter in Indiam adornat. In ipsis cxx. millia recenset, auro & argento arma exercitus ex poliri iubet.



Aeterū Indianam & inde Oceanum petiturus, ne quid à tergo, quod destinata impedit posset, moueretur, ex omnibus prouincijs xxx. millia iuniorum legi iussit. & ad se armata perduci, ob sides simul habiturus & milites. Craterum autem ad persequendos Haustanem & Catenem, qui ab ipso defecerant, misit, quorum Haustanes captus est. Catenes in prælio occisus. Polypercon quoque regionem qua Bubacene appellatur, in ditionem rededit. Itaque omnibus compostis, cogitationes in bellum Indicum vertit. Dives regio habebatur non auro modò, sed gemmis quoque margaritisq; ad luxum magis quam ad magnificientiam exculta. Clypei militares auro & ebore fulgere dicebantur. Itaque necubi vinceretur, cum ceteris præstaret, scutis argenteas laminas, equis frenos aureos addidit, loricas quoque alias auro, alias argento adornauit. CXX. millia armatorum erant, qua regem ad id bellum sequebantur.

INDIAM ET INDE OCEANVM) De India Curtius ipse infrà cap. 17. tra&t, & regionem gentisque mores accuratè describit, vbi nos plura. De Oceano autem l. 9. c. 16.

OBSIDES SIMVL HABITVR VSET MILITES) Sapiens consilium, ex iuuentute enim tantum nobilissimi quique adscribantur, qui simul obsidum loco esent, Principum inquam & Satrapirū filij, viliorum enim & mancipiorum precium nullum erat nec cura. per illos autem simul gentes ex quibus lecti erant, in officio retentur us erat.

HAUSTANEM ET CATENEM) è quibus Catenes Bessum Alexandro vindictum opera Spitame-nis tradiderat, vt est l. 7. c. 11. Catenes porrò mox cum Spitamene ab Alexandre defecit, vt est c. 16. libri superioris. Catenes erat ille nobilis & certus sagittarius, qui aues etiam in aere excipiebat, vt est c. 13. lib. prioris. De Haustane siue Austane, vt ab Arriano vocatur, nulla alibi quod sciā mentio, est.

HAUSTANES CAPTVS EST, CAT. IN PRAEL. OCCISVS) testatur idem Arrianus.

PO LYPERCON QVOQUE REG. QVAE BUBACENE APPEL. IN DIT. REDEGIT) Polyperconis seu Polypercontis, vt est apud Arrianum, seu Polyperchontis vt à Diodoro appellatur, viri interduces post Craterum principis, multa & supra mentio habita, & infrà habebitur. Bubacenam autem regionem nemo præter Curtium laudat.

DIVES REGIO) hæc infrà cap. 17. copioè describitur.

CLYPEI MILITARES AVRO ET EB. FVLG. DICEBANT VR) Ne Indis in armorum splendor recedere videretur, ipse quoque suum exercitum auro argento quoque ornauit. Iustinus in 12. Posthac Indianam petit, vt Oceano ultimoque Oriente finiret imperium. Cui gloriae vt etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleræ equorum, & arma militum argento inducit, exercitumque suum ab argenteis clypeis Argyraspidas appellavit. Quod Iustinus hic affirmat exercitum Alexandri ab argenteis clypeis Argyraspidas dictum, tum primum cum in Indianam moueret, à vero procul repulsum videtur, cum lib. 4. c. 32. iam Argyraspidas Curtius in acie post phalangem constitutas doceat: ad quem locum à nobis dicta recognolces.

CXX. MILLIA.) mirum hoc non in Dario vel Orientis regibus, sed Alexandro omnis ferè multitudo inis contemtore. Sed ob famam credo & pompam auxit exercitum.

C A P V T XII.

A R G U M E N T V M.

Rex vult Deus credi & coli. in recusantes irarū fulmina iactat. Hages & Cleo adulatores Græci Deum pronunciant, Callisthenes philosophus obnunciat.



Amque omnibus præparatis, quod olim præuamente conceperat, tunc esse maturum ratus, quomodo cœlestes honores usurparet, cœpit agitare Iouis filium, non dicit tantum se, sed etiam credi volebat, tanquam perinde animis imperare posset ac linguis. Itaque more Persarum Macedonas venerabundo ipsum salutare prosterentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti pernicioſa adulatio, perpetuum malum regū quorum opes sapienti assentatio quam hostis euerit. Net Macedonum hac erat culpa, nemo enim illorum quicquame expatrio more libare sustinuit, sed genitorum, qui professionem honestarum artium malis corruperant moribus. Hages quidam Argivus pessimorum carminum post Cherilum conditor, & ex Sicilia Cleo, hic quidem non ingenio ſolum, ſed etiam nationis uitio adulator, & cetera urbiſ ſuarum purgamenta, qua propinquis etiam maximorumq; exercituum ducibus à rege præferebantur. hi tum calum illi apiebant, Herculemq; & Patrem Liberum, & cum Polluce Castorem nouo numini tefſuros eſe iactabant. Igitur festo die omni opulentia conuiuum exornari iubet: cui non Macedones modò & Graci principes amicorum, ſed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus tum diſcubuiſſet rex paulisper epulatus conuiuo egreditur, Cleo ſicut præparatus erat, ſermonem cum admiratione laudum eius iſtituit. merita deinde percenſuit, quibus vno modō referrit gratiam poſſe, ſi quem intelligerent deum eſſe, conſiderentur, exigua thuris impensa tanta beneficia penſaturi. Persas quidem non pie ſolum, ſed etiam prudenter reges ſuos inter Deos cole-re: maiestatem enim imperii ſalutis eſſe tutelam: Ne Herculem quidem & Patrem Liberum prius dicatos deos, quam viciſſent ſecum viuentium inuidiam. tantundem quoque posteros credere, quantum preſens atas ſpoondiſſet. Quod ſi ceteri dubitent, ſemet pſum, cum rex inſet conuiuum, proſtratum humi corpus, debere idem facere ceteros, & imprimis sapientiā præditos. Ab illis enim cultus in regem exemplum eſſe prodendum. Haud perplexè in Callisthenem dirigebatur oratio, grauitas viri & promta libertas inuisa erat regi, quasi ſolus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur. Iſtum silentio facto, vnum illum intuetibus ceteris, Si rex, inquit, ſermoni tuo affuiſſet, nullius profecto vox responsuri tibi deſideraretur. Ipſe enim pteſeret, ne in peregrinos externosque ritus degenerare ſe cogeres, ne in rebus felicissimè gestis inuidiam tali adulazione contraheres. Sed quoniā abeſt, ego tibi pro illo repondeo, nullum eſſe eundem & diuturnum & præcoquem fructum, cœleſtesq; honores non dare te regi, ſed auferre. Intervallo enim opus eſt, ut credatur deus, ſemperque hanc gratiam magnis viris poſteri reddunt. Ego autem ſeram immortalitatem precor regi, ut & vita diuina ſit, & aeterna maiestas. Hominem conſequitur aliquando, nunquam comitatur diuinitas, Herculem modò & Patrem Liberum conſerata immortalitatis exemplare referebas. Credeſne illos unius conuiuiū decretos deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura eſt, quam in cælum fama perueheret, ſcilicet ego & tu Cleo. Deos facimus. à nobis diuinitatis ſua auctoritatem accepturus eſt rex. Potentiam tuam experiri libet. fac aliquem regem, ſi deum potes facere. facilius eſt cælum dare quam imperium? dī propitiū ſine inuidia, qua Cleo dixit, audierint: eodemque curſu quo fluxere adhuc res, ire patientur noſtris morib; velint nos eſſe contentos. Non pudet patria, nec deſiderio ad quenam modum rex mihi colet-

colendus sit, à Persis discere, quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges quis viuimus, accipimus. Aequis auribus Callisthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur. Expresserat non assensionem modò, sed etiam vocem seniorum præcipue, quibus grauis erat inueterati moris externa mutatio. Nec quidquam eorum quæ iniucem iactata erant, rex ignorabat, cum post aula ea quæ lectis obduxerat, staret. Igitur ad Hagem & Cleonem misit, ut sermone finito barbaros tantum, cum intrasset, procumbere suo more paterentur. & paulò post quasi potiora quedam egisset, conuiuum repetit. Quem venerantibus Persis, Polyperton, qui cubabat supra regem, unum ex his mento contingentem humum, per ludibrium cœpit hortari, ut vehementius id quateret ad terram, elcuitque iram Alexandri, quam olim animo capere non poterat. Itaque Rex. Tu autem, inquit, non veneraberis me? an tibi vni digni videmur esse ludibrio? Ille nec regem ludibrio, nec se contentu dignum esse respödit. Tum detractum eum lecto rex præcipitat in terram. Et cum is pronus corruisset, Vide ne, inquit, idem te fecisse, quod in alio paullò ante ridebas? & tradi eum in custodiā iusso conutuum soluit. Polyperton quidem postea, prius castigato ignouit: in Callisthenem olim contumacia suspectum, per uitacioris ira fuit, cuius exsplendematura obuenit occasio.

Sequuntur quinque tñ istissima capita quæ superbiam regis, Macedonum indignationem, ephborum coniurationes & cædes, inter quas & Callisthenis, repræsentat, qua potissimum non solum omnium præteriorum facinorum & factorum quantumvis fortium & illustrium famam & laudem corrupti, sed iusta etiam apud omnem posteritatem inuidia conflagrauit. Cæterum quæ his capitibus acta sunt Cariatae in Bactriana Strabo accidisse refert, Cariatae enim disertè comprehensum ab Alexandro Callisthenem affirmat.

MATVRM R ATVS) Indiam ingressurus non volebat minor videri Hercule & Baccho, qui Indos prioribus sacerulis adierant, & pro diis postea culti fuerant. Maturum ergo tum erat, ut publicè pro Deo coleretur, vt exemplo Persarum & Macedonum permoti Indi crederent, nouum ad se numen è cælo descendisse, aut certè è terra Europa extitisse atque virtute ad Indos penetrasse. Vocabem ratus ex Acidalio assumsi, & reuera desideravi iudicavi, sicut infra à Persis discere, quæ res Glaeanum confudit ut locum non explicaret.

IOVIS FILIVM) Ammonis vt suprà sæpè.

PERINDE ANIMIS IMPERARE POSSET AC LINCVS) Facile poterat extorquere à subiectis vt diceretur Iouis filius, sed vt crederetur, nec ipse Jupiter Ammon efficere poterat, cogitationes enim cù lateat, cogi non possunt, etiä trons, vultus, oculi, lingua, fingant, seruant & mentiatur.

MORE PERSARVM) Multus est Curtius in hoc ritu Persarum & cultu adorationis seu venerationis explicando & execrando, vbi Alexander eundem à Macedonibus si abidhiberi cupiebat: totum hunc locum apud *Brissionem egregie tractatum leges, vbi multa etiam Curtij mentio, nec opus hic actum agere. tuè venias in rem prælentem.

Cæterum non stetit hic regum fastus, vt paterentur, imo iuberent se adorari, sed eò superbiae & impietatis progreßi sunt, vti statuas quoque tuas numinis ritu coli vellent & præciperent, cuius documentum apud Danielem in Nabuchodonosore habes, & apud Philostratum in Apollonio de statua item aurea.

Eximendus tamen scrupulus hic videtur de regum adoratione. sæpè enim sunt aulicæ duntaxat elegantiæ, & ritus gentium non damnati: David certè ab Idolorum cultu vel maximè abhorruit, & tamen pronus adorauit Saulem regem, & coniux Dauidis Salomonis mater etiam ipsum Dauidem eodem ritu venerabunda coluit, & hoc genus προσκυνήσεως plures in literis sacris cognosces, vt mirum sit illum cultum à Mardochæo, Amani negatum, ne, videretur transferre Dei cultum in homines. at qui hoc alij fecerunt ex Iudæis vt dixi, & sine nota Idolatriæ. Videtur Mardochæus diuinitus cognouisse Amanis diuinitatem affectantis insolentiam, eoqué negasse illi impensum ab alijs quamuis visitatum cultum. Nos ad Curtium redeamus.

PERNICIOSA ADVLATIO) Vera parœmia: Turpis adulator non minus hoste ferit, quod hic planè Curtius dicit, cum subiungit, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius astentatio, quam hostis (hostis lego, non hostis) vt ineptissimæ operæ excuderunt) euerit. Extant multa passim optima dicta in pessimos adulatores, quæ tu apud eos leges, qui communes locos in polyantheas coniecere, plurima quoque passim Stobæus l. i. c. 42. ad quæ non pauca Opsopæus.

NEC MACED. HAEC ERAT CVLPA SED GRAECORVM) Græci enim potissimum adulatores, sed Macedones non Græci? Demosthenes Macedones non pro Græcis sed barbaris habuit, Philippumque Alexandri patrem barbarum appellavit, vt ad primum Martialis epigramma & verbum Barbara pyramidum iam olim doci. Quod si terram Græciam inspiciamus, etiā Macedones vt suprà in caussa Philotæ demonstratum est, erunt Græci.

PESSIMIS MORIBVS CORRVPERVNT) Qui non, vt dixerunt, ita vixerunt, quod de Atheniensibus fertur, illos nosse quid agendum, sed non agere. Alexandri adulatores potissimi erant hic

Agis

*De regno
Persarum
p. 8.

vidr Scra-
tum:

EXPLANATIONES.

505

Agis & Nicesias & CLEO & Anaxarchus à Nicocreonte postea in mortario pistillis contusus. Sicomphantas & vitilitigatores Eustathius ad secundum Homerii appellatos ait.

HAGES QVIDAM ARGIVVS) * Arrianus Agidem Argium poetam appellat. Quum * p. 85. verò Persas iam ac Medos admiraretur, eosque vestis immutatione totiusque cultus ratione imitaretur, non videbatur ob eam rem ullus adulatoribus, qui eius animum eo pellicerent, neque sophistis quidem siue Anaxarcho siue Agide poëta Argio equisse. Gyraldus Dial. 3. hist. poet. nihil de Hage seu Agide narrat, præter id quod hic Curtius tradit: nisi quod ex Pausania addat alium extitisse. Agidem poetam Amphyptolemi F. qui Antiochenus cecinerit post Epopæi interitum à Lamedoë reuocatum Thebas rediisse, inibique in via peperisse. Sed hic nihil ad fides Curtianas. Agidis adulato- Apoph. I. ris apophthegma est de Alexandro, à quo cum Agis videlicet cuidam γελαστοῖς ingentia munera 6. p. 209. dari, exclamauit; O rem absurdissimam! & Alexandro rogante, quid diceret? Fateor, inquit, me pati non posse, vos à Ioue prognatos omnes pariter assentatoribus delectari. Siquidem & Iupiter Vulcanum habet promotione, & Hercules Cercopibus, & Bacchus Silenus delectari consueuerunt. Tales vide- mus & apud te magnifici. Pestilentissimum genus adulatioonis, sub libertatis imagine blandiri.

POST CHÆRILVM) De Chærilo dictu in prodidagnatis seu prolusionibus: sed hic proprius est locus, nec multis tamen agam, quod egit iam Gyraldus, cuius tibi verba ad numero, vbi de duobus Chærilis altero eoque antiquiore laudatissimo poeta, altero de quo hic sermo, insiceris- mo. Nam ita Gyraldus ex Horatio & alijs: Tunc me intuens Piso ait, Nunquid iste est (de priori du. p. 108. bitabat) Chærilus, cuius in poetica meminit Horatius Flaccus, atque item in epistolis, cum ita cecinit:

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chærilus incultis qui versibus, & male natu-
Rettulit acceptos regale nomisma Philippo.

Cui ego, Est istuc, inquam, Piso parum mihi compertum, non enim utriusque tempora conueniunt. Namque iste de quo Horatius, circa Olympiadem C X I I I. cum Alexandro Macedone vixit, ille de quo ego modo loquebar LXXV Olympiade floruit: quare omnino duos satius puto erit ut statuamus. Istum etenim quem dicis in castris secutum esse Alexandrum, historici prodidere, atque ab eo Alexandri gesta perscripta inepte, sic tamen ut Alexandrum ipsum dixisse ferant, malle se Homeris Thersitem esse, quam Chærili Achilem: & cum eo præterea pepigisse, ut pro singulis bonis carminibus singulos aureos acciperet, pro malis, colaphos, seu alapas. Verum opere iam perfecto cum recitaret, tot mala inuenta esse dicuntur, ut alaparum multitudine enectus sit. Subiungit idem de tertio quodam Chærilo tragico & Helymone insulso poeta, quætute videbis. De duabus agit etiam Suidas in vocibus χοίριλος καὶ χοίριος, Nota de Helymone poeta ibid.

Ex SICILIA CLEO) Mirum dictu, quicquid à Cleone Siculo disputatum ait Curtius, hoc totū Anaxarcho Sophistæ Abderitanus a signat Arrianus. Nec apud Plutarchum vlla Cleonis mentio, & multa Anaxarchi.

NATIONIS VITIO ADVIATOR) ergo Siculi adulatores? non memini ab alijs scripto- ribus hac laude insignitos. Quod semibarbare locuti sint supra docui, & scriptores testantur. Firmicus acutus, Cicero I. in Verrem, genus hominum acutum & suspicuum dicit; & in 2. de Orat. Siculos facetos & orat. 6. in Verrem, Σικυλίζειν vero apud parœniographum de vafris & improbis dicitur. De variarum porrò gentium virtutibus & vitiis tractat Alexand. Neapo. I. 4. genial. cap. 13. Extat alijs scriptor de moribus gentium improbus & impudens, cuius nomen prætero, ne chartas meas inquinem, famosus enim potius libellus, quam verus liber.

HIC TVM ILLI CAELVM APERIEBANT) Argutè hoc, nec sine ironia & irrisione, quasi in adulatorum potestate fuerit mortalibus cælum vel claudere vel aperire, & inter cælites, quos ipsis vñum, referre. Arrianus hanc Cleonis orationem Anaxarcho transcribit.

HERCVLEM QVÆ) Diversi fuere Hercules, de principe Hercule ex plurimis scriptorib. p. 85. eruditissimus Natalis Comes lib. 7. cap. 1. decem totis paginis, quibus nihil addo nisi Gyraldum, qui prope paria Syntagm. X. hist. deorum. Multa his omnibus antiquior Cornutus seu Phurnutus lib. de natura Deorum, titulo de Baccho.

ET PATREM LIBERVM) de hoc iam non pauca lib. superiore cap. 21. ex eodem Phur- nuto, Gyraldo, Natali & alijs.

CVM POLLUCE CASTOREM) De Castore & Polluce scriptissimus ad Martialis epigrammata, & habes longissime explicata ab Natali Comite I. 8. toto capite 8. apud Gyraldum Syntagmate 5. De Castoribus (eu Diolcuris, vti Græcis appellantur, Ledæ ex Ioue FF. Tyndaridis: Sed hic historias non fabulas tractamus, quas apud Comitem & Gyraldum, ut dixi, reperias.

CONVIVIVM EXORNARI IVBET) Ridet hoc confilium Callisthenes: Gredesne illos vniuersalium decreto deos factos?

NOVO NVMINI CESSVRROS) Alexandro veluti maiori, cui minorum gentium dij, tanquam semidei cessuri & seruituri sint,

EXIGVA THVRIS IMPENSA) Non contentus ille assessor, seu Cleo, seu Anaxarchus humilia & viliissima adoratione erat, sed volebat Alexandro veluti praesenti deo etiam thus adoleri, quod in sacrificijs deorum tantum siebat. Alios veteres honores hominibus, alios heroibus, alios diis adhibebant. De quib. Gyrald. synt. 17. huius loci memor, etiam ex Arriano ostendit.

MAIESTAS IMPERII TVTÈLA SALVTIS) Nobilis gnome & vera, regia enim maiestas loco legis est, quandiu debita veneracione colitur rex. Secura est respub. vbi recessit veneratio; omnia susque deque feruntur, aguntur.

QVAM VICISSENT SECVM VIVENTIVM INVIDIAM) Priusquam ingentibus facinoribus omnes alios mortales longè superassent, ob quorum admirationē post mortem sunt immortalibus inter cælites numerati. De Apotheosi Herculis & Bacchi paullò post ad illa verba Callisthenis. *Prius ab oculis mortalium amolita natura est.*

TANTVNDEM POSTEROS CREDITVR OS) Si iam vius pro deo coletur, etiam à posteris cultum iri, si viuo diuinitas à viuis abdicetur, nec à posteris deum creditum vel adoratum iri.

IN PRIMIS SAPIENTES) quorum princeps inter praesentes erat Callisthenes, à quo Cleo volebat initium adorationis fieri. Et quia de Callisthene dubitabat, & Cleo seipsum quoq; inter philosophos numerabat, se initium facturum pollicetur. Ita Callisthené exemplo motum, tectorum, aut inuidiam ultimam apud regem subitum, quod & factum est.

GRAVITAS VIRI ET PROM. LIBERT. IN VISA ERA T REGI) Callisthenis grauitas Alexander erat inuisa, quam reddidit Anaxarchus inuidiosorem. Plutarch. Callisthenis consuetudinem vel alias ob austerioratem parum gratam, insuper reddidit inuidiosam. Et infrā: *At dum fortiter & sapienter recusat, prostratus humili Alexandrum salutare, solusq; disserit publicè ea qua in occulto optimus quisq;, & natu maximus inter Macedonas stomachabantur: magna quidem macula Macedones, & Alexandrum maiore exsoluit, deterrens eum ab adoratione: se vero ipse perdidit, quod extundere id magis regi, quam videretur persuadere.*

SI REX SERMONI TVO ADEVISSET) Nesciebat Callisthenes à Cleone, Hage, Anaxarcho omnia ex composito fieri, conuentumque antea inter Alexandrum & adulatores, eoque nomine regem ex medijs sepulis surrexisse, & secessisse, ut reuerentem omnes adorarent. Arrianus à Callisthene, praesente Alexandro orationem hanc habitam contra adorationem aduerlus Anaxar- chum, non Cleonem tradit.

IPSE ENIM PETERET) Procul à mente Alexandri, hæc petitio & ratio diuinitatem & cælum cum gigantibus affectantis. Non fuit Callisthenes artium & adulacionum aulicarum gnarus: & verus est senarius:

Scholasticus in aula, asinus inter simias. ὅνος ἐν πιθήκοις. Trahunt tamen hoc verbū ad laudem scholastici. ego nolim ita laudari.

NVL VMESSAEVNDEM ET DIVTVR. ET PRAECOQVEM FRVCTVM) Elegans similitudo & nobilis gnome: nam citò nata, citò pereuunt. sumpta est comparatio ab arboribus præcocibus, quales sūt amigdalus, nucipersicæ seu præcoces, de quibus Plinius, & singillatim de pomo nucipersico, quia non aliud fugacius. *Longissima namque decerto bidui mora est, cogitq; se venundari.* Adi nostros commentarios ad Martialem, l. 13.

Vilia maternis fueramus præcoqua ramis.

Nunc in adoptiuis Persica cara sumus.

DE AMYGDALO IDEM: FLORET PRIMA OMNIUM AMYGDALA MENSE JANUARIO: MARTIO VERÒ POMUM MATURAT. Transferuntur hęc in ingenia præcoccia, honores præproperos, & hoc genus alia. Alciatus emb. 208.

Cur properans folijs præmittis amygdale flores?

Odi pupilos præcocis ingenij.

Quintilianus enim testatur hoc præcox ingeniorum genus nunquam ferè peruenire ad frugem. & Actius apud Gellium ait, *In iuuenilibus ingenj̄s itidem sibi placere, vt in ponis immaturis acerbitas ipsa placet; ea enim demū maturescere (maturitas enim tempestiā adfert suauitatem) reliqua ante tempus putreficeret.* Adfert Claudius Minos ex Cælio Rhodigo ex exemplum de Hermogene Rethor quod in commentario eilis ad Alciatum leges.

PRÆCOCEM FRVCTVM) De voce præcox præcoccis etiam grammatici tricatur. Negat Gellius dici præcox præcoquis, rescriberendum esse præcoccis, quod in recto non scribatur præcoquis, sed præcox, & versum ex Afranio adducit: *Appetit dominatū demens præmatu're præcoccem. In quo versu, inquit Gellius, animaduertendum est, quod præcoccem inquit, non præcoquem; est enim casus eius rectus, non præcoquis, sed præcox.* Apud Curtium ergo legendum erit præcoccē, vt pleraque edita ostendunt exemplaria. MS. Constantiensis & Modiana præcoquem habent, quibus mea sententia Gelliana emendatio erit præferenda. Est tamen hęc vox duplicitis ordinis, secundi & tertij, vt dicatur præcoccus, præcoqui, & præcox præcoccis, quod ex Icriptorum auctoritate docui ad Martialem.

CAELESTESQUE MON. NON DARE TEREGRISSE AVERRRE) eleganter hoc; propter enim inuidiā rei nouę & inauditę in Grecia viuo mortuoq; detraketur honos Alexandri cælestis, & gloria eiusante ipsum euanscet & extinguetur, adeoque Deus ante Deum, sed mortalem, morietur.

INTERVALLO OPVS EST) Opus est, vt prius & mortalitatem exuat, & per mortem à mortibus recedat, vt Bacchus & Hercules fecere. De

De Hercule eleganter Naso: l. 9. Met. v. 250. Horatius qui Bacchum & Castores addit l. 2. Epist.

Bacchum porro eodem modo cum Hercule exustum, & in cælum inde receptum cecinit Siodonius Antipater:

Αμφότεροι δύεινθεν διμφότεροι τωλεμισαί,
Κάκηνός. Νύρσωδεινός. δὲ ροπάλῳ
Α μφοῖ δε εἴησαι συνέργειον εἰκελα δ' ὅπλα,
Νεβρὸς λειοντῆ κύμβαλα δὲ πλατάγη.
Ηρη δὲ αμφότεροις χαλεπὴ θέος οἱ δὲ ἀπὸ γάρις
Ηλαῖον εἰς ἀδανάτης, ἐκ ταυρὸς διμφότεροι.
Ambo Thebani, bello simul ambo potentes,
Hic clava, hic thyrsos; natus uterque Ioue:
Amborumque columnæ atque arma simillima utriusque
Cymbala clamori; pellem & uterque tulit
Et granis ambobus Iuno Dea: adiuit uterque
E terra ad superos igne cremantem Deos.

SEMPER QVE HANC GRATIAM MAG. VIR. POST. REDDVNT) Ita de Romulo testatur in Catone M. Tul. Romulum qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque sustulimus.

De Hercule Arrianus: Sed ne Herculi quidem, cum adhuc in viuis esset, diuini honores à Gracis delati sunt, in modo nec mortuo quidem, donec Delphico oraculo, ut pro deo coleretur, iussum fuit. lib: 4.

De Libero patre seu Bacco Paulianus in Atticis: Agebatur dies festus apud Athenienses, quo die Liberi Patri cultum à Pegaso Eleutherensi ex oraculo delphico acceperunt, quæ dicebantur Oschorophoria. Huic Libero Patri seu Bacco primi mortalium Phœnices sacra instituerant, quæ postea Orpheus in Graeciam ad Thebanos detulit, in quibus laniatus fuit. N. tal. videl. 5. c. 13.

PRIVS AB OCVLIS MORT. A MOL. NAT EST. Prater hos, inquit Alexander Neapolitanus, l. 6. c. 4. fuere dī indigetes, qui ex hominibus in deorum numerum asciti; propter eximias bellī pacisque artes, quod, p. 325. f. 2. de genere humano bene meriti essent, post mortem numinibus aquatis, celebrem posteris memoriam reliquerunt, ut Hercules & Aeneas quem vocant Indigete, Castor & Pollux, Aesculapius & Romulus: atq; alij.

Proinde Vespahianus, ut est apud Tranquillum, in ultima ferē vitæ linea constitutus, cum morituraret, ut video, inquit, Deus sis. De filio Cesare eleganter Ouidius extremo transformationum.

Hic tamen accepit delubris aduena nostris. (Aesculapius nempe)
Cæsar in urbe sua Deus est; quem Marte togaque
Principium non bellæ magis finita triumphis
Resque domi gestæ properataque gloria rerum
In fidus vertere nouum, si ellamque comantem.

Enarrat deinde Cæsar ingenia facta, & mox ubiicit:

Neforet hic, inquit, (Augustus adoptatus Cæsaris) mortali semine cretus Ille (Cæsar) Deus faciens erat.

De scriptis deum cædis omnibus & ipsa cæde, concludit,
Vix eas fatus erat, media cum sede senatus
Constitit alma Venus, nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in æra solui
Passa recentem animam, cælestibus intulit astris.
Et quæ sequuntur.

SCILICET EGO ET TU CLEO elegans ironia. Nempe nos sumus illi supra Iouem dij, qui noua possumus fabricari numina. Age experire vires tuas, minus est regem creare & facere, quam deum. Si regem nō potes, quando poteris deum. Facilius est dare imperiū, an cælum? illud non potes, hoc quomodo poteris? vereor equidem ne cælum nobis, Cleo, iratum sit propter hanc tuā orationem, & dij felicissimum adhuc rerum & victoriarum cursum inuertant, ac permutent. Certè Hermolaus hanc superbiam affectatæ diuinitatis obiecit regi, cum infra dixit. Tu Macedonas voluisti tibi genua ponere, venerarique te ut deum: tu Philippum patrem auersari, & si quis deorum ante Iouem haberetur, fastidires etiam Iouem. Et quæ sequuntur.

NEC DESIDERIO ita lege, non desiderio, ex mendosis operarum formis.

QVOS ÈQVIDEM VICTORES ESSE) Sententiam horum verborum negauit se Glareanus potuisse esse qui, Obscurum, inquit, sensum facit quos relatiuum quid enim referat deos ne an reges ac Macedonas in dubium trahi potest. Sed iudicet lector. Iudico ergo, nec deos, nec reges, nec Macedonas referri particulam quos: Sed ad victos Persas, prioremque verum ita cum Acidalio legendum, quemadmodum nostra editio posterior habet: Nec desidero ad quem modum rex mihi colendus sit, à Persis discere, quos equidem victores &c. quos, ergo ad Persas vero & germano sensu referendum. Nec obscura amplius sententia est. Si nobis victoribus ad ritum Persarum qui victi sunt, viuendum est, ergo victi leges viuendi victoribus præscribunt, adeo q; ipsi victores nostri, nos vivi sumus. acutè & acerbè aduersus Cleonem & Alexandrum. Atque hæc est oratio Callisthenis aduersus Cleonem apud Curtium. Idem lemma tractat Arrianus aduersus Anaxarchum, quem

Arrianus Cleoni substituit, sed modo haud paullum diuerso, ex quo non mendose colligas ab his scriptoribus pro cuiusque ingenio idem argumentum diuersa ratione tractatum. Arrianus plura p. 85. & seq.

EXPRESSERAT NON ASSENSIONEM MODO) Arrianus idem, sed verbo & sine seniorum aut iuniorum discrimine: *Hac aliaque, inquit, huiusmodi cum dixisset Callisthenes, Alexandrum quidem molestissime tulisse, Macedonibus verò gratissima fuisse.*

Iustinus de hac ipla adoratione ab Alexandro affectata & Callisthenis constantia in XII. Deinde, inquit, quod primo ex Persico superbia regiae more distulerat, ne omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit. Quares & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit: siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen est à Macedonibus mos salutandi regis explosa adoratione.

POLYPERCON, QVI CVBABA T SVPRAREGEM) Pro Polyperconte Arrianus Leonnatum ponit. Sed quid hoc quod dicit Curtius Polypercontem supra regem accubuisse, locone honoriatore quam ipse rex nequaquam. Reuocabo paucis in memoriam que ad illos Martialis Sczonates edidi.

I. 6. Epig.
50.
P. 469.

Medio recumbit imus ille qui lecto.
In cænaculis Romanorum (imò & Græcorum) ut plurimum tres lecti erant, in quibus discubebatur ad mensam, vnde triclinia sunt appellata. nonnunquam tandem duo tantum, ut apud Plautum legas biclinium à duobus lectis. Porro singuli lecti capiebāt binos, ternos, quaternos aut quinios etiam coniuias, quanquam apud Romanos quini in uno lecto, raro aut nunquam accubuerint. Inter tres ergo lectos, medius lectus erat honoratissimus, & medius locus in medio lecto omnibus dignior. Tribus accumbentibus in uno lecto, summus dicebatur, qui ad caput lecti cubabat, imus qui ad medij & dignissimi pedes. Quanto duo tantum, summus dignissimus habebatur. Si quatuor, proximus à summo honoratissimus; imus verò, qui ad tertij pedes iacebat. Hec vt ne ficta nobis putemus, accurate tractat accuratissimus Lipsius lib. 3. antiq. lec. Ciac. lib. de Triclinio. Stuckius l. 2. coniuiis. c. 34. Hinc iam intelligis, cur dicat poeta Imus, & medio lecto: ea enim erat consuetudo, ut terni plerunque in uno lecto accumberent, & qui ad pedes medij in medio lecto accumbebat, imus dicebatur recumbere: qui quidem locus fuit consularis olim dictus, de quo Cianius multa ex Plutarcho.

Intelligis ergò in lecto triclinari Alexandri, medium accubuisse Alexandrum, qui locus erat honoratissimus, supra Alexandrum Polypercontem, ut Curtio placet, sine Leonnatum ut Arriano, in, imo seu ad pedes Alexandri alium aliquem examicis, quem ego Hephestionem fuisse ex Plutarcho & Arriano disco, cum hoc enim inter epulas familiariter qualiterorum est locutus, & Hephestio caput in sinu ferè Alexandri positum habebat, sicut Ioannes in Christi.

MENTO CONTINGENTEM HV M V M) Quasi osculata terræ impressurus, de quo feruili hominum genere Martialis:

I. 10. q. 22.

*Ad Partbos proculite pileatos
Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.*

Hic ritus hodieque durat apud Molchos, qui honoris causa dicunt, ferio fronte humum; & ferunt reapse. Sed Polyperconti ferè idem accedit quod Clito, nisi quod occisus non sit: solutum tamen ipsius causa coniuiū, ipse electus lectulo, in vincula ductus, castigatus, receptus postremo in gratiam. Hac omnia frigidè Arrianus in persona Leonnati.

PRIVS CASTIGATO) Diu castigato, ignouit, antè legebatur. Acidalius diu mutauit in prius, liquidiore sanè intellectu: sed inest tamen priori lectioni germanus & aptus sensus: ut dicas, diu castigato in carcere, tandem ignouit. Callisthenis odium alta mente repositum, quod suo tempore expromxit, ut ex atroci eius postea suppicio apparuit: onerauit hunc inuidia & odio apud Alexandrum Anaxarchus, ut est apud Plutarchum.

CAPUT XIII.

ARGUMENTVM.

Mos principum iuuentutis excubandi; honos eorundem. Hermolai castigati in regem cum socijs coniuratio, periculum regis.

Nos erat (ut supra dictum est) principibus Macedonum, adultos liberos regibus tradere ad munia haud multum seruilibus ministerijs abhorrentia. Excubabant seruatis noctium vicibus proximi foribus eius ad ista qua rex acquiescebat. Per hos pellices introducebantur alto aditum, quamquam armati obsidebant. Idem actos ab agasonibus equos cum rex ascensurus esset, admouebant, comitabanturque & venantem, & in pralys, omnibus artibus studiorum liberalium exculti. Præcipuus honor habebatur, quod licebat sedentibus vesci cum rege: castigandi eos verberibus nulli ius nisi potestas per ipsum erat. Hæc chorus velut seminarium ductum praefectorumque apud Macedonas fuit. Hinc habuerè posteri reges, quorum si irre post multi atates Romani opes ademerunt. Igitur Hermolaus puer nobilis ex regia cohorte cum aprum telo occupasset, quem rex ferire destinauerat, iussu eius verberibus affectus est. Quam ignominiam ægryferens deflere apud sostratum cœpit, ex eadem cohorte erat sostratus amore eius ardens. Qui cum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur, forsitan olim ob aliam quoque causam regi infestus, iuuenem sua sponte iam motum, data fide acceptaque per pulit, ut occidendi regem consilium secum iniret. Nec puerili impetu rem executi sunt: quippe solerter legerunt, quos insocietatem sceleris assisterent, Nicostratum, Antipatrum, Asclepiodorumque placuit & Philotam assumi. Per hos adiecti sunt Antiles Elaptonius & Epimenes. Ceterum agenda rei haud sane facilis patebat via. Opus erat eadem omnes coniuratos node excubare, ne ab experibus consilij impedirentur. Fortè autem aliis alia node excubabant. Itaque in permundis stationum vicibus, ceteroq; apparatu exsequenda rei, triginta & duo dies absumpti sunt. Aderat nox, qua coniurati excubare debebant, mutua fide lati, cuius documentum tot dies fuerant. Reminem metus spesue mutauerat. tanta omnibus vel in regem ira, vel fides inter ipsos fuit. Stabant igitur ad fores adi eius in qua rex vescebatur, ut coniuratio egressum in cubiculum deducerent. Sed fori una ipsius simulque epulantium comitas prouexit omnes ad largius vinum. Ludi etiam coniuinales extraxere tempus, nunc lati coniuratis, quod soplitum aggressuriebant; nunc sollicitis ne in lucem coniurium extraheret. Quippe alios in statione oportebat prima luce succedere, ipsorum post septime diem redditura vice. nec sperare poterant in illud tempus omnibus duratur am fidem. Ceterum cum iam lux appeteret, & coniurium soluitur, & coniurati exceperunt regem lati occasionem exsequendi sceleris admotam, cum mulier attonita (ut creditum est) mentis, conuersari in regia solita, quia instinctu videbatur futura praedicere, non occurrit modo abeundi, sed etiam semet obiecit, vultuque & oculis motum preferens animi ut rediret in coniurium monuit. Et ille per ludum bene deos suadere respondit. Revocatisque amicis, in horam diei ferme secundam coniurium tempus extraxit. Iam aly ex cohorte in stationem successerant, ante cubiculi fores excubituri: adhuc tamen coniurati stabant vice officii sui expleta. Adeo pertinax spes est, quam humanæ mentes demorauerunt. Rex bengnus quam alias collocutus, discedere eos ad turanda corpora, cum tota nocte persistissent, iuber. Data singulis quinquaginta secessit: collaudatique quod, etiam altis fradiis vice, tamene excubare perseverassent. Illi tanta spes destituti domos abeunt: & ceteri quidem expectabant stationis sua noctem.

Hanc Hermolai coniurationem & præfertim crudele Callisthenis satum præter Curtium exceptum Plutarchus, Arrianus, Iustinus, Seneca, Diogene Laertius in Aristotele, Diodorus Siculus scripsit quidem (ut ex capitum indice conflat) de ex de Callisthenis, sed locus cum Callistheni perijt: Suidas, Philostratus, Dio Chrysostomus, Val. Max. Orosius, Cicero.

MOS ERAT (ut supra dictum est) suprà li. 5. c. 6.

Arrianus Curtio suffragatur: sup. a. 1. 5. vide c. 6.

PELLICES INTRODVCEBANTVR) Hinc extat inter apophthegmata de cuiusdam coningue ad regem perducta, quam ille solutam existimat, cumque serius venientem rogasset, vbi tamdiu fuisset? illa respondentem se expectasse, donec maritus islet cubitum: ministros accitos acriter obiurgauit. Reducite, inquit, hanc, parum enim absuit, quin vestra culpa fuerim factus adulterer. Egregium, inquit apophthegmatum conscriptor, castitatis exemplum tum in iuuene, tum in rege. Sed quanto lex Christi sanctior, quae nec pellices admittit, sed ad inferos amittit.

AGASONIBVS) obseruandum discriminem est inter agalonem, equisone & mulionem. Agaso melioris seculi scriptoribus, qui equos seu iumenta curat. Liuius, Curtius, Plautus, vocem hanc pro curatore equorum usurpant: quorum auctoritate Festus, Agasones, inquit, equos agentes, id est, minantes. Equisonem Varro pro ipso equite & magistro equorum ac domitor e posuit: Nam, vt equus, inquit in Triodite Tripilio, qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, vt equis doceat tollutum. Nonius etiam Marcellus; Equisones, inquit, non equorum tantum moderatores sed omnes, quibus regimen conceditur cuiuslibet rei, dici posse veteres probauerunt. Varro Marci-pore: Hic in ambiuio nauem concendimus palustrem, quam nautici equisones per viam conducerent loco. Mulio propriè est, qui mulas & asinas agit, & curat, sine qui mulos clitellarios, siue quadrigarios ducit, vt est apud Iuuenalem & Martialem, nec facile apud antiquiores & politiores vocem legas. Errant ergo qui agasones pro mulionibus tantum accipiunt. Propriè enim equos curabant, & erat in πανομοι & non ιμωνελάραι. Recte igitur Curtius dixit actos ab agasonibus equos, & quæ sequuntur. Apud Arrianum est in πανομοι quod interpres translatis ab equisonebus, veritus dixisset agasonibus.

OMNIBVS ARTIBVS STVDIORVM LIBERALIVM EXCVLTI) Non aulicis tantum, sed literarum etiam: Hermolaum enim Arrianus, philosophiae seu humanae & naturalis sapientiae studiosum fuisse testatur, cum dicit. τέτοιος ἐργόλαος ἦν Σωτόλιδος μὲν παῖς, φίλος φίλος δὲ ἐδόκει προσέχειν τὸν καὶ Καλλίδενην βεραπενεν.

CASTIGANDI EOS VERBERIBVS) Hic locus, vt à me editus est, ex Acidalij castigatione prodijt, antea era, Castigandi verberibus eos nullius potestas præter ipsum erat, quasi rex lorarij vices ipse ageret. Illud autem infra Hermolai: Cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se à rege quereretur. Intellige iussu regis, vt supra rex ipse dixerat, castigari eum iussi.

SEDENTIBVS VESCI) Rex accusabat, & cum rege maiores principes & amici, nobiles, pueri principum filii sedebant, vt & ij qui feram extra retia nullam adhuc confecerant, vt supra demostatum est. Et hoc non Romanorum, sed Macedonum more, de lesione, non accusatione loquor. Nam Romani & Græci & Hebraei in lectulis ad coenam accubabant, vt ad Martialem ostendit.

HINC HABVERE POSTERI REGE'S, QVORVM STIRPES. ET ROM. OPES ADEMERUNT) De regum Macedoniæ successione à Carano usque ad Alexandrum suprà dictum. Hic à morte Alexandri usque ad Persen à Romanis viictum & triumphatum dicendum. Primum constat ex regum singulorum, qui Alexandrum fecuti sunt in Macedonia, ætatibus sue annis, quibus

Sca. in the. imperauit, non nisi sex & quinquaginta annos suprà centum colligi, ita vt si ætatem pro seculo Euf. Cano. accipias, nec duabus quidem totis regnarint, ne dū multis. Sciētatem triginta annos interpreteris, Ifag. lib. 3. p. 335.

erunt quinque, nec ipse vt vides multæ. Si singulorum temporum quibus regno præfuerunt, respicias, erunt quindecim atque ita multæ videri possunt, itaq; accipiendo hic ætatem suadet res ipsa, & mos loquendi apud Grecos, vbi γενεὰ habes apud Siculum, id est ætates, vbi de successione Carani vñq; ad Alexandru agit, & ἔκκαιδεκα γενεὰs sc̄e generationes ponit. Ex qua vero singuli stirpes fuerint, docet Eusebij Chronicō Græcum, & Dexippus apud Scaligerum, qui refutato Eusebio centum & quinquaginta nouem annos vñque ad ultimum Persei annum (quo à Paullo AE-milio victus & captus est, regnumque macedonē in formam prouincię ab Romanis redactum) numerante, constituit tribus annis detractis centum quinquaginta sex. A primo Carani anno primo Macedonum rege, vñque ad ultimum Perseū seu Persei, recēlentur lexcenti quadraginta septem. Nomina porro Macedonæ regum ab Alexandro usq; ad Perseū fuere illa: I. Philippus Arideus Alexan. M. ex patre frater. II. Cassander Antipatri F. III. Philippus, Alexander & Antipater simul Cassandri filij. IV. Demetrius Poliorcetes. V. Pyrrhus rex Epiri nobilissimus. VI. Lysimachus olim ab Alexandro M. leoni obiectus. VII. Ptolemaeus Ceraunus fulminator Lagi F. VIII. Meleager Cerauni frater. IX. Antipater. X. Sosthenes. XI. Antigonus. Demetrij Poliorcetae F. XII. Demetrius. XIII. Antigonus. XIV. Philippus Ganatae F. XV. Et ultimus Perses seu Perseus. Qui omnes quot singuli annis regnarint, habes apud Eusebium & Dexippum p. 49. 50. & seq. apud Scaligerum in temporum thesauro. Tu interim nostrum Salianum consule.

ROMANI OPES ADEMERUNT) De bello Macedonico cum Perseo gesta Liuius libris 41. 42. 43. 44. & 45. Quem L. Aemilius deuicit, & Macedoniam P. Romano subiecit, Iustinius 32. toto. Diodorus Siculus l. 31. eclogi 2. tota Florus l. 2. c. 12. pauca etiam Suidas, voce Περσεὺς.

ICITVR HERMOLAUS) Eandem prorsus coniurationis causam adserit Arrianus. Videendum regibus, quomodo imperant, & subiectos tractent, nulla ætas quæ ferrum gestare potest, contemnda est, omnium iniurijs exposita est vita principis. Puer erat Hermolaus, & nobilis ac generosus puer

puer, in venatione fortiter fecit, a prum immanem sibi occurrentem deiecit, quam virtutem laudare debuerat rex & admirari in puer, præmioque acuere, irâ stimulante, suppicio virgarum persecutus est, & fortasse inuidit, & innocentem inspectantibus commilitonibus nudari, cædi, & crudeliter tanquam ultimum mancipium lacrari iussit. Perijsset rex per pueros, nisi temendum etiam melior fortuna seruasset. Verum est quod Comicus affirmat.

Vitam suam qui temnit, dominus est tua. Cui Seneca subscribit, Cogita posse & latronem & hostem Ep. 4. admoovere iugulo tuo gladium; ut potestas maior ad sit; nemo non seruus habet in te vita necisque arbitrium, ita dico: quisquis vitam suam contempnit, tua dominus est. Recognoscere exemplum eorum, qui domesticis insidijs perierunt, aut aperta vi aut dolo, & intelliges non pauciores seruorum irâ cecidisse, quam regum. Ita Philippus pater Alexandri a Paulania puer stupris ab Attalo obiecto, & non vindicato obtruncatus est: qualem tumultum Romæ C. Publilius genere item & virtute puer verè nobilis L. Papirij fæneratoris impurissimi capititis patris causla ob æs alienum nexus, & à nefario sceneratore propter negatum stuprum immaniter cæsus, concitarit, dolenter exponit l.8. Liuius, quæ tute leges.

QVAM IGNOMINIA M) Nam cæteris ephebis spectantibus, vt Arrianus narrat, verberibus est multatus, & ignominiae causa equis ademptus, quod illi plus quam ipsa verbora, doluit, vt qui generoso incoctus honesto contumeliam decoquere non potuerit.

APVT SOSTRATVM) hunc Sostratum Amyntæ (illiusne qui causam post Philotam dixit & absolutus est, an alterius, haud sanè affirmarim) filium apud Arrianum lego, qui contra quam Curtius tradit, Sostratum ab Hermolao ad cædem Alexandro moliendam, impulsum, non Hermolaum ab Sostrato.

NICOSTRATVM) Nouem omnino in coniurationis societatem coiere, quos hic recenset Curtius. Arrianus Asclepiodorum omittit, sed Antipatrum Asclepiodori Syriæ prætoris filium fuisse docet, præterit etiam Nicostratum & Eluptenium. Epimanem Arse, Anticlem Theocrito, Philotam Cōrside Thrace natum ait.

ALIVS ALIA NOCTE EXCVBABAT) Nouem, vt dixi, erant coniurati, septima quaque nocte ad eos redibat officium excubandi, tres ergo & sexaginta erant excubitores, quos si in nouem diuidas, septimo die excubandi fors vnumquemque ad excubitionem euocabat. Sed cum per diuersos manipulos essent tributi, dum quisque suos cum altero vices perm utaret, triginta dies abierunt. Cum ergo vices excubandi ad Antipatrum deuolutæ essent, aggredi facinus decreuerunt. Et videbatur res ita tulisse, vt rex cum amicis plusculum se imitaret, diuinitus sibi occasionem parcidij conficiendi oblatam credidere.

LVDI ETIAM CONVIVALES) De his & supra dictum, & infrā in nuptijs Statiræ, (vbi in gentem * Curtij lacunam explicamus) ex Athenæo dicetur.

DVRATVRAM FIDEM) Sceleris enim atrocitas minabatur præditionem, cuius carnificem conscientiam non omnes ferunt, cum nulla parcidio prætexti causa iusta possit. Ita Philotæ seu Dymni, ita Alexandri Lyncestæ coniurationem proditam meminerant, quæ meritò omnes sollicitos habuit.

MVLIER ATTONITAE MENTIS) Syræ nomen erat; Arrianus; Aristobulus aut. 1. 4. p. 83. mulierem cœrandam Syram, nomine corruptam Alexandrum secutam. Atque hanc quidem initio & Alexandro eiusque familiaribus risu fuisse. Quum vero in illa numinis afflatione omnia veræ vaticinaretur, non amplius ab Alexandro contemptui habitam, sed liberum Syræ ad regem & noctu & interdiu accessum factum fuisse, ac sè numero etiam dormienti adfuisse. Hanc tum fortè regie compotatione discedenti numine afflatam occurrisse, atque vt reuersus totam noctem potando traduceret orasse. Alexandrum diuinos monitus esse suspicatum, ad pocula rediisse, & puerorum conatus irritos, fuisse. Credi possit scenam hanc à Deo genij tutelaris loco submisam. Cuiq; enim etiā sceleratissimo, tutela à cœlesti prouidentia custodis assignatur, vt in Bruto, Iuliano & alijs legimus. Qui recente genio, mox alius sua, alius aliena manu interière.

HORAM DIET SECUNDAM) Post solis ortū intellige, quæ apud nos est ante meridiem octaua, sicut tertia est nona, & sexta, duodecima: de qua re disputatum est in Commentatio ad Martialem.

ADEO PETINAX SPES EST)

Spes denorata mente, spes est pertinax.

Omnium enim postrema sollicito deterit: Quod in morbis sapè videmus, cum vita ægræ à medicis omnibus desperata, ab ægro tamen etiam cum moritur, vix desperatur. Vulgo legebatur: adeo pertinax spes est, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiscentia deuouerunt. Sequor Constantientes chartas, quæ habent vt edidi, quam humanæ mentes denorauerunt, quæ scriptura & Modio & Acidalio placuit.

BENIGNIVS QVAM ALIAS ALLOCUTVS) Hæc benignitas fregit Epimenis pertinaciam. Adeo vel vna vox humaniora principe accepta subiectum capit & frangit.

QVINQVAGINTA SESTERTIA) Præsertim cum accedit flexanima
pecunia.

Munerā, crede mihi, placant hominesque deosque.

Quinquaginta sestertia efficiunt mille ducentos quinquaginta Philippæos, siue florenos
mille sexcentos sexaginta sex. Vnum in neutro sestertiū, continet mille sestertiōs: sestertiū
est dimidiatus victoriatus, siue duo cruciferi, qua de re tota copiosissimè scripsi ad epig. 26.
(vulgo XXX.) lib. 2. Martial. in Caium.

Mutua viginti sestertia forte rogabam.

Sors omnibus nouem coniuratis data conficit vndecim millia ducentos quinquaginta
Philippæos. De hoc dono nihil Arrianus, nec Plutarchus. (Philippæus æstimatur 20. victo-
riatis, siue 40. sestertijs, seu 80. cruciferis ein Thaler bey 20. Basen.

CAPVT XIV.

ARGUMENTVM.

Epimenes aperit coniurationem; vinciuntur coniurati, & Callisthenes inter hos.

Epimenes, siue comitatus regis, qua ipsum inter coniuratos exceperat,
repentem mutatus, siue quia captus deos obstatre credebat, fratri
suo Eurilocho, quem antea expertem esse consilivouerat, quid
pararetur aperit. Omnibus l'ilotæ supplicium in oculis erat. Ita-
que protinus iniicit fratri manum, & in regiam peruenit; excitatis
que custodibus corporis, ad salutem regis pertinere quæ afferret, af-
firmat. Et tempus quo venerant, & vultus haud sane securi animi index, & masti-
tia è duobus alterius, Ptolemeum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen ex-
citauerunt. Itaque apertis foribus, & lumine illato, sopitum mero ac somno excitant re-
gem. Ille paulatim mente collecta, quid afferrent, interrogat. Nec cunctatus Eurilo-
chus, non ex toto domum suam auersari deos dixit, quia frater insius quamquam impium
facinus ausus foret, tamen & paenitentiam eius ageret, & per se potissimum profite-
re tur indicium, in eam ipsam noctem, qua * deteggeret, infidias comparatas fuisse. Au-
ctores scelesti consili i esse quos minime crederet. Tum Epimenes cuncta ordine, conscio-
rumque nomina exponit. Callisthenem non ut partipem facinoris nominatum esse consta-
bat, sed solitū puerorum sermonibus vituperantium criminantiumq. regem faciles aures
mendati. præbere. Quidam adiungunt, cum Hermolaus apud eum quoque verberatum se à rege que-
rere tur, dixisse Callisthenē, meminisse debere eos iam viros esse, id q. ad consolandam pa-
tentiam verberum, an ad incitandum iuuenium dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse Rex
animi corporisq. sopore discussio, cum tantispericuli imago oculus oberraret, Eurilochū quin-
quaginta talentis & cuiusdam Tyridatis opulentibonis protinus donat; fratremque ante-
quam pro salute eius precatetur, restituit. Sceleris autem auctores, interque eos Callisthe-
nem, vinctos afferuari iubet: quibus in regiam adductis, toto die & nocte proxima mero ac
vigiliis grauis acquieciunt.

SIVE COMITATE REGIS) Tria poterant mouisse Eupimenem ad aperiendam coniuratio-
nem; humanitas regis, eiusdemque liberalitas, & satum seu diuinæ prouidentia, quæ videbatur
tueri regem: addamus quartum, conscientiæ rabies, quæ nulquam patiebatur Eupimenem con-
quietcere.

FRATRI SVO EURILOCHO) Paullò aliter Arrianus, Postero die, inquit, Epimenes Arsei filius,
vñs ex coniuratis, Charili Menandi F. cui erat in delictis, rem aperit, Charicles Eurylocho Epimenis
fratri.

INIICIT FRATRI MANVM) Veluti mancipio & reo. Formula alias iuris est; sed hic non a-
liud vult Curtius, quām Epimenem ab Eurylocho manu prelatum, & ad legem adductum. De iuri-
ris proprietate & consuetudine loquendi Macrobius ad illum Vergilij verum 10. Aen.

I. Sed si hac
ff. de in ius
voc. l. pen.
de seru. ex-
port.

Inieceré manum Parcatelisque sacra yunt Euandri.
Hic, alt. proprietatem & humani & diuini iuriū executus est. Nam ex manus iniectione penè mancipiū
designauit, & sacrationis vocabulo, obseruantiam diuini iuriū implieuit. Et Seruius: Nam manus, air, in-
iectio dicitur, quotiens nulla iudicis auctoritate expectata a rem nobis debitā vindicamu. Ouid. 2. Amorū.

In iugiam

In iūciam dominas in mea iura manus.

Idem l.i. de Am. El. 4.

Et dicam mea sunt in iūciamque manus.

Plura Brisonius l. 5. de formulis iuris.

In iūcitur etiam manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliquas, quando ille abire, vel Budæus in res inde mouerit auctoritate aliqua vetantur, quod nos arrestare dicimus. Ne ergo Epimenes post factum fratri indicium posset elabi, iniecta manu ductus est ad Alexandrum.

PHILOTAE) De quo l. 6.c. 15. vñque ad finem lib.

CUSTODIBVS CORPORIS) Ptolemæo & Leonato, vt sequitur, quamvis Arrianus de solo Ptolemæo loquatur.

TEMPS, ET VVLTVS, ET MAESTITIA) Tempus insolens & nocturnum, vultus anxio similis, & mœstitia confusus, præterim Epimenis, qui reus neciebat quid rex de ipso esset decreturus. Ista suprà in Philotæ coniuratione: *Huic Ceballinus ore confuso magna perturbationis notas praesferens, aperit qua ex fratre compereat.*

SOPITVM MERO ETS MNO) ita Virgilius:

Inuadunt vrbe fanno vinoque sepultam.

2. Acu.

NON EX TOTO) Vt Philotæ domum, quæ cum Parmenione & Philota tota concidit. Dij ferere qui me innoxium præstitere, fratri meliorem mentem iniecere, vt scelus conceptum corrigeret, antequam perpetraretur.

CALLISTHENEM NON VT PARTIC. FACIN. NOMINATVM ESSE CONSTABAT) De Callistheno philosopho sanè varia Curtij narratio est, illum omnis fuisse coniurationis expertem. Nam sic infra Hermolaus, *Nemo est qui conscient fuisse nobis Callisthenem dicat, cum morti olim destinatus sit.* Et suprà: *Atqui eum nihil fecisse contendeo.* Ambiguè tamen locutum, cum dixit: meminisse eos debere iam viros esse: & sermonibus puerorum regem vituperantium faciles aures præbuuisse. Aristobulus cum Ptolemæo auctor est, coniuratos in quæstione confessos te à Callistheno ad facinus audendum incitatos. *Sunt vero, inquit Arrianus, qui aliter hac de re tradunt, nimirum Alexandrum, quod odio Callisthenis laboraret, & quod magna Hermolaus cum Callistheni familiaritas intercederet, facile in sinistram de Callistheni suspitionem à delatoribus adductum.* Ab his alia Plutarchus in Alexandro narrat, quem inspicies.

EOS IAM VIROS ESSE) Ambigua sanè lententia: si in mā partem & inuidiam trahas, expones: Indignissimam rem videri, iam viros, adhuc puerorum more verberibus castigari; tantam ergo iniuriam & contumeliam à viris non modò non ferendam, sed omnibus modis vlciscendam. Et hoc est quod Curtius dixit, videri dictum hoc à Callistheno ad dolorem iuuenum incitandum. Mitior sensus alter est: Non tam agrè ferendam corporis castigationem, nec puerorum modo lamentandum; fortium esse virorum, fortia pati.

QVINQVAGINTA TALENTIS) Triginta millia philipporum.

TYRIDATIS) l. 5.c. 11. de quodam Tyridate regiae pecuniae Persepoli custode scripsit Curtius, de quo c. 14.l. 5. vbi honorem illi delatum, quem apud Darium quoque habuerat. Fieri potuit hunc ab Alexandre vel propter defectiōnem, vel peculatum, vel aliud facinus proscriptum aut morte sublatum, & Eurylochum in eius bona misum. At fuit alius aliquis Tyridates illi cognominis, cuius opes Eurylocho assignauit.

INTER QVE EOS CALLISTHENEM) quem alijà coniuratis nominatum, alij præteritum dixerunt, vt ante ostendi.

ACQVIEVIT) iam deprehensis, comprehensis, & in custodiā insidiatoribus vitæ datis, certus latutis acquieuit.

CAPVT XV.

ARGVMEN TVM.

Caussa coniuratorum agitatur. Hermolaus contra regem perorat.

Bosterio autem frequens conciliū adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant, ne de sua quidem securi salute quippe Macedonum more perire debebant, omnium denotis capitibus, qui sanguine contigisset eos. Rex introduci coniuratos præter Callisthenem iussit: atque quæ agitauerant sine cunctatione cōfessi sunt. Increpanibus deinde univeris eos, ipserex quo suo merito tantum in semet cogitassent facinus, interrogat.

Stupen-

*Siupentibus ceteris, Hermolaus, Nos verò, inquit, quoniam quasi nescias quæris, occiden-
te consilium, iniuiimus, quia non ut ingenuis imperare cupisti, sed quasi in mancipia domi-
naris. Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis parricidam etiam parentis sui clamitans
esse, consurgit, & ad os manu obiecta, scelere & malis insanientem ultra negat audiendum. Rex inhibitio patre, dicere Hermolaum iubet, quæ ex magistro didicisset Callisthene,
& Hermolaus, Vtor, inquit, beneficio tuo, & dico quæ nostris malis didici. Quota pars
Macedonum sauitia tua superest: quotus quidem non è velissimo sanguine? Attalus &
Philotas, & Parmenio & Lincestes Alexander, & Clitus; quantum ad hostes pertinet, vi-
uunt. * Stat in acie, te clypeis suis protegunt, & pro gloria tua, pro victoria vulnera excipiunt:
quibus tu egregiam gratiam retulisti: Alius mensam tuam sanguine suo aspergit; ali-
ius ne simplici quidem morte defunctus est. Duces exercituum tuorum in eculeum impositi,
Persis quos viceant, fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus est, per quem At-
talum occideras: In uitio enim miserorum uteris manibus ad expetenda supplicia: & quos
paullo ante ministros cedis habuisti, subito ab aliis iubes trucidari. Obstrepat subinde cun-
cti Hermolao. Pater supremum strinxerat ferrum, percusurus haud dubie, ni inhibitus
esset à rege: quippe Hermolaum dicere iussit: petitque ut causas supplicij augentem pati-
enter audirent. Aegrè ergo coercitus, rursus Hermolaus; Quam liberaliter, inquit, pue-
rissimis ad descendit magere permittis? at Callisthenis vox carcere inclusa est, quia jo-
lus potest dicere. Curenim non producitur, cum etiam confessi audiuntur? nempe quia
liberam vocem innocentis audire metuis; ac ne vultum quidem pateris: Atqui nihil eum
fecisse contendo: Sunt hic, qui mecum rem pulcherrimam cogitauerunt. Nemo est qui
conscium fuisse nobis Callisthenem dicat, cum morti olim destinatus sit à instissimo & pa-
tientissimo rege. Hæc sunt ergo Macedonum præmia, quorum ut superuacuo & sorrido
abuteris sanguine. At tibi triginta millia mulorum captiuorum aurum vehunt, cum milites
nihil domum præter gratuitas cicatrices relaturi sunt: quæ tamen omnia tolerare posui-
mus, antequam nos barbaris dederes, & nouo more victores sub iugum mitteres. Per-
sarum te vestis & disciplina delectat, patrios mores exosces. Persarum ergo, non Ma-
cedonum regem occidere voluimus, & te transfagam bellii ure persequimur. Tu Ma-
cedonas voluisti genua tibi ponere, venerari que te vt deum. Tu Philippum patrem auer-
saris, & si quis deorum ante Iouem haberetur, fastidires etiam Iouem. Miraris si
liberi homines superbitam tuam ferre non possumus? quid speramus exte, quibus aut in-
sontibus moriendum est, aut quod tristius morte est, in seruitate vivendum? Tu quidem
si emendari potes, multum mihi debes: ex me enim scire cœpisti, quid ingenui homines
ferre non possint. De cetero parce his quorum orbam senectutem supplicius ne oneraueris.
Nos iube duci, ut quodex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.*

FREQUENS CONSILIVM) Non tam fréquens quam fuerat Philotæ causa, vbi
exercitus etiam iudicium partem iustinuit, quem hic video non fuisse adhibitum, sed optimates
tantum, & reorum parentes ac propinquos: nulla enim fit hic mentio exercitus, vt suprà facta est
cap. 16. l. 6. Apud quos etiam accularat rex Philotam. Sed turbat quod suprà monuerat de ca-
pitalibus rebus vetusto more Macedonum, inquisuisse exercitum, reum in pice vulgi fuisse,
nihil potestatem regiam valuisse, nisi prius valuisse auctoritas. Sed ibi principes, duces,
commilitones rei peragebantur: hic pueri, qui in auctoritate regis erant, sicut filii & serui in
potestate heri & parentis.

M A C E D O N V M M O R E P E R I R E D E B E A N T) de hoc suprà quoque: Post-
quam Philotam torqueris fama vulgauerat, legem Macedonum veriti qua cautum erat, vt propinquii
eorum qui regi insidiati essent, cum ipsis necarentur, alij se interficiunt, alij in deuos montes
vastasque solitudines fugiunt, ingenti terrore per tota castra diffuso, donec rex cognito tumultu le-
gem se supplicij, coniunctis fontium remittere dixit. Eadem lex vel coniuerudo Persis erat,
vt multis exemplis docet Brisonius de regno Persarum l. 2.

P R A E T E R C A L L I S T H E N E M) quia non erat Macedo, Sed Olyn-
thius, nec eisdem legibus & prærogatiis vtebatur & fruebatur, vti mox ipse Alexan-
der exponit: quem, inquit, si Macedo esset, recum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum.
nunc Olynthio non idem ius est.

CONFESSI SVNT) Vt non eslet multis quæstionibus & tormentis opus: quamvis Arrianus quæstionem adhibitat dicat.

HERMOLAVS, NOS VERO, IN QVIT) Adeò hæc Hermolai oratio libera est, & inuectiuæ ac grauis, vt sint hodie qui existimant totam à Curtio confitam, neminem enim tam impudentem videri posse, vt regi in ostia crimina obijcat, & occentet, qualia hic Hermolaus Alexander præsenti obiectat. Ego sanè priusquam græcos legerem, idem ferè sentiebam. Sed cum apud Arrianum huius ipsius orationis argumentum extare viderem, sensi nihil à Curtio confitum, sed ab Hermolao audentissimo iuuene & desperato, & quasi in rabiem verso, omniumque suppliciorum, adeoque ipsius mortis contemptore, omnia dicta obiectaque regi, vt à Curtio sunt prescripta. Sunt autem huius accusationis seu inuectiuæ capita omnino tria, quæ in Alexander reprobantur: primù crudelitas, quod non vt iustus rex imperet liberis & ingenuis, sed velut tyrannus saeuat in subiectos tanquam ipsius mancipia. alterum est ἀχαριστία seu ingrati animi crimen, cum avaritia coniunctum, quod ducum & militum suorum labores, virtutem & vulnera nullis præmijs protequatur, sed supplicijs compenset. Postremum est intoleranda superbia, vt qui neget se hominem & Philippi filium, patremque è cælo Iouem acceriat, & vix ipso Ioue patre contentus sit: atque inde Macedonum modestiam fastidiat, inmores hostium, quos vicisset, transeat, adorari cupiat, & recusantes occidat. Callisthenem hoc potissimum nomine in vinculis ad necem destinatum tenebat. Regem ergo Persarum non Macedonum se occisum venisse, vt libertatem patriam tueretur, quam, vt viuus recipere non potuerit, mortuum recepturum.

Respondet ad singula capita Alexander, nec quicquam obiectorum inficiatur, præter avaritiam & ἀχαριστίαν, sed omnia iure abs se facta etiam exemplis ostendit, adeoque & clementem imperatorem, non tyrannum, non ingratum & avarum, sed liberalissimum regem; quod autem vicit parceret, & honorem haberet, id clementiae argumentum esse, & ita imperia temperanda ne deficiant, sed firmetur regnum: moderata durare, nihil violentum diuturnū. Quod à Ioue adoptatus sit, & filij nomine dignatus, id deorum esse beneficium, nec se scire potuisse, quid Iupiter de se responsurus esset, nec se Ioui potuisse præscribere quid oraculi esset editurus, se nomen receperisse, quod id multum ad subiugendum orbem ficeret: bella enim fama constare. Optandum esse ut etiam ab Indis crederetur deus, sapientem quod falsò creditum est, veri vicem obtinuisse.

IN MANCIPIA DOMINARIS) Erat olim penes heros & dominos potestas viræ & necis inferuos, adeoque in suos liberos, qua de repreter Alex. Neap. & Tiraquellum habet. I. C. de emanatione seruorum, & in tit. de ijs qui sui vel alieni iuris sunt: Brisonium voce seruus & seruitus, Laurentium Pignorium de seruis p. II. & seq. Mancipium tamen aliud etiam quam seruus sonat. I-fidorus: Mancipiū est quicquid manu capi subdīg, potest, vt homo, equus, ovis, haec enim animalia statim ut natā sunt, mancipium esse putantur. Florentinus: Mācipia dicta sunt quod ab hostibus manu capiantur.

PARRICIDAM ETIAM PARENTIS SVI) quia lege Macedonica omnes propinquai, rei, occidebantur, vt supra dictum: sed Alexander antiquauit hanc legem.

NON E VILISSIMO SANGVINE) non è plebeio aut gregarij, sed principum & cognatorum sanguine & genere nati.

ATTALVS) de hoc lib. 7. c. I.

PHILOTAS) I. 6. c. 15. & seq.

PARMENIO) I. 7. c. 2.

ALEXAND. LYNCESTES) lib. 7. C. I.

CLITVS) supra c. 3.

STANT IN ACIE) Hæc omnia ad Clitum pertinent, qui & mensam Alexandri sanguine aspersit, inter epulas occulus. Ceterum Modiana editio pro rōstant, habet in imperandi modo stā, quod quidem neruosiū dictum videtur, sed omnes reliqui codices conuenientius institutæ orationi stānt. Viuunt, stānt, protegunt, excipiunt.

NE SIMPLI QVIDEM MORTE DEF. EST) vt Philotas ante in eculeum impositus.

Atque hac orationis parte Hermolaus crudelitatem Alexandri vt tyranni accusavit, vt ostendi. Qua de re sic Arrianus: Nonnulli etiam tradunt Hermolaum ad Macedonas productum, insidias abs se structas confessum. Neque enim liberi hominis esse, Alexandri contumelias ferre, omniaque ab Alexander perpetrata recensuisse: nimirum iniustum Philota necem, & patris eius Parmenionis, atq; eorum, qui tum temporis interfidi fuerant, multò iniquiorem, Cliti etiam per temulentiam cædem.

CALLISTHENIS VOX) Callisthenem innocentem pronunciat Hermolaus, & immerito vinculis detineri, nec coniurasse. Aristobulus tamen & Ptolemeus apud Arrianum non solū conscient, sed etiam participem coniurationis, adeòq; auctorem fuisse testantur. Plutarchus etiā, quem supra laudaui c. 14.

SOLVS POTEST DICERE) etiam Aristotele teste apud Plutarchum, Non absurdè igitur dixisse appetit Aristotelem, facūdum esse & magnum in dicendo Callisthenem; verum mentem non habere. Et Hermippus ex Stroibo anagnoste Callisthenis. Dicitur, inquit, aliquando multis ad cœnam invitatis, inter pocula iussus Macedonas Callisthenes laudare, tam profuenti oratione hoc tractasse argumentū, vt exilientes ei plaudere, & coronas ingererent: Alexander verò ibi dixisse ei,

Qui dictionis natus est

Campum

Campum bonum, haud agè fit isthic eloquens.

At ostende(dixisse) facultatem tuam vituperandis Macedonibus, quo emendentur auditis delictis suis: ta ad retractanda ille prior aversus multain Macedonas magna libertate differuisse, Græcorum quediffensionem demonstrasse causam fuisse Philippi incrementi & potentie.

Difſidio in populi capit & sceleratu honorem.

Acerbam inde inuidiam in eum & grauem concepisse Macedones, ac dixisse Alexander, non eluquentia sua Callisthenem, sed malevolentia dedisse Macedonibus documentum.

REM PVLCHERR.) Tyrannicidium, vt ipsi interpretabantur, reuera parricidium. Athenienses Ianè τυγαννούς honoribus maximis prosequabantur, & statuis positis tantum non adorabant. Exemplo sunt Harmodius & Aristogiton. Multa hic quæ in tyranos dicta, & in polyantheas ac theatra collecta sunt prætermitto, quæ lector otiosus videre potest.

HAEC SVNT PRAEMIA) ἀχαρισταὶ seu ingratianimi crimen cum auaritia coniunctum obijcit Alexandro.

TRICINTA MILLIA MULORVM) suprà l. 5. c. 13. Cæterum aut de alijs quoque dubitabimus, aut credemus in huius urbis gaza fuisse C & XX millia talenta, ad quæ vehenda (nam quæ ad vſus belli secum portare decreuerat, iumenta & camelos, & à Sufis & à Bibylone contrahiti, vbi plura ad eum locum) Darij pecuniam omnem, quam secum in expeditione portabat, sexcenti muli & trecenti camelii vehebant. Hunc locum accuratè exputat Glareanus, ostenditque non incredibile videri debere ad portandum omnem Alexandri thesaurum è tota Perside collectum triginta millia mulorum fuisse desiderata. Apponam verba Glareani, quod paucis illius notæ sint notæ, nec liber omnibus in promptu, quem ego ex bibliotheca Reipublicæ Augustana vtendum accepi: Quum hac primum legerem, inquit Glareanus, candide lector, ipse mecum rem quasi ridiculam admiratus, cogitare diligentius cœpi, effetne verum quod homini mibi imperito earum rerum, etiam propè impossibile videretur. Quantam enim pecunia summam triginta millia mulorum ferre posse credamus? Hac quum ita mecum tacitus reputasse, cœps anxius etiam atque etiam cogitare, quo pacto rationem inire, vt id ita esse certo inuenire, atque adeò firmis argumentis approbare possem: ibi in mentem venit, si ad solam, quo Persepoli capta est, pecuniam, requirebantur mulorum ac camelorum tria millia, vt Diodorus in sexto Alexandri anno suppeditat, certè etiam hic numerus, quantumvis magnus, aliquo modo ad veram rationem deduci posse, mibi videbatur. Si enim omnes summas Susis, Ecbatanis, Pasargadis, Arbelis, Babylonie & Persepoli inuentas computare volemus, tum cogitare non aurum solum, sed & argentum vectum, & preciosa alia, vt lapillos, gemmas ac margaritas: denique, exaggerationem factam ab hoste perituro Hermolao: non paruum adiumentum habebimus ad hunc locum firmiter constitutiendum. Sed primum, Diodori locum in abacum revocemus: ac eo discusso, lectori non omnino stupido, reliqua de alijs locis diiudicanda relinquemus. Persepoli (inquit Diodorus) inuenta sunt, auro ad argenti rationem reducto, centum ac viginti millia talentum: qui numerus per sexcenta ductus, producit sumimam * 7200000 coronatorum. Iam quod ad pondus attinet (portabant enim eam pecuniam mulorum ac camelorum tria millia, vt dictum est) in Romana libra besse comprehenduntur septuaginta duo coronati: est autem bes libra Romana, dimidium libra Zystatica, quæ habet coronatos centum quadraginta quartuor: per quos si 7200000 diuidantur, erunt libra Zystatica 50000. Ha libra si per ptuaginta 3000. muloru diuidantur singuli mulis euenerint libra 166. ac supersunt 2000. libra: quæ si addamus, in-milliones, credent mulerum ac camelorum duo millia centenis sexagenis septenis: alia millia centenis sexagenis senis libris. Nostra quidem atas, equi vehunt ducentas libras: sed fortassis non in tam longum iter. Sed & vasa ipsa non tam commodè, quam pecunia duci potuere: nec omnia in auro erant fortassis, sed & in ebore, argento alijsque rebus (vt diximus) preciosis: vt non omnino, si quis recte secum animo omnes vibique summas colligat, ad eum quem in Persepoleos thesauro ostendimus modum, absconum sit veritati, triginta milia mulorum aurum captum vehere Alexandro. Hac præter consuetudinem nostram ideo scribuntur, vt iuuenibus ad sublimiora anhelantibus, cogitandi daremus occasionem, ad ea quæ ante hanc atatem nemo nouerat. Quotusquisque enim tum erat, imd quotusque hodie viuit inter eximie etiam doctos, qui quum ad huiusmodi res ventum est, non continuo fateatur, vel ad se nihil attinere, vel rem fruolam esse, confideratione indignam. At ego eius sum opinionis tantos autores haud temere motos, nec talia scriptis prodituros fuisse, nisi ea & lectu multo dignissima, & cognitu utilissima iudicasset.

NIHIL DOMVM PRAETER CICAT. RELAT. SVNT) infrà lib. 9. c. 6. Intuere, Cænus inquit, corpora nostra exangua tot perfoſſa vulneribus, tot ſicatricibus putria. Iam tela hebetia ſunt, iam arma deficiunt. Veftem Perſicam induimus, quia domesṭica ſubuehi non potest. In extēnum degenerauimus cultum, quoſ cuique lorica eſt? quis equum habet? iube queri quam multos ſerui ipſorum perſecuti ſunt, quid cuique ſuperfit ex preda. Omnium viatores, omnium inopes ſumus, nec luxuria laboramus, ſed bello instrumenta bellī conſumpſimus. hanc tu pulcherrimum exercitū nudum obyces bellus?

VICTORES SVB IVGVM MITTERES) Hoc μεταφοριῶς accipe. Nusquam & non quād adhuc Macedones ſub iugum barbarorum miserat, ſed ad illorum veftem & mores tranſierat, & cogebat Macedones viatores more Perſarum, qui vieti erant genu ſibi ponere & adōrare,

tate, hoc Hermolaus ait, esse sub iugum mittere. quid propriè sit sub iugum mittere, habes apud Liuium: *Tribus hastis iugum sit, humi fixis duabus, superque eas transuersa vna deligata, sub hoc iugo diratator Aequos misit.*

GENVA PONERE) hoc tertium caput est orationis de superbia Alexandri. Regredere ad Hergelochi orationem lib. 6. c. 20.

PARCE HIS) Parentibus & cognatis nostris, quibus lege Macedonica nobiscū esset moriendū.

EX TUA MORTE PETIERAMVS, CONSEQ. EX NOSTRA libertatem, ut saltem morte liberemur à feruitate tua & tyrannide.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM.

Hermolao respondet Alexander, qui reos duci iubet, atque inter hos Callisthenem, cuius mors genusque mortis eterna m regi peperit inuidiam & infamiam.

AT rex, Quām falsa sint, inquit, quā iste tradita à magistro suo dixit, patientia mea ostendit. Confessum enim ultimum facinus tamen ut vos quoque audiretis, expressi non imprudens, cum permissem latroni huic dicere, usurume arabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco colere debet, vellet occidere. Nuper cum procacius se in venatione gesisset, more patrio, & ab antiquissimis Macedonia regum usurpato, castigari eum iussi. Hoc & oportet fieri, & ferunt à tutoribus pupilli, à maritis uxores, seruis quoque pueros huius etatis verberare concedimus. Hac est sauitia in ipsum mea, quam impia cæde voluit ulcisci. Nam & in cæteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quām mitis sim, non ignoratis. Hermolao parricidarum supplicia non probari, cum eadem ipse meruit, minimè herculē admiror. Nam cùm Parmenionem & Philotam laudat, sua seruit causa. Lyncestem verò alexandrum bis insidiatum capit meo, à duobus indicis liberaui. Rursus coniunctum, per biennium tamen distuli, donec vos postulareris, ut tandem debito suppicio scelus lueret. Attalum, antequam rex essem hostem, meo capitifuisse meministi. Clitus utnam non coegisset me sibi irasci; cuius temerariam linguam probradientis mihi & vobis diutius tuli, quām ille eadem me dicentem tulisset. Regum ducumque clementia, non in ipsorum modò sed etiam in illorum qui parent, ingenij sita est. Obsequio mitigantur imperia: & bivoreuerentia excessit animis, & summa imis confundimus, ut opus est ut vim repellamus. Sed quid ego miror istum crudelitatem mihi obiecisse, qui avaritiam exprobare ausus sit? Nolo singulos vestrum excitare, ne iniuriam liberalitatem meam faciam, si pudori vestro grauem fecero. Totum exercitum aspicite: qui paullò ante nihil prater arma habebat, nunc argenteis cubat lectis, mensas auro onerant, seruorum greges ducant spolia de hostibus sustinere non possunt. At enim Persæ quos vicimus, in magnō honore sunt. Apud me quidem moderationis meæ certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbè impero. Venientim in Asiam, nō ut funditus euerterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem, sed ut illos quoque, quos bello subegisset victoria mea non pœniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinfundunt, qui superbè habitire bellassent. Non est diuturna possestio, in quam gladio inducimur. Beneficiorum gratia sempiterna est. si habere Asiam, non transire volumus, cum his communicanda est nostra clementia. horum fides stabile & aeternum faciet imperium, & sane plus habemus, quām capimus. Insatiabilis autem avaritia est, adhuc implere velle quod iam circumfluit. Veruntamen eorum mores in Macedonas transfundit: in multis enim gentibus esse video, que non erubescamus imitari, nec

aliter tantum imperium aptè regi potest, quām vt quædam & tradamus illis, & ab ijsdem discamus. Illud penè dignumrisu fuit, quod Hermolaus postulabat à me, vt auersarer Iōnem, cuius oraculo agnosco. An etiam quid dī respondeant, in me a potestate est? Obtulit mihi filij nomen: recipere, ipsi rebus quas agimus, haud alienum fuit. Vt inam Indi quoq; deum esse me credant. Fama enim bella constant, & sèpè etiam quod falsò creditum est, veri vicem obtinuit. An me luxuria indulgentem putariis arma vestra auro argentoq; adornasse? Affuetis nihil vilius hac videri materia volui ostendere; Macedonas inuictos cateris, nec auro quidem vinci. Oculos ergo primum sordida omnia & humilia spectantiū capiam, & docebo nos non auria aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venire. Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, & Macedonas rege adempto devictis gentibus dedere. At nunc mones me, vt vestris parentibus parcam. Nō oportebat quidem vos scire quid de his statuisse, quò tristiores periretis, si quavobis parentum memoria & cura est: sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentesque, solvi: & profiteor in eodem honore futuros omnes eos, in quo fuerunt. Iam tuum Callisthenem, cui unī vir videris, quia latro es, scio cur produci velis, vt cor am his probra, quæ in me modò recisti, illius quoque ore referantur: Quem si Maceeo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo Magistrum. Nunc Olyntio non idem iuris est. Post hec concilium dimisit, tradiḡ damnatos hominibus qui ex eadem cohorte erant, iussit. Illi vt fidem suam fæutia regi approbarent, excruciatos necauerunt. Callisthenes quoque ante tortus interiit, initi consilii in caput regis innoxius; sed haudquaquam aula & assentantium accommodatus ingenio. Itaq; nullius cades maiorem apud Græcos Alexandro excitauit inuidiam, quod præditū optimis moribus artibusque, à quo renocatus ad vitam erat, cùm imperfecto Clito, mori perleueraret, non tanq; occiderit, sed etiam torserit, indicit a quidem causa, quam crudelitatem sera pænitentia consecuta est.

PATIENTIA MEA) verè obstupescenda fuit, quam alij in concilium vocati statim in principio abruperant, cum omnes Hermolao vix ordienti obstreperent. Sed patientia mea, inquit, falsa ostendit, quæ dixit Hermolaus, nisi enim mihi optimè conscius fuisset, tam patienter parricidam non audissem.

A MAGISTRO SVO) Callisthene, quem de moribus disputantem studiosè audiebat.

VLTIMVM FACINVS) parricidium, quod tametsi perpetrare non potuit, voluit tamen & tentauit.

Vt desint vires, tamen est damnanda voluntas.

Et crimen facti habet, qui voluit.

NON IMPRVDEN(S) sciebam eum dicendo in rabiem erupturum, quæ etiam impulsus voluit me quamvis loco parentis habendum, occidere; sed volui vos quoque ipso confidente sceleris ipsius cognitores & iudices esse, ne quicquam à me circumuentum putaret.

QUEM PARENTIS LOCO COLERE DEBVIT) quāuis castigatus, vt fecit Lysimachus, quāuis, vt alij tradunt, leoni obiectus, quam, Iustino teste, contumeliam magno animo tūlit.

NVPER CVM PROC. SE IN VEN. GESS.) Respondet ad obiecta sibi crimina, & primū cruditatis, quod diluit, legum & consuetudinum auctoritate, & similiū exemplis. Procaciū se in venatione gessit, immanis aper occurritabat, quem ego ferire volebam, iufisque Hermolaum fasciēre, sicut & Lysimachum antè in leonum venatione. Sed, iste refractarius imperium neglexit, feramque inuasit, & telo occupauit. Apud Persas quoque lex vel mos obtinuerat, vt in venatione nulli feram liceret telo petere, priusquam rex iaculum misisset, cuius rei gratiam subiectis fecit Artaxerxes. Macrob. l. 2. Plutarch. apophthegm.

Iuſi contumacem castigari more maiorum vt solent pupilli à tutoribus, vxores à maritis, filij à pædagogis & seruis. Et hæc est mea crudelitas & fæutia, quam impio parricidio voluit vlcicī.

ATVTORIBVS PVPILLI) quorum fidei & institutioni sunt commissi, in quorum ædibus degunt. Pater enim familias etiam ex iure & legibus apud Iuris prudentes & canonum interpretes vim & potestatem habet in sibi subiectos, vxorem inquam, liberos, libertos, seruos, qui suam potestatem in liberos & seruos & libertos etiam pædagogis & seruis committere potest. Castigatio

D. Thom. 2.2. q. 65. tamen fit vel fuste, vel colaphis, vel virgis, vel flagellis, quam Iuris consulti lenem vocant. Itaque 2.2. moderanda est, ne membra trucentur, aut valetudo grauiter lœdatur, multo minus vt mors inferratur, quæ animaduersio grauis & grauissima dicitur, pertinetq; ad publicum magistratum. At Nauar. l. 2. de rest. c. 3. que hæc non pagani tantum, sed etiam Christiani docent.

CLITVS) Ad Parmenionem, Philotam, Lyncestem, Attalum, verbo respondet suisce parricidas. De Clito se excusat sanè quām eleganter, ipsum sua intemperatissima lingua sibi malum acfisse.

Imperia mitigat ciuium obsequentia.

Et:

Regum asperat mores populus vel mitigat.

AVARITIAM EXPROBRARE) alterum crimen ab Alexandro diluitur δέ λανθάνει τὸ
νοίσνα, τὸ μεμνηδόν εἶ παθόντα.

INVISAM LIBERALITATEM) quia beneficij nulli grata exprobratio δέ λανθάνει τὸ
νοίσνα, τὸ μεμνηδόν εἶ παθόντα.

Inde Sofia apud Terentium queritur aduersus patronum:

Sed mihi hoc molestem est: nam isthac commemoratio

Quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Toto exercitu auro & argento exculto refutat calumniam avaritiae: & reapse fuit liberalis & magnificus Alexander, nec ab ullo vnuquam se paclus est vinci beneficij: testes Taxilis, Syismithres, Porus; Plutarchus in Alexandro, p. 554. regredere etiam ad cap. XI.

AT ENIM PERSAE QVOS VIC. IN MAG. HON. SVNT) vltimum caput est de superbia: cuius argumenta erant, quod fastum Persarum imitaretur, Persas maiore honore quam Macedonas coleret, hostibusque Macedonum victores subiiciat & sub iugum mittat, & deniq; ab ult. proli- dicata humanitate ie Deum iactet, & Ioue natum credi dicique & adorari velit. Ad singula sicut respondet Alexander, ac Persis honorem haberi clementiae non superbiæ signum esle, vestem Persicam sumfuisse, vt à Persis amaretur, ne deficerent & rebellarent, mores imitatum, vt æquè gratus esset Persis, quam fuisset Darius, & ita gentes victæ, simulque Oriens & Occidens in vnum quasi regnum & gentem coalescerent.

NEC ALITER TANTVM IMP. APER. REGI POTEST) valde commendat hoc consilium, & factum Alexandri Plutarchus, nec uno loco, sed passim: In vita Alex. Et i. de fortuna Alex. Vide & Lucianum in Dialogo Mortuorum.

AVERSARER IOVEM, CVIUS ORACULO AGNOSCOR) hoc potissimum erat superbiæ argumentum & indicium. Et pauci, vel nulli sunt, qui factum hoc & figmentum Alexandri, ad cuius nutum sacrificuli Ammonis responderunt, laudarent. Se excusat Alexander, & purgat apud Philippum ex Luciano: Neque verò nescius eram, inquit, Philippi Amynte me esse filium; sed quia ad res gerendas sic mihi visum erat conducere, commento hoc vñus sum vaticinij. Quid autem, inquit Philippus, conducibile id tibi visum, vt vatis impostoribus fallendum te exponeres? Non isthac, inquit Alexander, sed barbaros in mei admirationem adductos, facilius hoc praetextu nostro subdidimus imperio: quum nemo vñus viribus nostris adhuc restiterit, quippe sola hac opinione ducti, quod aduersus Deum sibi esset praliandum.

NAM CALLISTHENEM) quod ferè primo loco posuerat Hermolaüs, in vltimum reiecit Alexander, nec aliud respondet, quod non sit productus, quam quod Olyntius esset, ac proinde fatus fuisse dictata à magistro conuitia per discipulum audisse.

EXCRUCIATOS NECAVERE) Arrianus lapidibus obrutus affirmat.

CALLISTHENES ANTE TORTVS INTERUIT) Aristobulus apud Arrianū tradit compeditibus vincitum in exercitu ductum fuisse, ac postea morbo interiisse; Ptolemæus tortum, ac denique suspensum vitam finisse. Adeò ne ipsi quidem scriptores, quorum magna est fides, quicquid temporis Alexandro aderant, de rebus manifestis quæque quo pacto gestæ essent eosne aquam latebant, inter se consentiunt. Iustinus singillatim supplicium eius exponit: Quippe cum Alexander Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicæ interpellatum l. 15. p. 153, morem, insidiarum, quæsibi parata fuerant, conscienti fuisse iratus finxisset, eumq; truncatis crudeliter omnibus membris, abscessisq; auribus ac naso, labijsq; deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cauea claujum, ad metum catorum circumferret: tunc Lysimachus audire Callisthenem, & præcepta ab eo virtutis accipere solitus, miseratus tanti viri, non culpa, sed libertatu penas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit. Quod adeò agrè Alexander tulit, vt eum obiecti ferociissimo leoni inberet, de quo plura cap. 2. huius lib.

Seneca pater prima sua latoria præceptorem Alexandri appellat, & lancea trajectum scribit. p. 10. F. Philostratus à Macedonibus aut imperfectu, quod ipsos vituperasset: l. 7. vita Apoll. Tyan.

Diogenes Laertius in vita Aristotelis in cauea circumductum ad spectaculum, morboque pediculari corruptum, ac demum leoni obiectum.

Suidas quoque cauea vna cum Nearcho inclusum, & Phthiriasi absumptum ait.

De cauea etiam Ouidius in Ibin:

Inclususq; necem cauea patiarū, vt ille

Non profectus conditor historiae.

Quamvis indoctiores Chærilum poetam intelligent, quod ex Parthasio, Laurentio Abstremio, Egnatio refutat in notis ad Ibin Ouidij, Valerius Andreas Deselius, cui suffragatur Franciscus Sanctius Annotat, ad idem Ouidij carmen, Phthiriasi periisse & Plutarch. in Sulla auctor est. Est & apud Val. Max. huius Callisthenis mentio & præcepti ab Aristotele illi dati. l. 7. c. 2. p. 277. & lib. 9. c. 3.

Senecam in prolationib. ex Natur. quæst. I. 6. c. 23. adduximus, vbi multa de Alexandri cru-
ditate Plutarchum supra laudauimus, Cicero non uno loco Callisthenem celebrait. Pro Ra-
birio Postumo. Callisthenem doctum hominem comitem Alex. M. ab Alexandro necatum accepimus.
Tusc. 3. Theophrastus interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur. Ita-
que dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia, summaq; fortuna, sed ignarum quemad-
modum secundis vti conueniret. Et secundo de Oratore: A philosophia profectus princeps Xenophon So-
craticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandris scripsit historiam, & hic quidem rhetorico
pœne mori, ille autem superior leuiore quodam sono est vsus. Libro vero 5. ad fam. & 2. ad Q. Fratrem,
haud scio annon loquatur de altero Callistheno historico, qui ante Alexandrum vixit, quem
Siculus laudat lib. 16. n. 518.

Cit. ad
Lucceum
Is Troica
singulari
quoque
libro scri-
psit.

HAVDQVAQVAM AVLAE ET ASSENT. ING. ACCOMMODATVS) Dixit ante scholasti-
cum in aula esse atinum intersimias

Exeat aula,

Qui vult esse pius.

Oblitus erat Callisthenes illius præcepti cum regibus loquendum ὃς οὐτε αὐτὸς οὐδεῖσα ; Regem
alloquare impune verbis byssini, inquit Comicus. De ratione agendi cum principibus viris Dio-
nysi. Halicar. εἰ τῷ περὶ τῷ ἐρχομένῳ. Quintil. II. c. I. Nostrum Andream Schottum coniu-
le ad locum Senecæ supra laudatum in prima sua oratione, de qua nos infrà copiosius suo loco.

IN NOXIVS) Iam supra ex Aristobulo & Ptolemaeo apud Arrianum, Philostrato, Seneca,
Suida, Curtio adduxi tres aut plures causas, quamobrem fuerit imperfectus.

NVLIVS CAEDES MAIOREM AP. GRAEC. ALEXAN. EXCITAVIT INVIDIAM) Non
solum apud Graecos, sed etiam Romanos Latinum philosophum audi: Nam quoties qua dixerit:
occidit Persarum multa a millia, opponetur, & Callisthenem. quoties dictum erit occidit Darium, penes
quem tunc magnum regnum erat, opponetur, & Callisthenem. quoties dictum erit, omnia Oceano tenuis
vicit; ipsum quoque tentavit nouis classibus, & imperium ex angulo Thracie usque ad Orientis terminos
protulit: dicetur, sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum rerum exempla transferit ex
hi quæ fecit, nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenes.

A Q. O RE VOCAT. AD VITAM ERAT) aliter tensit & scripsit Plutarchus, vt supra cap. 4.
ad illa verba Curtij iure imperfectum decernunt, aliter etiam Arrianus, qui non solum à Calli-
stheno è in ore non relevatum, sed Anaxarchum etiam velut adulatorem reprehensum, quem
tamen Plutarchus & Arrianus eodem lo. o carpunt, quasi deteriorem reddiderit Alexandrum,
inuenitur tamen ibidem in arrogantiam etiam Callisthenis, & Anaxarchum quidem, vt nimis
blandum, Callisthenem nimis asperum fuisse ostendit. Callisthenes verò Olympius, inquit, Aristoteli
discipulus, moribus paulo afferioribus præditus, hac non probabat. Qua quidem in re etiam ego Cal-
listheni assentior, illud autem à Callisthene parum modestè scriptum (si reuera scripsit) censeo, quod Alex-
andrum eiusq; facta se & suis scriptis inferiora esse predicabat. Neque verò se ad Alexandrum venisse,
vt sibi ab eo gloriam cōpararet, sed vti Alexandrum inter mortales illustrem ac gloriosem redderet, præ-
terea diu in tatis communicationem Alexandro non ex ijs, qua Olympias de ortu suo mentita esset pende-
re, sed ex ijs, que ipse de Alexandro scripsisset, & ad mortalium notitiam traduxisset. Sunt etiam qui
scribant, quum aliquando à Philota interrogatus esset, quem putaret ab Atheniensibus in maximo hono-
re haberet, respondisse Harmodium & Aristogitona, quod alterum tyrannorum interfecissent ac tyranni-
dem sustulissent. Philota rursus interrogasse, sic cui contingat tyrannum occidere, apud quos Graecorum
profugium illi tutum fore respondisse Callisthenem, si no alibi, certe apud Athenenses tutum fore. Hos
enim, profilijs Herculis aduersus Eurytheon bellum gestisse, qui tum temporis Graciam tyrannide pre-
mebat. Subiungit deinde, quæ iam suprà memorauimus de adoratione, & Hermolao, & cæde
ipsius Callisthenis.

INDICTA CAVSSA) multa simul crimina in hec Callisthenis
ab Alexandro commissa docet. primò quod non solum occiderit,
sed etiam torserit antè; quod innoxium coniurationis, quod optimis
moribus præditum, hoc est, optimum virum, quod seruato-
rem vitæ regis, quod indicta causa, indefensum, nec interrogatum,
quæ omni maximam Alexandro inuidiam apud omnem posteri-
tatem peperere.

SERA POENITENTIA) De penitentia propter Callisthenis
mortem nemo præter Curtium quicquam prodidit: Ego tibi hic
os Callisthenis ex Fulvio Vrsino exhibeo.

Πρὸς Αλέξανδρον δὲ ὑπὲρ Καλλισθένης ἔλεγον ἀγανάκτημεν.

Themistius oratio. IV. ad Valentem Imperatorem.

Apud Fulvium Vrsinum in Marmore.
Alexandro, quod Callisthenem interficerit, hodieq; indignamus.



CAPUT XVII.
ARGUMENTVM.

In Indiam mouet. Indiæ prolixa & nobilis descrip-
tio, morumque Indorum.

SE D ne otium serendis rumoribus natum aleret, in Indiam mouit, semper bello quam post victoriam clarior. India tota fermè spectat Oriētem, mi- nus in latitudinem, quam recta regione spatiofa. Quæ Austrum accipiūt, in altius terræ fastigium excedūt. Plana sunt cetera, multisq; inclitis am- nibus Caucaso monte ortis placidum per campos iter præbent. Indus gel- dior est quam ceteri. Aquas velut à colore maris haud multum abhorren- tes. Ganges omnium ab ortu maximus, à meridianaregione decurrit, & magnorum mon- tum ruga recto alneo stringit. In eum obiecta rupes inclinant ad Orientem. Vterq; rubro mari accipitur findens ripas, multasq; arbores cum magna parte solis exsorbet, Saxis quo- que impeditus, crebro reuenerberatur. Vbi mollius solum reperit, stagnat, insulasq; molitur. Acesines eum auget. Ganges decursurum in mare intercipit; magnoq; motu amnis uterque colluditur: quippe Ganges asperum os influenti obicit, nec repercutta aqua cedunt. Dyarades minus celeber auditu est, quia per ultima Indiæ currit. Ceterū nō crocodilos modò, uti Nilus, sed etiā delphines, ignotasq; alijs gētibus beluas alit. Erimathus crebris flexibus subinde curvatus ab accolis rigantibus carpitur. Ea causa est, cur tenues reliquias iā sine nomine in mare emittat. Multis præter hos amnibus tota regio diuiditur, sed ignobilibus quia non adeò interfluent. Ceterum quæ propiora sunt mari, Aquilones maxime deurunt. Si cohibiti rugis montiū, ad interiora non penetrant, ita alendis frugibus mitiora. Sed adeò in illa plaga mundus statas temporū vices mutat, ut cum alia feroce Solis exæstuant, In- diam nubes obruant, rursusq; ubi cetera rigent, illic intollerandus astus existat: nec cur, ulli se naturæ caussa ingebeit. Mare certè quo alluitur, ne calore quidem abhorret à ceteris. Ab Erythro rege inditum est nomen: propter quodignari rubore aquas credunt. Terra li- ni ferax; inde plerisq; sunt vestes. Libri arborum teneri, haud secus quam cera, literarum notas capiunt. Aues ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt. Animalia inusitata ceteris gentibus, nisi inuenta Eadem terra & rhinocerotis alit, non generat. Elephantoru major est vis, quam quos in Africa dominant, & viribus magnitudo respondet. Aurum fluminavehunt, quæ leni modicoq; lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasq; mare littoribus infundit: neq; alia illis maior opulentia causa est; utiq; postquam vitiorum com- mercium vulgauere in exteris gentes: quippe astimantur purgamenta exæstuantis freti pretio, quod libido constituit. Ingenia hominum, sicut ubiq;, apud illos locorum quoq; situs format. Corpora vsque pedes Carbaso velant. Soleis pedes, capita linteis vinciunt. Lapilli ex auribus pendent, brachia quoque & lacertos auro colunt, quibus inter populares aut no- bilitas aut opes eminent. Capillum pectunt saepius quam tondent. Mentum semper intonsum est: reliquam oris cutem ad levitatem exaquant. Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, super omnium gentium est. Cum rex se in publico conspiciri patitur, thuribula argentea ministri ferunt, totumque iter per quod ferri destinavit, odoribus compleant. Aurea lectica margaritis circumpendentibus re- cubat. Distincta sunt auro & purpura carbasa quæ indatus est. Lecticam sequuntur armati, corporisque custodes: inter quos ramis aues pendent, quos cantu serujs rebus ob- strepere docuerunt. Regia columnas auratas habet. Totas eas vitis auro calata percurrit: auiumque quarum visu maximè gaudent, argentea effigies opera distinguunt. Regia adeuntibus patet, cum capillum pectit atq; ornat: tunc responsa legationibus, tunc iura po- popularibus reddit. Dētis soleis, odoribus illinūtur pedes. Venatus maximus labor est; inclusa viuaria animalia inter vota canthusq; pellicū figere. Binūm cubitorum sagitta sunt, quas emitunt maiore nisu quam effectu: quippe telum, cuius in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. Breuiora itinera equo conficit. Longior ubi expeditio est, elephanti ve- hunt, currum & tantarum beluarum corpora tota contingunt auro. Ac ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur. Separatum à regina agmen est,

est, aequaliter luxuria. Feminae epulas parant. Ab ipsisdem vinum ministratur, cuius omnibus Indus largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pellices referunt, patro carmine noctium inuocantes Deos. Quis credat inter haec vitia, curam esse sapientiae: unius agrestis & horridum genus est, quos sapientes vocant. Occupare fati diem pulchrum, & viuos se cremari iubent, quibus aut segnis atas, aut incommoda valetudo est. Expectatam mortem pro decore vita habet: nec nullus corporibus quae senectus soluit, honos redditur. inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. Illi qui in urbibus, publicis moribus degunt, siderum motus scire spectare dicuntur, & futura praedicere: Nec quemquam admoveere lethi diem credunt, cui expectare interrito liceat. Deos putant quidquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capital est. Menses in quinos denos descripserunt dies: anni plena spacia seruant. Luna cursu notant tempora, non ut plerique cum orbem sidus impleuit, sed cum se curuare cœpit in cornua: & idcirco breuiores habent menses, qui spatium eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. Multa & alia tradantur, quibus morari ordinem rerum haud sanè opera videntur.

OTIVM SERENDIS RVM. APTVM)

Otium reges simul & beatas Perdidit urbes.

Ita supra lib. 6. Igitur ne in seditionem res verteret, otium interpellandum erat. Idem rursus 7. Sed ditiis eq̄, voces referebantur ad regem, quis ille haud sane motus satisque prudens otii vitia negotio discuti. Tacitus de morib. Germ. Otios a porrò armatorum manus facile lasciavunt. Ad quem locum illustrandum multa ex multis auctoribus colligit eruditus vir Janus Gruterus, quem videbis in prolixioribus commentarijs ad aliquot insigniora loca Taciti, parte altera p. 177.

SEM PER BELLO QUAM POST VICTORIAM CLARIOR) Verè Senarius, Rex ferè foris beatus, non beatus est domi. Quod de Artaxerxe a Iustinus, de Augusto b Tacitus quoque referunt. Et a 1.10. b Annal. 3. Curtius infra c. Vos modò me ab intestina fraude & domesticorum insidijs praestate securum. Belli Mar- c. 24. riisque discrimen impavidus subibo. Philippus in acie tutior, quam in theatro fuit; hostium manus sapienteravit: suorum effugere non valuit. Aliorū quoque regum exitus reputaueritis, plures à suis quam ab hosti interentes numerabitis. Hegelochus supra lib. 6. c. 20. Quis proauum huius Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccam occisos ultius est? Ita apud Iustum l. 3. Xerxes ab Artabano praefecto suo per insidias interemptus est. Ita Darius ultimus à Besso duce suo multis vulneribus confossus interiit. Ita Ninyas matrem Semiramidem, ita Senacheribum Assyriorum regem Adramelechus & Sarapultus filij patrem in fano trucidarunt. Ptolemæus Philopater patrem & matrem sustulit. Nullus finis apparebit, si per gentium historias currat. Apud Romanos ut omittam incerta, de Augusto Tiberio & alijs, Caligula, Claudius, Nero, Domitianus, Commodus, Pertinax, Julianus, omitto obscuriores Pescennios, Albinos, Macrinos, Heliogabalos, Diadumenos, Caracallos, Getas, xxx. tyrannos. Perij etiam nobilissimus Imperator Alex. Seuerus, Gordiani, Philippi, & alij quamplures, quos longum esset nominare, ne dicam describere.

INDIA TOTA FERET SPECTAT ORIENTEM) Mirum dictu, quam multi res Indie & situm regionis, & naturæ ingenium, & fluminum magnitudinem, & spaciā terræ Indiæ perscriplerint, & quoniam pauci dolente & execrante Strabone, vera; ex quibus alij vñā cum fabulis suis toti perire, alij si non toti, saltem magnam sui partem exoleuerunt. Non apparēt è veteribus Daimachus, Patrocles, Hipparchus, Iambulus, Pytheas, Clitarchus, Nicolaus Damascenus, Bethon, Posidonius, Megatheres Megachlenes, Onesicritus, Megillus, Gorgus metallarius, Eratosthenes, Nearchus, Dionysius, non ille Periegetes, Agatharchidis excerpta. Extant Herodotus, Ctesias aliqua sui parte apud Photium, Dionysius Periegetes, Strabo, Ptolemæus, Arrianus, Diodorus Siculus, Aethicus Artemidorus ineditus tamen, Marcianus Heracleotes, Plinius, Mela, Solinus, Philostratus, Orosius, noster Q. Curtius, Apuleius i. Flor. Et hi omnes veteres. Ex recentioribus Io. Goropius Becanus, Petrus Maffæus, Ocrius, Io. Metellus, Joannes Barrius, Ludovicus Vartmannus, Maximilianus Transylvanianus, Coimbras Indopleutes, Joannes Macer i. C. Castagnedo Hispanus, Abrahamus Ortelius in Theatro orbis, cuius tabula geographicam Indiae considerabis. Petrus Iarricus, Franciscus Sachinus, & alij patria lingua. Atque hic tantum de India quæ Orientem spectat; Noua namque & nuper à Magelliano reperta & Mexicana nihil hic ad nos. Nam Curtius ad haec verba Indiam feret totam spectare ad Orientem plerosq; omnes geographos & scriptores rerum habet suffragatores. Princeps est Strabo vice omnium: Non δ' ἀπὸ τῆς Ινδίας ἀπέκλειστη γάρ ἐκεῖται πρός ταῦς ἀνατολῶν μεγάλη. Nunc ab India ori diemur: nam & prima versus orientem iacet, & maxima est.

Idem canit Periegetes.

Πρὸς δὲ αὐγὰς Ινδῶν ἐφατεῖν πέπτατα ταῖς ἡμέραις

Παταγῶν πυρατὴ παρὰ χείλεσιν ὥχεινετο

Hypat

Ην βατ' ἀνερχόμενος μακάρων ἐπὶ ἕργα καὶ ἀνδρῶν
Ηέλιος πρώ τησιν ἐπιφέγγει ἀκτίνεσι.

Ortum autem versus Indorum amena expanditur terra
Omnium extrema ad littora Oceani.

Quam, exoriens Diuorum ad opera & hominum
Sol primus accedit radis.

Apuleius i. Florid. Indi gens populosa, cultoribus & finibus maxima, procul à nobis ad Orientē siti, prope Oceanī reflexus & Solis exortus, primi sideribus, vltimis terris.

MINVS IN LAT. QVAM REC TA REG. SPACIOSA) minus latam ait, quam longam. Non ignorandum Indiam esse peninsulam, & ex uno tantum latere adhærere terrae, qua Caucasm, seu Tauri extrema, hoc est, Septentrionem spectat, & ex tribus lateribus allii aquis, ab Oriente Gangi; ab occidente Indo: à meridie Erythraeo mari, in quod Is & Ganges & Indus exonerant. Forma terrae Indiae habet le ritu tessellæ, vt hodie tradunt. Periegetes, & Geographus rhombo comparant. Diodorus Siculus, India, inquit, forma quatuor laterum existit, quorum unum ad Orientem vergens, & alterum quod meridiem respicit, ingens illud Oceanus circumdat. Quod arctos versus tendit Hemodus mons à Scythia, quam Sac & habitabant, dividit. Quartum ad occidentem Indus post Nilum maximus omnium distinguit. Totius Indiae magnitudinem ab ortu versus occasum duodecim a millibus stadiorum. à Septentrionibus versus meridiem xxxxi. millibus definunt. Hæc Siculus. Ergo latitudinem circumscribit octingentis septuaginta quinque milliariis germanicis, longitudinem mille. Ex quo colligis non esse perfectum tetragonon, cum longitudo vincat latitudinem. Subiicit Siculus regionem sub tropico æltiuo sitam, & nullas interdiu per gnomonas iaci umbras: vrlasque latere, umbrasque ad austrum cadere. Postremus Sacchinius noster, lingue comparat. Cum ergo rhombus habeat obliquos angulos, via ab Oriente ad occidentem longior est, longiusque se extendit India, quam à Septentrione ad meridiem. De Schemate Indiæ plura Periegetes: p. 132. Strabo, p. 474. Eustathius ad Dionysium. Arrianus p. 169. Hodie scriptores re certius explorata omnia etiam certiora tradidere. P. Iarricus thesauro rerum Indicarum. P. Franciscus Sacchinius in historia Soc. Iesu parte secunda, anno 150. 150xx. edita. lib. 1. n. 17. pag. 2. & 3. Tradunt de eadem. Hieronymus, Olorius & Petrus Maffei, quorum libri omnium manibus teruntur: proinde ne sim longior, ad Curtium redeo. Curtius magis in longum quam latum Indiam porrigi tradit, quod Strabo discrete docet cum rhombi formam longiorem quam latiorem obtinere Indiam affirmauit.

QVAE AVSTRVM ACCIPIVNT) Hunc locum carpit Glareanus, Habet, inquit, hac Alexandri historia in locorum descriptione, vt in superioribus satis luculenter ostendimus, quadam ab vera ac geographica traditione prorsus aliena. Nam quemadmodum ante de Taxarte, ex Plinio diximus, quem hic author Tanain putauit. Tauri item iuga, quæ Asiam medianam secundum longitudinem secant, Macedones Caucasum vocarunt. Sic in hac Indiae descriptione, multa Ptolemai aliorumq; geographorum traditioni contraria produntur: vt cum hoc loco dicit, Quæ Austrum accipiunt, in altius terra fastigium excedunt: quum omnia India flumina à Septentrione in meridiem fluat. Nec Ganges, quod hoc loco ab authore narratur, à meridiana regione decurrit: sed contra, à Septentrione in meridiem, quamquam paulum ad ortum. Nec quæ propiora sunt mari, Aquilones maxime deurunt, vt paulo post est dicturus. Id quod semel lectorem admonuisse satis fuerit. Bona venia Glareani dixerim: sapere reprehendimus quod non intelligimus, atque ita intelligendo facimus, vt nihil intelligamus. Ego Curtium nihil hic contra geographiam peccasse existimo, & doceo primum, haud ignorandum, quod affirmat, minus in latitudinem, quam recta regione patere, hoc est magis lögam quam latam esse, quod verissimum est, si procurrentes à Septentrione in Austrum spectes promotorum: si inquam diametrum à monte Imao usque ad promontorium Comorinum, quæ sunt duo extrema Indiae, dimetiare, minimū enim quadrangulis inter se leuis distant, vt Iarricus ostendit, quæ Germanica efficiunt millaria viginti supra trecenta. Iam quod dicit Curtius, ea quæ Austrum accipiunt, in altius terra fastigium excedere, hoc est, promontorium Comorinum esse altius terra reliqua Indiae media, quæ plana est, verissimum est, extrema enim utrinque sunt alta, Imaus mons & promontorii Comorinum: cum inter utrumque hunc angulum montes interiaceant continuo per Indianam serie, usque ad caput Comorinum. Quod continua serie dicit, hoc est, per totam Indianam extendi montes: accipe latus occidentale totum, quod septentrionis stringit, & ab alto alluitur. Atque inde est quod Herodotus in Thalia affirmat, Indianam Austro obnoxiam. Quod autem Iarricus ex aliorum sententia moneat, Indianam referre formam tessellæ, est hoc ita capendum, vt doceatur linea ab Indi ostijs ad ostia Gangis excluso promontorio Comorino. Melius Periegetes & Strabò formam per rhombum & inæqualia latera expresserunt. Melius etiam Sacchinius terram Indianam in modum lingue Austrum versus excurrere. Aspice tabulam Ortelianam.

INDVS GELIDIOR CAETERIS) Quia à Septentrione in occidentem fertur, Ganges tepidior, vt Ouidius in Ibis vocat, quia in Orientem flectit.

GANGE SO, A. O. M., A MERIDIANA REGIONE DECVRRIT) Hoc quoque non placet Glareano:

reano: sed enim non it negatum Curtius Gangem à Caucaso existere, cum ipse patiò ante docuerit ex Caucaso monte multos inclitos amnes defluere, & quis magis Gange inclitus? Sed è montibus euolutum in meridiem deflectere, ac demum à meridie in oceanum deferri, Strabonem do testem: Tota, inquit, India fluminibus irrigatur, quorum quadam in duo maxima irrumunt, Indum atque Gangem: quadam proprijs ostijs in mare excent: omnia è Caucaso, primò ad meridiem ferruntur, postea alia eundem seruant cursum, præsertim que in Indum influunt: alia flectuntur ad Orientem, ut Ganges.

GANGES OMNIVM ABORTV MAXIMVS) Strabo: Hic à montibus descendens, cum in plantiem peruenit, ad Orientem conuersus, & Palibothra ciuitatem maximè præterfluens in mare, quod isthic est, vno ostio effunditur, quamquam omnium Indicorum flumen maximum sit. Indus in mare meridionale duobus ostijs exit, Patalenam comp[er]ctes, Indum aiunt alij Aegyptio delta persimilem, quod tamen negat Strabo.

p.482. De magnitudine Gangis ita Arrianus: Flumina tot sunt in India, quot in reliqua Asia. In his maximis sunt Ganges & Indus, à quo & regio nomen accepit, utique & Nilo Aegyptio, & Istro Scythico, etiam si in unum alueum confluenter, maior est. Gangem tamen longè maiorem Indo Megathenes scribit. Idem sentiunt omnes alij qui Gangis mentionem in scriptis suis faciunt: patet autem Ganges quā maximè angustus est, centum stadia, millaria inquam getmanica tria, eoque amplius. Atque ita veteres omnes cœluerent, Gangem totius orbis flumen esse maximum.

I.2.C.6.P. 37. Sed Iosephus à Costa, è nostra familia scriptor, in libro de nouo orbe, vbi Peruanam regionē delicit, Maranonium, Paraguayum, & Magdalenianum flumina, testatur singula maiora esse Nilo & Gange, quamvis in unum alueum collectis.

IN EVM OBIECTA E R V P E S) Tota enim India montibus distincta est. Itaque ferretur & ipse in Occidentem à meridie, nisi rupes obstant, quæ illum clam querere viam cogunt, & in Orientem dirigunt.

VTERQUE RUBRO MARI ACCIPIT VR) olim legebatur, utque rubro mari accipitur, Modius ex MSS. rescriptis utergo pro utq. Acidalius dissimulat loci difficultatē & transilit. Ego, quamvis & Constantiensis codex chirographus, & vetus poeta Gualtherus suffragentur Modio, retineo tamen veterem & vulgarem scripturam, quod alioqui Curtius nihil dicat, nec sententia constet. Nā si omnia quā eadē periodo sequuntur attēdas, & componas; animaduertas non conuenire omnia utriusque, præsertim illa: Acesines eum auget, quārō quem eum? Indum an Gangem? an utrumque. Atque alij tantum in Indum ferrī tradunt, solus Curtius à Gange intercipi affirmat, nemo ab utroque, quod ne fieri quidem potest. Sed si Gangem per vocem eum accipias, quid est, quod statim subiiciat Curtius: Ganges decursurum in mare intercipit, quasi antea de alio esset locutus? At qui non potuit aliter loqui Curtius, nisi dubiam faceret orationem: etenim si dixi sicut qui decursurum in mare intercipit, incertum erat an rō qui ad Acesinem, an ad Gangem referendum esset: expresit ergo Gangem, quamvis eundem per vocē eum intellexisset. Atque ita diluitur etiam alter error, qui ex priore mendo extiterat, si legeres utique. Neque enim dixit Curtius Indum rubro mari excipi. Si legas, utque, omnia erunt salua. Locum hunc totum Gualtherus his versibus expressit ipsi libri 9. proclamatio.

India tota ferè nascenti subdit Phœbo
Eoum spectat audaci vertice tractum,
Ac quā parte situm Libyes deflectat & Austrum,
Altius erigitur tellus & vi æthera tendit.
Cetera plana iacent, ubi magni nominis à se
Caucasus emittit, rapidis occurribus amnes.
Sed reliquis à quo sortita est India nomen,
Indus frigidior, Australi parte iugulis
Montibus inuehitur, directo iurgite Ganges
Totius fluuius Orientis maior, utique
Turbidus extensis rubrum mare verberat vndis:
Robora multa solo radicibus eruta magna
Absorbet cum parte soli, si fortibus vndis
Molle solum repetit, stagnat, tellusque fluentem
Insula facta bibit, intercipit in mare Ganges
Decursurum Athesin, magnis decurrit utique
Motibus, & rapido inter eos collidatur istu.

In quibus verbis duo sunt menda in impresso codice; primum in illo,
Altius erigitur tellus & vi æthera tendit.
Pro vi lego in, & in æthera tendit.

Alterum in hoc:

Decursurum Athesin.

Athesin

Athesis est fluvius Tiroleos, qui Germanis est, die Etsch / à quo das Etschlandt / Gualterus scripserat per compendium reor Acesin pro Acesinem versus causa.

Et illo versu:

Totius fluuius Orientis maior, vterque Turbidus,

intelligis illum in vitiosum codicem incidisse: nondum enim typographia erat illius æuo cognita, neque enim vterque Indus & Ganges rubrum mare verberat vndis, sed Indus tantum. Ganges in Oceanum Orientalem defertur.

VT QVE RVBRO MARI) De Erythræo mari mox infra copiosè disleram, vbi proprius locus, hoc ipso capite monebit. plerique Scriptores Indum in Oceanum Atlanticum, quæ spectat Occidentem, deuolui. Gange in Erythræum, seu Oceanum, qua Orientem respicit, ut ex hydrographia Indiæ cognoscis.

ACESINES EVM AVG ET) Acesinem non semel laudat Strabo, sed disertius Arrianus, qui Nilo & Istro maiorem affirmat, vbi Hydaspe, Hydraste, & Hyphasi in suum alueum receptis in Indum fertur, adeò, vt eius latitudo triginta stadia efficiat, quæ propè milliarium Germanicum continent. Obserua etiam Acesinem cum Indo non Gange misceri, contra quām Curtius scripsit, quod & alij Scriptores prodidere. Acesinis mentio est etiam lib. 9. c. 7. & 8. vbi Hydaspen cum Acesine confundi docet, & omnia tria flumina misceri, illaque tria flumina (excepto Gange) Indiæ maxima appellat, Indum, Acesinem, & Hydalpen: secumque pugnare videtur Curtius, cum hoc loco Acesinem in Gangem infert; infra cum Indo & Hydaspe miscet, nisi mendo-sus codex sit, & aliena inferta, quod factum tæpè.

Glareanus existimat pro Acesine ex Arriano reponendum Commenelen, vel Erinefen. Sed omnia exemplaria in Acesinem coniurant.

ASPERRIMVM OS) Os ad originem & caput amnis refertur, ostium ad finem, quo flumen, vel in mare, vel in aliud flumen, vel lacum defertur. Os Gangis hic dicit ratione Acesinis, quo Gangem exhaustus, non ratione ipsius Gangis, cuius fontes, qui in Caucaso nascuntur. Sed Metaphoræ perelegantes sunt obseruandæ, cum à rebus animatis ad inanimas, voces transferuntur: Os enim in animali & propriè homine est, non in fluminibus.

NEC REPERCVSSAE AQVÆ CEDVN T) sed se mutuo elidunt, & ingentes fluctus cident, lateque campos inundant.

DYARDENES) nemo vnus hunc fluuium vlo in libro, qui in manibus est hodiè, laudauit, nec mirum, quia minus auditu & in vulgus celeber fuit, vt ipse monuit Curtius, sed monstris marinis nobilis, vt qui crocodilos, delphinis, Nilus, aliasque etiam alijs gentibus ignotas bellus & phocas alat. testatur idem Arrianus, sed generatim de feracibus monstrorum Indiæ fluminibus: Quin etiam, inquit, Indiæ fluuij perinde, ac Nilus AEthiopicus, & AEgyptius crocodilos gignunt & pisces, ac balænas eiusdem generis, ac Nilus, excepto Hippopotamo, seu equo fluuiatili, sed & hos etiam gignere Onesicritus tradit. Idem in 15. Strabo narrat.

ERIMANTHVS) Quām Græcis olim notus mons & ciuitas Arcadiæ hoc nomine fuit, tam ignotus est Græcis & barbaris eodem nomine flumen Erimanthus. Sed Curtius autores legit, quos posteritas nunquam vidit.

AB ACCOLIS RIGANTIBVS CARPITVR) caussam oblicuritatis huius fluminis adfert, quod alueus ipsius ab ijs, qui ad Erymanthum colunt & degunt, deducatur in multos riuos, quibus agros & campos irrigant, quo fit, vt amissio nomine per tenues & multos, & ignobiles riuulos in mare serpat. Notanda vox carpitur, quod de solidioribus vfitatiis dicitur, carpimus poma, vuas, herbas, cibos, genas, & per translationem maligno dente carpimus aliorum dicta, facta, scripta, more; carpimus etiam aeris & vitales auras. Ouidius tamen in Ibin eandem vocem in aqua haurienda vñrpauit:

Et sumiam Lybico de mare carpam aquam.

MVLTIS PRAETER HOS AMNIBVS) Arrianus octo supra quinquaginta fluminibus ait irrigari, ijque omnibus nauium patientibus, è quibus alia in Gangem, alia in Indum feruntur, alia suis alueis in mare exeunt. Ganges excipit Cainam, Erannoboam, Coscoanum, Sonum, Sittocatim, & Solomatum, quæ omnia naues vehunt. Dein Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranum & Omalim. Ingentem præterea fluuium * Comminafen, Cacuthim, Andomatim, Amystim, Catadapam, Oxymelim, Erinesem, quos omnes Mæandro pares, ait Megasthenes. Indum augent Hydrastes, Hyphasis, Saranges, Neudrus, Acesines, Hydaspes, Sinarus, Tutapus, Copernes, Malamantus, Soaltus, Garæas, Ptarenus, Saparnus, Soanus. Strabo in 15. flumina quindecim nomine digna Indo misceri affirmat, Indumque ad centum stadia extendi.

QVAE PROPIORA SVNT MARI AQYLONES MAXIME DEVRVNT) Hoc negat Glareanus, quasi ingenium Indiæ terræ perspectissimum haberet, cùm paulò post subiçiat Curtius tantas & tam varias esse vices regionis illius, vt nulla pars mundi illi par sit, nec causam huius varietatis vlli Philosophorum cognitam esse. Dixit Curtius deurunt

* Commē-
nesen.

deurunt, quod translatè dictum, pro, Quæ loca sunt ad sita mari à ventis Septentrionalibus frigidis & gelidis omnia corrumpuntur: adurit enim frigus non minus quam ignis, quamvis diuerso modo, diuersaque vi, & contraria calori affectione & facultate. Vrit enim hyems & frigus, vt optimi scriptores loquuntur. Et promontoria ab Aquilone, siue Septentrione (Aquila enim ex ventis est Septentrionalibus) procurrunt in pelagus, quod à meridiè obijcitur, secumque gelidos Aquilones trahunt.

II COHIBIT IVGIS MONTIVM) qui sunt Indiæ à Septentrione, vt Imaus Emodus, Tauri extrema seu Caucasus, & qui in meridiem excurrunt, in alta montium impacti retunduntur, nec in planam meridiei regionem retusi possunt descendere. Atque inde remotiora à mari & montibus sunt fertiliora, quod mitiores ventos experiantur.

INILLA PLAGA) in illo climate, vt Mathematici cum Græcis loquuntur. Climata mundi Latinī plagi, aut regiones appellant. Quare autem tam contrariae sint cœli, sub eodem climate, seu plaga affectiones negat scire posse, cauissasque eius varietatis satis deprehendi.

al. i. p. 35.
I. i. p. 41.

VLLI SE NATVRAE CAVSA INGRESSIT) Et hoc est, quod noster a Massæus, Iarricus & alij dicunt. Inter vtrunque hunc augulum, inquit Iarricus, montes interiacent continua per Indiam serie ad usque Commorinum caput, in quibus admirabilis illa temporum anni diuersitas, qua etiam subtilissimos quoque philosophos reddit elingues, ut pote cum veram dare rationem nequeant, qui fieri possit, vt eodem in climate, & eodem in latitudinis Septentrionalis gradu, cum ab occidua horum montium parte acerrima scuiat hyems asperitas, & mira aëri intemperies; eodemq. tempore ab Orientali incredibili fit cœli clementia, qualis vere vel aestate haberi solet: mare quoque quietum fit, & nauigationi peridoneum. Idem lib. 2. cap. 7. p. 445. Maximè vero admirandum, & diuinam sapientiam (vt Scriptura loquitur) ludere in orbe terrarum evidenter ostendit, quod in eodem climate & elevatio-
nis eiusdem poli gradu, dum cis montes astrium tempus est, trans illos non nisi pluvia, tempestates, ac turbines scuiant; denique tempus adeò inclemens atque immite, vt verè biemem dicat, idq. tam exiguo locorum interuallo, vt nonnullis in locis ab ora vna in aliam terrestri itinere, non nisi viginti sit leucarum interuallum, ad summum septuaginta. Imò vero, quod maximè mirere, in uno montis latere serenum tempus ac sudum erit, in altero tonitrua, fulgura, pluviaeq. asidua hyemem constituent. Hinc si Cocino ad oppidum S. Thoma per montes Gati mense Ianuario profici sci velis, ascendendo optatum & egregium habebis tempus, descendens turbulentum. Haec Iarricus.

Fuere qui cauissam tam contrariorum effectuum in cœlum empyreum referent, quos Co-
1.2. q. 2. c. 3. nimbricensis Academia h. s. verbis refutat: Responderi, inquit, potest diuersitatem illam effectuum
p. 195. in eodem climate nasci ex diuersitate proprietatum, quibus unumquodque solum ab auctore natura in ipsa mundi nascentis origine donatum est. Itaque non à stellarum affectu dunt axat, sed ab ipso regionis habitu, & innata terra vi, atque ingenio prouenit, vt non omnes terra ferre omnia possint, sed India mittat Ebur, molles sua thura Sabai: has leges, aeternaq. fædera certius imposuit natura locis.

**MARE CERTE QVO ALLVITVR, NEC COLORE QVIDEM ABHORRET A CAE-
TERIS**) Ita lege, à colore inquam, non calore, quod operarum sphalma est, in nostra puri Curtij editione. Rubrum mare ait simile reliquis aquis marinis esse colore. nec râbere, nec ob eam cauissam dictum esse rubrum mare, quasi rubeant, vt rudes existimant, aquæ: sed nomen ab Erythro rege illi inditum. Quaritur ergo hic inter naturæ interpretes an aquæ maris Erythrai rubeant? Multa inter veteres & hodiernos scriptores super ea re quæstio est. Ego primum quid veteres senserint exponam; deinde quid ij, qui ipsimet oculis rem inspexerunt, & mare illud pernavigarunt, aquam hauserunt, omnia præfentes curiosissime explorarunt, aperiam, sed tribus quod aiunt ve. bis.

Curtij sententiam ab Erythro, (quem alij Erythrum vocant) rege, Erythræum dici ma-
re, non à colore aquæ, confirmant Agatharchidas apud Strabonem & Cresiam & Photium pag. 458. qui tres aliorum Priscorum opiniones, & cauissas refutat, negatque aquas ruberc, neque villum, vel ex montium, vel arenarum rubentium, vel solis repercutsum colorem tra-
here, sed ab Erythra domini illius maris, Erythræ, vel Erythræum dici. Eandem nominis cauissam reddit Stephanus περὶ Κόλεων. ab Erythro Heroe appellatum Erythræum, quamvis ex V-
ranij vetustissimi scriptoris mente addat, à montium rubentium, & imbrium, inde in mare de-
currentium colore dici Erythræum. Eustathius ad Periegete existimat vocatum à terra minia-
ta, vndis subiecta Erythræum, vel vt alij à solis ardantis, & montium analesci. Eandem nominis cauissam Eratosthenes apud Strabonem, qua de sole & montibus adserit. Ctesias à fonte minio pleno in mare rubrum cadente Erythræum refert vocatum. Philostratus & Ar-
rianus cum Curtio faciunt, sicut & Xiphilinus in Troiano, & Plinius cum Mela, qui tamen non negat colorē. Solinus quoq; ab Erythro Persei F. nomen deducit. Varro cauissam nominis in fon.

in fontem refert, ex quo oues ait feruescere. Nostris saeculi scriptores & quae dissentiantur in causa nominis alsignanda. Pererius c. 14. Exod. q. 8. tota, Curtij sententiam sequitur, quamvis locum Curtij non producat. Ioannes Barrius a plerisque recentioribus laudatur, qui in rem presentem venit, & a corallijs sub imis vadis latentibus rubore aquas tradidit, quem secuti sunt Coimbricenses Philosophi & Cornelius Cornelij. Sed Sebastianus Barradas Itin. Israelitico Barriu ex Matthiolo refutat, & negat rubentis aquae causam exploratam esse, ita hodieque in re incerta incerti sumus, vtrum ab Erythro Regae a fontibus, vel maculis, vel arenis, vel corallijs, vel splendore solis, vel imbris & montibus, vel simul ab omnibus nomen traxerit. Auctorum nomina qui ea de redispuntarunt expressi, quos curiolo licebit inspicere, multa enim & alia, & de nomine Hæbrae rubri maris, & alijs rebus admiscent admiranda. Ego ad Curtium redeo.

TERRA LINIFERAX) Ab aquarum, fluminum, & maris natura transit ad ingenium terræ India; à terra ad mores, & instituta indigenarum. De lino porrò docet idem Arrianus ex Nearcho: Linea velte vtuntur Indi, vt ait Nearchus, lino ex arboribus facto, qua de re mihi iam dictū est: & hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis est candidius, aut nigri ipsi cum sint, faciunt, vt candidius id quam est, esse videatur. Est autem ipsis subucula linea crure medio tenus: amiculum autem partim humeris, partim capiti circumiectum. Philostratus de eodem in Apollonij lib. 2, scribit autem Damis, homines qui fecerunt Indum flumen habitant, lineis vestibus amiciri. Linum autem in agris plurimum nasci: calceamenta autem, exarborum corticibus facta gestare.

Plinius aliud quoddam lini genus Indicum prodidit viuum, Græcis ἄσθεσον dictum, quod igne non exuritur, sed splendescit magis quam si lauaretur. Inuentum, inquit, iam est etiam quod ignibus non absumeretur. Viuum id vocant, ardentesq; in focis coniuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adiusta sole India, ubi non cadunt imbre, inter diros serpentes, assuectis vivere ardendo, rarum inuentum est, difficile textu propter breuitatem. Rufus de cætero color, splendescit igne. Cum inuentum est, aequaliter excellit margaritarum. Vocatur autem Græcis αἰσθετινum ex argumento naturæ. Anaxilaus auctor est, linteo eo circumdatam arborē, furdis iictibus, & qui non exaudiantur cædi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Sed de hoc nihil opinor Curtius, cuius linum & apud Arrianum candet, quamvis nullam coloris mentionem faciat, facit autem Arrianus accuratè.

LIBRI ARBORVM) tam teneri, quam tenerrima nostra charta, nisi quod cædor desideretur in his quæ ego vidi, sed colores omnis generis tam auidè accipiunt & bibut, quam vlla charta. Ostendunt hoc etiam icones impressæ & libri. Sed de phylicis seu libris arborum disputatum est copiosius ad xiv. Martialis epigramm. x.

Non sunt munera, quæ putas, puella,
Cum donas vacuas poeta chartas.

AVES ADIMITANDVM) Psittacos* intelligit, de quibus ad xiv. Martialis epigramma:
Psittacus à vobis aliorum nomina discam,
Hoc didici per me dicere, CAESAR AVE.

* Ctesiam
vide apud
Photium
in excerp-
tis.
Tom. I.

Multa ex multis scriptoribus allata. Quibus addes quæ Vlysses Aldrouandusto lib. II. Ornithologiae tradidit, ubi formas iconibus expressas tredecim lectori spectandas proponit; quatuordecim delcripsit. Sed omnium elegantissimum adiecit Carolus Clusius in auctario Exoticorum, cuius iconem ibi expressam miraberis, mihi indigetas fatis. De coruis & picis aubibus, vocom l. 14. quoque huminorum imitaticibus, etiam ad Martiale dictum.

ANIMALIA INVITATA CAETERIS GENTIBVS NISI INVECTA) Ex inusitatibus & Europæ inuitis * Martichoras est, quem in palatio nostri Sereniss. Electoris cum effigie Alex. M. inspexi, quam ex Ctesiae Indicis Aelianus* describit.

* Mantichoras Plinius.

* 1. 4. ani-
mal. c. 21.
Euseb. in
Hierocle.

* 1. 8. c. 2. 1.

Iarchas tamen rex Indorum in III. Philostrati de hac prodigiosa fera rogatus, negavit se quicquam inaudisse. Photius de eadem in Excerptis Ctesiae. * Plinius Montichoram, non Martichoram appellat. Meminit & in Bœoticis Pausanias. Invectæ autem in Italiam, Græciam, adeoque totam Europæ feræ sunt posterioribus annis ex Africa, Asia & India Elephanti, Pantheræ, tigres, rhinocerotes, leones, cercopitheci, hippopotami, unicornes seu monocerotes, Indici cameli.

Caterium de feris Indicis testatur Philostratus esse & multas & multorum generum. Breuiter * Solinus. Sunt illi multæ ac mirabiles bestie, quarum è multititudine & copia per particulæ persequemur. * c. 55. Leucrocuta velocitate præcedit feras vniuersas: ipsa astniferi magnitudine, ceruinis clunibus, pectore ac cruribus leoninis, capite * melium, bisulca vngula, ore adusque aures debiscente, dentium locis osse perpetuo. hoc quo ad formam, nam rovo loquentium hominū sonos emulatur. Est & Eale, alias vt equus: cana (verò) elephanti, nigro colore, maxillis apugnis, preferens cornua vitra cubitalem modum longa, ad obsequium cuius velit motus accommodata. neque enim rigent sed mouentur, vt vsus exigit prælian- di: quorum alterum, cum pugnat, protendit, alterum replicat: vt si ictu aliquo alterius acumen offendit, acies succedat alterius. Hippopotamis comparatur, & ipsa sanè aquis fluminū gaudet. Indicus tauris colorfuluus est, volucris pernitas, pilus in contrarium versus, biatus omne quod caput. hi quoq; circumferunt

ferunt cornua flexibilitate qua malint, tergi duritia omne telum responentes, tam impetu ferocitate, vt capti animas proieciant furore. Manticha a quoque nomine inter haec nascitur, triplici dentium ordine coenit viciis alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, canda veluti scorpionis aculeo spiculata: vox tam sibila, vt imitetur fistularum modulos, tubarumque concentum. Humanas carnes auditisimè affectat. pedibus sic vigeat, saltu sic potest, vt morari eam nec extensisima spatia possint, nec obsecula latissima. Sunt præterea boues unicorns & tricornes, solidis ungulis nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros, monstrum mugitu horrido, equino corpore, elephanti pedibus, canda suilla, capite ceruno. cornu è media eius fronte protenditur, splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita acutum, vt quicquid impetum, facile istu eius perforetur. Viens non venit in hominum potestatem: & interimi quidem potest, capi non potest. Aquæ etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges: quem Statius Sebosus, inter præcipua miracula, ait vermis abundare, & ruleis nomine & colore. Hi binae habent brachia longitudinis cubitorum non minus senum, adeò robustis viribus, vt elephatos ad potum ventitantes, mordicus comprehensa ipsorum manu rapiant in profundum. Indica maria balenas habent ultra spatia quatuor ingerum. Sunt & quos Phryceras nuncupant, qui enormes vlt' molem ingentium columnarum super antennas se nauium extollunt, haustris fistulis fluctus ita eructant, vt nimboſa alluvie plerunque depriment alueos nauantium.

RHINOCEROTAS ALIT, NON GENERAT) Quæ ergo terra inquies aut regio creat rhinocerotas, si India non generat? Aethiopia opinor, quod Paulianas in Eliacis & Bæoticis, rhinocerotem taurum Aethiopicum appellat. Nam ita Paulianas. Vidi etiam Aethiopicos tauros, quos ex re ipsa rhinocerotas (quas tu dices, naricornes) nominant, quod illis è nare extrema cornu prominet, & paullo alterum non sanè magnum in capite nullum prorsus habent. Sed de hac immensi belua pluribus actum commentario ad spectacula Martialis, vbi illos versus * expoluimus,

Praetit exhibitus tota tibi Cæsar arena

Quæ non promisit prælia Rhinoceros.

Et ad illos:

Sollicitant pauidi dum rhinocerota magistri.

Hic pluribus nil opus, effigiem habes apud Gesnerum.

ELEPHANTVM MAIOR EST VIS) Idem Strabo * per Onesicritū testatur: Maiores, inquit, Lybici ac calidores, cum ipse tum alijs perhibent, cum proboscidibus propugnacula deiijant, & arbores radicibus euellant, in posteriores pedes erecti. Idem Sicus: Plurimos certe ac prægrandes elephatos pascuis abunde suppeditatis nutrit, quod etiam facit, vt id genus belua isthic locorum Africanas virtus multò præstent. Elephantes fert Aprica, inquit Plinius, ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania ferunt Aethiopes & Troglodytae, vt dictum est, sed maximos India, bellantesque cum ijs perpetua discordia dracones. Sed Indos elephantes vincunt in insula Taprobanie nati Onesicrito teste maiores & bellicosores. Curtius communis nomine Indos omnes extra Africam & Aethiopiam natos appellavit. Plura de elephantis ex instituto Plinius l.8.c.1. vñque ad cap. 13. Nos etiam ex varijs alijs scriptoribus ad illa Martialis in spect. epigrammata:

Quod pius & supplex elephas te, Cæsar, adorat,
Qui modò per totam flammis stimulatus arenam
Sustulerat raptas tauri in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tollis elephanta putat.

Plurima de elephantis Indicis Arrianus lib.8. vbi de venatione & mira illorum docilitate.

AVRVM FLVMINA VEHVNTE) Plinius de auriferis fluminibus: Aurum, inquit, inuenitur nostro orbe, vt omittamus Indicum, atque à formicis aut gryphibus apud Scythes erutum, Apud nos tribus modis: fluminum ramentis vt in Tago Hispania, Pado Italiae, Hebro Thracia, Pactolo Asia, Gange India, addidisset Plinius * Rheno Germanie in Istro Pannoniae. Sed hic de Indico auro & fontibus & fluminibus agamus. Plinius ultimo cap. vltimi libri, Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges. nibi aureus Ctesias antiquissimus scriptor in Indicis apud Photium, scripsit de fonte qui quotannis auro huc receptis: mido impletur, ex quo fonte * centum vrcei fistiles singulis annis hauriuntur: ideoq; fistiles esse oportet, quoniam aurum, dum hauritur, concrescit, vt ad ipsum extrahendum frangere vas necesse sit. Fons hic quadratus est, cuius ambitus est sexdecim cubitorum, altitude vnius vñq; singuli autē vrcei, qui auro pleni hauriuntur, talenti pôdus exequât. Sed larchas rex Indorū apud Philostratum negat se quidquā de hoc fonte cognouisse, sicut & de Martichora. Sed negat Ctesias etiā quod Curtius affirmit, in fluminibus reperi aurum, vt in Pactolo, sed quod multi & vasti montes illud suppeditent, & gryphes custodian. Contra Tzetzes p.448. n.375. Tu locum ipse, si libet, vide.

Megasthenes apud Arrianum testatur, aurum apud Indos à formicis quæ magnitudine vulpes superent, erui. Arrianus rem in medio relinquit. Herodotus in Thalia affirmit & copiose explicat. De gryphibus aurum custodientibus, & ab Indis decipi solitis, etiam Aelianus l.4. c.27. copiosè. De Formicis etiam Strabo, p.48.

Sed redeamus ad flumina aurum vehentia, de his enim Curtius, qui doctorem eius fui Meg-

p.123. in
Græco
Lat. p. 159.
al.136.
P.297.
al.251.
* ep.8.

ep.21.
l.r. de qua-
drup. p.60.
* p.485.
l.8.c.11.
Plin.l.6.
c.22.
Spec.ep.
16. &c 18.

l.33.c.4.
* Martial.
l.10.ep.7.
Sic & cor-
nib. aureus
* 80000.fl.

Megasthenem apud Strabonem habere potuit, præter eos qui nobis intercederunt: έγγετέρω δὲ πίσεως φύσιν δὲ Μεγαθένες ὄροι οἰκοποιοι καταφέρουσι ψῆμα χρυσόν καὶ ἀπ' αὐτῶν φόρος ἀπάγονται βασιλεῖ: τόπο γὰρ καὶ ἐν Βηρυτῷ συμβάνει. Propinquius veritati est quod refert Megasthenes, flumina auri missas deferre, ex quibus regi tributum aduehatur, quod & in Iberia contingit.

Herodotus in Thalia tribus modis aurum ab Indis docet erui, vel enim effoditur, vel è fluminibus & montibus hauritur, vel à formicis erutum clam subripitur, eoque modo ait infinitam vim auri ab Indis comparari, èqua regi Persarum aureum vectigal pendebat, trecena sexagenaria talenta aureorum ramentorum. Quod si Babylonica pecunia ad Euboicum pondus redigatur, sunt nouies mille quingentaque & quadraginta talenta argenti, quæ in summam redacta ex communi talento (non Euboico quod maius est) octuagies milles quadrangenta triginta, sex milia aureorum, sive Philipporum, hoc est, ut vulgus loquitur, octo millions quadrangenta triginta sex millia aureorum sive Philipporum. Budæum vide de aste. l. 9.

G E M M A S M A R C A R I T A S Q V E) De gemmarum, lapillorum & margaritarum discrimine disputant iuriis prudentes: Et gemmas aiunt esse pellucidas, vt sunt adamantes, chrysolithi, maragdi, laphiri, smethisti: lapillos opacos & contrariae gemmis naturæ, vt Obsidiani, Veientani: margaritas concharum partus, vel ut illas Tertullianus appellat, verrucas. S. Hieronymus, rubri maris grana; margaritas ita describit, Concha sunt, in quibus hoc genus lapidum * requiritur, qua certo anni tempore luxuriantे conceptu situnt rorem velut maricum, cuius desiderio hiant, & cum luxatu maximè linquuntur, asperges oscitatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt grauidaque sunt: & de sagina qualitate reddunt halitus unionem. Scripsimus super hac re ex Vlpiano & Plinio ad illum Martialis Scazonem:

Cui nec lapillos preferas Erythraos. Quibus adde, si placet, ex Petro Iarrico p. 445. vbi do- 1.5. ep. 8. cet, quo modo margaritæ ē mari in ora piscaria legantur.

De margaritarum natura, nobilitate, precio, loco & patria, plurima toto capite Plinius lib. 9. cap. 37. De geminis vero & lapillis idem toto libro 37. sive extremo. Addam de unica gemma ē Ctesia Cnidio miraculi loco, quæ magnetis vim haber, non vt ferrum, sed gemmas trahat: De pantarba gemma, inquit Photius in excerptis (scriptis Ctesias) & quomodo septuaginta septem gemmas & lapides preciosos in flumen projectos (quæ omnia erant cuiusdam Bacchiani in insitorū) pantarba retraxerit inter se coherentes. Arrianus ex Megasthene docet concham mar- p. 174. garita marinæ retibus capi solitam. Versari autem circa eam agmen multarum concharum, velut apum examen. Regem enim suum etiam aut reginam margaritas habere, vt apes; ac si forte contingat, regem capi, reliquum etiam margaritarum examen celeriter ei circumfundi: si vero rex piscaiores euadat, ne reliquias quidem conchas capi posse. Earum carnes Indos vbi eas ceperint, putrescere sinere; ossa ad ornatum vti. esse autem margaritas que contra triplum aurum obrizum, atque id quidem in India effossum, veneant. Cæterum de preciosis lapidibus scripsit antiquissimus poetarum Orpheus nobilis libellum, qui hodieque legitur.

VITIORVM COMMERCIIVM) Melius hoc, quam quod vulgo legitur vicinorum. 1.9. c. 33. Plinium audiamus, nobis accinente. Sed quota portio hac est reputantibus purpuras, conchylia margaritas parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totoque corpore à feminis iuxta virisque gestarentur. Quid mari cum vestibus? quid vndis fluctibusque cum vellere? non recte recipit hac nos rerum natura, nisi nudos. Esto sit tanta veri cum eo societas, quid tergoris parum est, nisi quis vescinatur periculis, etiam vestiamur. adeò per totum corpus anima hominū que sit a maximè placent. Principium ergo culmenque omnium rerum pretij, margarita tenent. Indicus maximè has mittit Oceanus, inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes tā longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in Insulas pertundunt & admodum paucas. Paullò ante ex Iarrico intellexisti, ad oram pilcariam Indiæ margaritarū caussa subinde ex varijs terris & gētibus sexaginta millia mercatorum confluere. plura toto capite passim sparsa, sed & quotquot apud Græcos olim, & nunc apud Romanos ditiores sunt, maiore adhuc studio emunt margaritam marinā, ita Indorum lingua dictam.

AESTVANTIS FRETI PVRGAMENTA) Qua fretum per aestum accedit & recedit, relinquit partus sui indicia, conchas, phocas, aliaq; maris monstra. omnia maria plenilunio purgantur, sed paucas margaritas expuunt. Suprà ex Iarrico audisti mare, vbi margaritæ, non altius esse octo vlnis, quare ergo in littore.

PRECIO QYOD LIBIDO CONSTITUIT) Cleopatra vnio seu margarita aceto macerata & hausta septingentis millibus aureorum fuit estimata: volebat alteram aceto frangere vt precium duplicaret, hoc est illud immane precium, quod libido margaritis constituit. Plin. l. 9. c. 35.

CORPORAVSQUE PEDES CARBAS. VEL.) Strabo δέ έπειν Ινδοὺς ἔδειπτε λευκήν καὶ στραβον. δέοι λευκᾶς χρηστοῖς καρπάσοις: Et vt verbo dicam, Indos veste candida & sindonibus & carbasis vti. Et idem suprà: οὐεναντίας δέ τη δέλλη λιτόγητη κοσμεντα χρυσοφορές γαρ p. 488. διαλύσασθαι καρπάσοις τε φορέσσι τελετές. In cultu corporis contra nimis sunt, nam & aurum gestant

gestant, & distincto lapillis ornatus sunt, & sindonas floridas induunt. Carbasus autem est tenuissima & delicatissima telae seu lini genus, multum a poetis celebratum. Ctesias dicitur lino tegi affirmat.

SOLEIS PEDES) Arrianus in Indicis, Calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos, ita ut altiores varijsque coloribus distinctas soleas, quo proceriores esse videantur. Philostratus calceamenta ex arborum corticibus confecta gestare supra monuit.

CAPITALE IN TEIS) Strabo errantem crinem ait, mitra redimire: supra iam hoc ex Arriano quoque, Aniculum, inquit, partim humeris, partim capiti circumiectum: quin & barbam fucant, ut alijs Ne-archote teste, quam maximè alba appareat, alijs russa, alijs purpurea, alijs viridis.

LAPILLI EX AVRIBVS PENDENT) Arrianus in aures ex ebore factas Indis suscepit, & his locupletiores, quibus vulgus non vtitur, ferunt. Sed de inauribus antiqua res est, vti & de armillis & brachialibus. Nec apud Indos tantum, ubi aurum, lapilli & margaritæ nascuntur, sed in omni ferè orbe, de quibus Plinius, l.9. c.33. quem videbis.

P. 144. Reges Persarum etiam in aures gestabant: testis Arrianus in VII. qui sepulchro Cyri etiā evanescere in aures illatas memorat. Et Procopius de Perosa Persarum rege testatur, μέγαρος, inquit, λευκότητος μεγάλη οπεραλή ἐν την τε τοις δεξιοῖς απεκρέματο. Margarita candore & magnitudine eximia & preciosa ex aure dextra pendebat. Partiborum quoque id familiari suisse ex Tertulliano Brissonius ostendit. Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit, & tanti habuit vexationem operis sui & cruciatu infinitu tunc primum dolentis, ut ex illis ad ferrum natu corporis cicatricibus grana nescio qua penderent, quia plane Partibi per omnia queque sua bullarum vice inferunt.

REGVM TAMEN LVXVRIA) Mirum hoc quod sequitur super omnium gentium est. Quanta reveruntur de luxu regum, De cultu corporis quem ipse Curtius l.3. c.8. in Dario descripsit; de regiis eorum quæ Susis, Ecbatanis, Persepoli, Palagadis, Babylone spectabatur: de aurea domo Persarum Philostrato laudata, de aurea sella, aureo lecto, aureo tabernaculo, aurea platano, aurea vite, aureo lecto ab Apuleio ex Aristotele celebrato. Hec tamen omnia propè nihil ad Indorum regum magnificentiam, splendorem & maiestatem Curtio videntur, nec Curtio tantum, Aelianum audi, In regijs adibus India, ubi regum maximus illic regna tenentium atatem dedit, quum alia permulta & magnam hominum admirationem, & nullam comparationem habent, quibuscum sane nec Memnonia Susa, neque tota eorum sumptuositas conferri possunt, neq; Ecbatanius magnificientia cum his in comparatione coniungenda est. etenim illa, Persici fastus vanitas, si cum ijs comparentur, videri possint. Pori quoque regia laudatur in epistola Alexandri ad Aristotelem, quam tamen spuriam putamus.

CVM REX IN PVBLICO SE CONSPICI PATITVR) Fuere qui nunquam in publicum prodirent, ut Herodotus in Clio de Deince Medorum rege prolixè narrat: & Diodorus Siculus, de Sabæorum regibus, Infelix horum conditio est, quatenus nunquam è regia extre illis licet. Si contra egerint, plebs lapidum iactu, iussu veteris oraculi, eos obruit. Eadem ratio apud Sinas hodie seruatur, nisi quod ab Eunuchis & domesticis adeatur. Apud Indos quatuor ob causas prodibat in publicum, cum bellum vrgeret: cum ius diceret: cum lacrum faceret: cum venaretur: è quibus Curtius tres duntaxat, profert, bellum, venationes, iudicia. De pompa vero & publicis celebritatibus ex Clitarcho & alijs ita Strabo, In solennibus pompis multis elephantes mitti auro & argento ornatos, & multas quadrigas, & boum paria, deinde exercitum instructum sequi, & ingentes lebetes de auratis & magnis crateras, & mensas ex Indico are, & sellas, & pocula, & labra: ferè omnia smaragdi & berylli & Indicus carbunculus distincta. Item vestem variam auroque intertextam & pardales, & leones mites, & variarum elegantius canentium avium multitudo. Clitarchus refert, magnis prudit as frondibus arboreis in plaustris quaternarum rotarum deportari, & ex eis aues manefueras excuti, quarum canorissimum dicit Orionem, aspectu pulcherrimum, atque viarum, catrum nomine specie pauoni persimilem: reliqua vero imaginis pictura ab illo sumenda est.

LECTICA) non est idem quod sella: In hac sedebant, in illa gestabantur. De hac & supra, & ap Martiale dictum.

CARBASA QVAE IN D. EST) In singulari Carbasus genere muliebris apius: est cum & virili pronunciatur, multitudinis casus neutrius sunt, de carba solo pualo ante dictum.

REGIA COLUMNAS AVREAS HABET) qualis apud Nalonem erat solis:

Regia solis erat sublimibus alta columnis
Clara micante auro, flammisque, imitante pyropo
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebatur.

Et quæ sequuntur.

VITIS CAELATA) ut supra regis Persarum, de qua Brissonius multis l.i. de reg. Pers.

CVM CAPILL. PECT. ATQVE ORNAT) Strabo etiam strigilibus à tribus perfectoribus destitutus ait. Prater exitu, inquit, regis ad bellum, alius est cu ad ius dicendum exit, per die totu audiens, etijs hora sit, ut corpus cureret: id autem est strigilum perfictione: nam simul & audit, & à tribus perfectoribus perficitur.

Igitur,

EXPLANATIONES.

53

Iactitatum idem apud Romanos in balneis, quod Martialis, Persius, & alij docent:

Pergamus has misit, curuo destringere ferro,

Non tam sàpè teret linteal fullo tibi.

Ad quod distichum nos multa in Martialem. Persius Sat. 5.

I puer & strigiles Crispini ad balnea defer.

Sed hoc apud Indos memorabilius, reges non solum pectinibus & strigilibus destrictos fuisse, sed etiam, quod epistolæ Indicæ docent, humili stratos pedibus proculatos, donec multus è toto corpore sudor exprimeretur.

PEDES ILLIN VNTVR) Hic mos vngéndi pedes non apud Indos tantum, sed Hebreos, Græcos, & Romanos viurpatus fuit. Magdalena apud S. Lucam vnguento vnxit pedes Christi: a-
pud Romanos in balneis totum etiam corpus, in conuicijs caput inunctum fuit. Græci in hoc ge-
nere singulares fuere: qui etiam singulis partibus corporis singularia adhibebant vnguenta: Ath-
enæum accipe: òri dè dia σπάνης ἡ τοῖς παλαιοτέροις ἡ τῶν μύρων χρῆσις, δηλονέκ τε καὶ ἐπισαῦδαι, ποιοντεί-
καστρῶν μελῶν ἡμῶν ἐστιν ἐπιτιθέναι. Αντιφάνης γένεντοις διορθόντι φησι. + λεπτὸς ἀληθῶς E.
ἀλλά τι εἰς χρυσοκολλήτης δὲ κάλπιδος μύρων Λίγυστης μὲν τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη, φορικίνων δὲ τὰς γνάθους καὶ
τιτθία, σισυμβρίῳ δὲ τὸν ἔρερον βραχίονα ἀμαραντίῳ δὲ τὰς ὄφρους, καὶ τὸν κόμην, ἐρπυλίνῳ δὲ τὸ γόνον καὶ τὸν
χέρα. Antiquos in vnguentorum vsu fuisse curiosos & diligentes, hoc est indicio, quod priuatim vnicuique
parti corporis idonea scirent. Antiphanes in Vinosis, aut Fosse.

Lauat is in aureo quodam folio: vnguento

Aegyptio pedes linit & crura:

Phænicino buccas & vbera;

Sisymbrino verò vtrumque brachium:

Amaracino supercilium & comam.

Serpillino ceruicem atque genua.

Apud Plinium M. Otho Neroni monstrauit pedum vestigia vnguentis tingere. Diogenes a-
liquando vnguentatis pedibus incelsit: quod à capite odor in aere dissipetur, à pedibus vero in
caput recta feratur. In Aulularia Plauti, Myrobathrarij sunt qui calceamenta muliebria, vt bene
olerent, vnguentis imbuebant. Plura de vnguetis & vunctionibus nos ad illud Martialis phaleciū.

Vnguentum fateor bonum dedisti.

1.3. ep. 60.

VENATVS MAXIMVS LABOR EST) Strabolocum huc nobis explanat, ex quo multa pas-
sim Curtius. Tertio ad venationem, vbi Bacchico more maxima mulierum cataracta circumfunditur, sti-
patores exterius manent; nam via funibus obtextitur: quod si quis interius ad mulieres vsq; accedit, inter-
ficitur. Præcedunt regem tympana & tintinabula, cum in locis sepius venatur, & folio sagittat, aßistentibus
ei duobus tribusue mulieribus armatis, cum in locis non clausis venatur, sagittat ab elephante.

VIVARIO) Viuarium nunc criptoribus pro piscina & iuxthaboreo accipitur, nunc pro robo-
tario scubæphorœ, seu loco vbi cerui, leones, vrsi includuntur, vt hoc loco.

INTER VOTACANTVSQVE PELLICVM) vounte eam seu precantur, vt venatio regi se-
liciter cedat, ferasque certius & celerius figat.

BINVM CVBITORVM) trium ergo pedum, cubitum enim telquipedem æquat.

IN HABILI PONDERE) si iaculantis vires sagittarum ponderi respondeant, non videtur in-
habile telum: quo maius enim teli pondus, hoc gaudiuferit, si ferientem habeat ponderi respō-
dentem. Sed vbi nulla inter sagittarium & sagittam est symmetria, tum inhabile fit telum, & lan-
guidus caslusque ictus. Arriantum alia narrante audi: Sagittu, inquit in Indicis, vtuntur triū paul-
to minus cullitorum, nihilq; est, quod non Indici sagittarij telum penetrat, non scutum, non thorax, aut a-
liud armaturæ genus, quantumvis validum.

PELLICVM LONGVS ORDO) Strabo: Ex mulieribus, aliæ curribus, aliæ equis, aliæ elephantis ve-
huntur, quemadmodum & militia vna sunt, militant, omni armorū genere instructæ. Hæc Strabo. Per-
sarum quoque regem ad bellum profici ceterum pellices comitabantur, vt iupa lib. 3. c. 7. cognouisti.

ELEPHANTIVEHVNT:CVRRVMETTANT.) Verè distinxit locum hunc Acidalius, Ele-
phantis vehunt, regem nempe: deinde colon ponendum vehunt: currum & tantarum, &c. auro tegunt.

REGEM MERO SOMNOQVE SOPITVM) diuersa ab his Strabo, Regis corpus, inquit, mulie-
res curant, ea quoque de parentibus empta. Qui regem custodiunt, & reliquis exercitiis manent extra por-
tas. Si qua mulier regem ebrium occiderit, id præmissum habet, vt cum illius successore iungatur: succedunt
autem filii regi interdiu dormire non licet, nocte cogitare cubilia per horas mutare, idq; propter insidiæ.

NOCTIVM INVOCANTES DEOS) Erebum, Noctem ipsam quæ præcis inter deas: & nocte
natos natasq; Eumenidas, Erinyes, Parcas, Tenebras, Somnia, Somnū, Mortem, Dolū, Metum;
Laborē, Inuidentiam, Senectutem, Fatum, & hoc gehus alia monstra. Natalis mytholog. 1.3. c. 12.
& præced. & seq. Gyrald. de natura deor. dial. 1. p. 59.

VNVMAGRESTE ET HORRIDVM GENVS EST) Apud Strabonem totam Indorum gen-
tem & populum in septem genera diuidi (dicunt) quorum philosophi honore antecedunt, numero

Pliniū vi-
de 6.c.19.
1.15. p. 484
vero

verò paucissimi sunt: vtuntur eorum unoquoque priuatim, qui mactant & sacrificant: publicè verò reges in eo conuentu, qui maximus apud eos sit, cum novo anno incipiente. philosophi omnes ad regis fores conueniunt, & quicquid quisque composuerit, vel obseruarit eo anno de fructibus, de animalibus, de repub. in medium proferunt. Vbi quis falsus fuisse deprehenditur, ei per totam vitam legi silentium indicitur; qui vera dixerit, immunit & omni tribut exenius habetur. Secundū genus agricolarum est, qui plurimi sunt & probissimi. Hi ob immunitatem à militia, & securam opus faciendi licentiam, neq; urbem, nec publicē negotiorum, nec vllum aliud munus attingunt, quamobrem eodem tempore, & eodem loco alijs pugnant, & cum hoste pedem conferunt: alijs arant vel fodunt sine villo periculo, cum illos propugnatores habeant. Et cum regio tota sit regi, ipsi eam conductam excolunt, paci i mercedis loco quartam fructuum partem. Tertium genus est pastorum ac venatorum, quibus solis & venari, & pascer pecora, & vendere. & iumenta locare licet: pro eo autem quod terram bestijs liberant, & ab auibus semina legentibus dimersum frumenti à rege accipiunt, vagi errabundig, vitam in tabernaculis agunt. Priuato homini equum & elephantem non alere licet: vtrumq; enim regi possessio censetur, suntq; harum rerum curatores. Subiicit deinde quartum genus: Post venatores ac pastores, quartum genus ponit eorum qui artes exercent: item institoris, & quicunq; corpore victimum querunt. horum alijs tributa pedunt, ac statuta munia obeunt: alijs verò, vt sunt qui arma & naues fabricantur, alimenta & stipendia ab rege habent, cui & soli operis suis seruunt, arma militibus præbet exercitui præfetus, & classis præfetus naues nauigantibus & mercatoribus precio locat. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus ociosi agunt, in locis ab rege constitutis, vbi & victimus eius præbetur; vt cū opus sit, citè exeat, nihil de suo afferet & preter corpora. Sexti sunt inspectores, quorū partes sunt, vt quia agitur inspectant, & regi omnia clam renuncient. Hi in vrbe urbanas meretrices sibi adjutrices adhibebit, in castis verò castris: deligitur autem viri optimi ac fidelissimi. Septimi sunt consiliarij & assessores regis, à quibus & magistratus, & iudicia, & rerum omnium administratio geritur. Nō licet ex alio genere in aliud matrimonio contrahendo transire, aut ab unius generis institutis ad aliud descendere: neq; simul pluribus sedare tractādis, nisi philosophus qui sit: huic enim ob virtutē conceditur.

Deinde redit ad philosophos, illosq; rursus in duo genera distinguit: in Brachmanas & Germanes, & illos his præponit; Ex his Hylobios, id est sylvi colas esse honoratissimos, de utrisq; copiosissimè disputat.

Eadem gentem Arrianus in totidem tribus partitur.

Eadem, sed breuius, exequitur Diodorus Siculus lib. altero bibliothecæ, quem p. 125. videbis. Maffeius hodiernos Indos in quatuor hominū ordines distribuit, Is (rex Zamorinus) quatuor ordinum homines haber in suo regno. dynastas ac satrapas, quos vulgo Caimales vocant. Sacrorum antistites & procuratores: iū vetustissima originis & nominis Brachmanæ sunt. rei bellicæ studiosos è nobilitate duntaxat, qui Naires dicuntur. quartum obtinent locum opifices & agricolæ. reliquum vulgus institutorum est, magna ex parte Arabum Persarumq; & Aegyptiorū ex heresi Mahometana & Iudaica: qui preciosis mercibus admirabili solertia & peritia permixtandis ad amplias ferrim opes pecuniasq; perueniunt. Ceterum apud omnes præcipuo in honore Brachmanæ sunt, patetq; ea secula latissimè. horum scitis omnia publica & priuata sacra subiecta sunt. hi carimonias & iusta funebria suo arbitratu prescribunt. idemq; magno suo questu prodigia, sortes, auguria & omnia interpretantur. horum disciplina institutisq; reges ipsi imbuuntur, omnibus magnis paruuq; in rebus mirandum in modum illis obnoxii. Sed non unum est Brachmanorum genus: quippe alijs liberis operam dant, viuuntq; in hominum frequentia. alijs cœlibem agunt vitā, quos hodie proprio vocabulo logues appellant: gymnosophistæ olim Graci dixerunt: q; partim longissimè peregrinantur, stipem emendicantes: & victimæ vestitusq; asperitate nacti existimationem & fidem, credulas hominum mentes portentosis mendacij, varijsq; superstitionibus infraudem impellunt: partim in solitudinibus auijs & subterraneis specubus durissimo vita generè, inedia, vigilia, nuditate, frigoris estusq; patientia semetipsi discruciant, abstinentq; ab omni corporis voluptate ad certū annorum spaciū: quo ex alto, in Abdutos (id nomen ordini) magna cum gloria referuntur. iū tāquam humano fastigio celsiores, & omnium rerum licentiam adepti, nullis iam tenentur legibus, & in omni scelerum & flagitiorum genere impunè volvantur. est etiam suis logib; rector maximus, qui vestigalia per ampla dispensat, vocatoq; ad se certi temporibus impostores, varias in regiones ad prædicanda impias vanitatis deliramenta dimittit.

QVOS SAPIENTES VOCANT) Brachmanas, de quibus præter ea quæ iam è Strabone, Siculo, Arriano, Maffeo, Osorio, Nicolao Orlandino, Iarrico narrantur, non pauca Philostratus, Diogenes Laertius, à magis ortos arbitratur. Olim gymnosophistæ dicti Græcis, vt Plinius & Solinus tradunt, hodie logues dicuntur, Strabo, Arrianus, Siculus Brachmanas appellant, quorum immania sclera detexere hodierni scriptores, Suidas tamen & Stephanus de vrbibus valde celebrarunt, quorum verba omissis Græcis, latina vel interpretis antiqui vel mea apponam. Brachmanæ gens est religiosissima, & pauperis vita studiissima, in Oceani habitans insula, hanc prouinciam divinitus sortita. Quo cū peruenisset Alexander Mædo, columnæ inscripta. Ego magnus Alexander rex, hucusq; perueni. In hac insula homines longeui habitant. Viuum enim annos centenos quinquagenos, propriæ insignem puritatem & temperiem aeris. Apud hos nulla quadrupes est, non ager, non ferrū, non edificiū, non ignis, non aurum, non panis, non vinum, non carnis efsus. Sed cū habeat liquidum & sumnum temperatū aerem, ab omni lue & corruptione alienum, paucis pomis & lympidissima fruentis aqua, Deum sincerè solunt, & continenter adorant.

Stepha-

Stephanum ego sic intelligo: Brachmanes Indicæ gentis sapientissimi, quos & Brachmas vocant. Hierocles in studiis historiæ post hac, inquit, visum est opera precium genus etiam Brachmanum cognoscere. viros sapientia cultores, deumque amicos, & soli potissimum initios. Abstinent à carnium esu, deguntq; semper sub puro Ioue, veri amantissimi. Ad cultum corporis adhibent lineam vestem ex perra lapide confectam, filo mollißimo & vellere qua contexunt: ex quibus etiam sindones conficiuntur, qua nec igne comburuntur, nec aqua lauantur: sed ubi sordibus & maculis inquinatae sunt, conieciat in ignem candida & pura pellucidae, sunt.

HORRIDVM GENVS) Ianè horridum, quod Plinius & Solinus pœnè ijsdem testantur verbis. Philosophos eorum, inquit ille, quos Gymnosophistæ vocant, ab exortu ad occasum perstant contuentes solem immobilibus pedibus: feruentibus tamen toto die, alternis pedibus insister. Hic: Philosophos habent iñdā (gymnosophistæ vocant) qui ab exortu ad usque solis occasum contentū oculis orbem canditissimi sideris contūtentur, in globo igneo rimantes secreta quadam, arenisque feruentibus perpetem diem alternis pedibus insistunt. Alia horum horrentia vitæ & virtus studia iam ex Suidā & alijs didicisti. Et Plutarchus testis velut ēx ijsdē posse accedit in i.de Fort. Alexand. Iam verò quidam illuc perhibentur esse solidiori citudinē, at que adeò nuda adsueta philosophia, sancti homines suis legibus viuentes, deo prorsus addicti supra Diogenem etiam frugi. adhac non egentes, ut qui in diem horamq; viuant, terra ipsis assidue recentia suppeditante, potunque fluminibus: cubile verò illis strata passim arborum folia, herbae que solum scatens.

OCCUPARE FATIDIEM PVLCRVM P.) Atque Megasthenes, vetus apud Strabonem scriptor, contra hos venit, nec omnibus hoc dogma fuisse Brachmanibus tradit. Ita Strabo libro 15. Megasthenes, inquit, nullum philosophis decretum esse de morte sibi consicenda affirmat: sed temerarios haberi qui hoc in se admittant: ac natura quidem duros in vulnera vel precipitum ferri: doloris patientes in profundum maris, doloris impatientissimos strangulari, ignes in ignem detrudi, ac tales Calanum fuisse incontinentem sanè hominem, & mensæ Alexandri mancipium. ex propter hunc virtuare, Mandanum verò summopere laudati, qui omnes Alexandri minas, omniaque munera contempsit, ne gauisque Iouis filium.

Alij tamen plerique scriptores Calanum valde celebrarunt, qui simul sapientum cum Alexander colloquium referunt, quæ passim in Curtio hiante & exeso desiderantur. Ex gymnosophi- Plutarchus stis, qui præcipue Sabbam ad defectionem impulerant, & plurimum fatigauerant Macedonas; decem parva edit. acres ad respondendum & contractus habitos, cepit. His questiones obscuras posuit, necem denuncians p. 589. primo, qui parum recte respondisset, inde ordine reliquis, unde natu maximum dedit iudicem. Primus interrogatus, Viuosne plures esse, an mortuos cœseret, Viuos ait, neque enim iam esse eos, qui mortui sunt. Secundus, Terram, an pelagus grandiores gignere belugas? Terram, quippe huius, inquit, pelagus portio est. Tertius, Quod callidissimum esset, Quod hactenus, inquit, homo non cognovit. Quartus requisitus, Quam obrem Sabbam ad rebellionē concitatasset? responsum dedit, Quod honeste viueret, aut male periret. Quintus rogatus, Diem an noctem putaret fuisse priorem? Diem ait, uno die. Adiecit autem (cum id rex admiraretur) Implicatarum interrogationum necesse esse, ut essent implicatae responsiones. Ita progredivs sextum percunctatus est, Quemadmodum quis maximè se efficiat charum? Si potentissimus, inquit ille, nec formidabilis esset. Ex reliquis alius rogatus, Quemadmodum ex mortali quis deus euadat? Si quid fecerit, inquit, quod facere denegatum sit homini. Alius, De vita & morte, vtr a valentior? respondit, vitam tam honeste multa tolerantem mala. Postremus quatenus hominem viuere deceat? Eatenuis cum mori, quam viuere viueret, non censeat præstare. Ita tandem versus ad iudicem pranunciare eum iusit sententiam, qui cum, alium vel honeste alio dixisset, segnius respondisse. Ergo tu, inquit, primus morire qui ita deceris. Minime vero, rex, inquit ille, nisi tu mentiaris, qui primum dixisti interfectum te illum qui pessimè respondisset. Hos igitur munib; honoratos dimisi. Plura apud Plutarchum de Dandami; & alij, quæ tute otiosus leges. De Calano etiam multa apud Siculum disces, præsertim de morte & rogo, in quem se viuus cum animali age, et tertium supra leptuagesimum cōiecit li. 17. p. 573. De codem Calano & Dandami multa apud Geographum & Arrianum cognoscis, quæ breuitatis studio transeo. Prædictus Alexander Calanus illum Babylone peritum, quod de oraculo etiam M. Tullius de divinatione & 3. Tullius. Quæst. Suidas quoque, & Aelianus, qui de certamine Symposium ab Alexander in gratiam Calani instituto narrat l. 2. c. 21. & de eiusdem l. 5. c. 6. Plura etiam Geographus lib. 15. p. 495. & Plutarchus p. 555.

ILLI QUI IN VRBIB. PVBLICIS VIVUNT, Aliud genus sapientum apud Indos. hoc est propè contrarium superiori; quemadmodum enim illi & Hylobij extra urbes in rupibus, sylvis & agris degebant: ita hi in populi frequentia, in urbibus, & regijs cum multis viuere consuerant. Illi ultra mortem sibi consicere et pulchrum putabant; hi turpe; illi fortium virorum, occupare fati dicuntur; hi timidi erant, vt qui mortem, & genus mortis, quod natura vel casus præscripsit, metuebant. qui & ipsis suis suffragatores habebant, vt supra apud geographum ex Megasthenem cognouisti.

SIDERVM MOTVS SPECTARE) Astronomiæ & Astrologiæ addicti, de quibus Natio:

Felices animæ quibus hanc cognoscere cura.

Inque domos super as scandere cura fuit.

1. 3

Credi-

Sapientes apud Indos se omnia nosce diuinitat, & deos esse. Philostrat. 1. 3. c. 6. * Sylnico- la. Ouid. I. Fast.

Credibile est illos pariter virtusq; locisq;

Altius humanis exseruisse caput.

Admouere oculis distantia sidera nostris,

Atheraq; ingenio supposuere suis.

FUTVRA PRAEDICERE) Iam suprà ex geographo hoc genus philosophorum laudauimus, vbi omnem multitudinem Indorum in septem genera distinxit, quorum primi sunt philosophi, qui reliquos honore antecedunt, numero verò paucissimi sunt;

De eisdem Nearchus apud Strabonem, qui hoc genus Brachmanum in ciuitatibus versari & reges sequi, & ijs à consilijs esse affirmat. Idem ferè ex Arriano paullò ante didicisti, vbi primum genus Indoru explicat. Idem pro sus Diodorus Siculus altero volum. Biblioth. nec pluribus opus.

Epist. 24.

NEC QVEMQ; AM ADMO VERE LETHI DIEM CREDUNT) Seneca: Obiurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos qui timent, & ait: Ridiculum est, currere ad mortem tandem vita, cum genere vita, ut currendum esset ad mortem, efficeris. Item alio loco dicit: Quid tam ridiculum, quam appetere mortem: cum vitam tibi inquietam feceris metu mortis? His adiicias & illud eiusdem nota licet, tantam hominum imprudentiam esse, inquit dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem. Quicquid horum tractauerū, confirmabis animum, vel ad mortis, vel ad vita patientiam. in virtutemque monendi ac firmandi sumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus etiam cum ratio suadet finire, non temere, nec cum procul suu capienda est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet è vita, sed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus, qui multos occupauit libido moriendi. Est enim, mihi Lucili, vt ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio, qua sepe generosos atque acer- rimia indolis viros corripit, sapientia nō iacentesq; illi contemnunt vitam, bigrauantur. quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, & vita non odium, sed fastidium.

Atque hæc quidem Seneca in epistola, in qua tamen paullò suprà contrarium laudarat: adeo atrum & album, frigidum & calidum ex eodem ore & manu.

Martialis de Deciani Stoici dogmate hoc facit:

I. 1. ep. 8.

Quod magni Thraseæ consummatiō, Catonis

Dogmata sic sequeris, saluus vt esse velis,

Pectore nec nudo strictos incurris in enses,

Quod fecisse velim te, Deciane facis.

Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:

Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

Et idem in Fannium:

I. 2. ep. 80.

Hostem cum fugerer, se Fannius ipse peremit,

Hic rogo non furor est, ne moriare mori?

Ad prius epigramma nos multa, quæ hic faciunt, quæ tu illinc potes petere.

ARBORES MAXIME) In pseudoepistola Alexandriad Aristotelem ex India scripta mira fabularum monstra de arboribus Solis & Lunæ, deque oraculis Alexandro ab arboribus editis traduntur, quo fato sit perfuncturus, quo mater & sorores. Est & apud Philostratum ylmus iussu Theosphonis gymnotophistæ Aegyptij loquax. perinde enim est Acherunteo Louisie per arbores & truncos, siue per alia ferarum aut prodigiorum monstra generi humano illudat. De arboribus etiam Alexander Neapol. & Cælius Rhodiginus ab Indis cultis referunt, sed vnius Curtij testimonio nituntur. Coluerunt & louem Pluuum, & Gangem fluvium, & Indigetes, & quicquid denique colunt, pro Deo habent. Solem tamen Brachmanas potissimum inter deos, vt ex Philostrati Apollonio ostenditur, coluere.

MENSES IN QUINOS DENOS DESC. DIES) quindecim ergo diebus finiunt mensem, & hoc, cum luna quindecim diebus crescit, & totidem decrescit. Incipiunt autem, cum se post silentium, rursus ostendit in nouilunio, & rursus antequam ad silentium redeat.

BREVIORES HABENT MENSES) dimidiatos nempe & quindecim tantum diebus circumscripsit, ita vt viceni quaterni menses efficiant annum, quod perinde est, ac si menses haberent 12. trigesita dierum, qui continent dies 360. quibus tamen quinque cum suis horis adiiciunt, vt annus solaris compleatur. Et hoc est quod dicit Curtius illos anni spacia plena seruare, quamvis tempora sua lunæ ordine metiantur. Disputat quidem emendator temporum de anno Indico, sed non nisi ab usque Julio Cæsare incipit, priorum temporum rationem non habet.

Glareanus: Mirum, inquit, hoc authorem tradere ausum: Cum illa in cornua curuare, & quæ certo tempore fiat atque orbis impletio, nec mensis ob hoc fit breuior. Quanquam sensus esse potest, eos mensis initium sumere non à plenilunio, sed à nouilunio: & breviores menses intelligi respectu solarium mensium.

Sed miror ego Glareanum hoc austum scribere, & breviores menses respectu solarium intelligendos, cum Curtius disertè dicat, solitos Indos mensem in quinos denos dies describere, qui nec lunaribus respondent; vt qui apud veteres trigesita dies continuerint.

MULTA ALIA) quæ iam suprà adiecimus in septem generibus hominum explicatis.

CAPVT

CAPVT XVIII.

ARGUMENTVM.

Indiam partim deditioне, partim vi & armis occu-
pat.



*Gitur Alexandro fines Indiae ingresso gentium suarum reguli occur-
rerunt, imperata facturi illum tertium Ioue genitum ad ipsos perue-
nisse memorantes, Patrem Liberum, atque Herculem fama cognitos
esse. ipsum coram adesse cernique. Rex benignè exceptos sequi iussit
ijsdem itinerum ducibus usurus. Ceterum cum amplius nemo occur-
reret, Hephaestionem & Perdiccam cū copiarum parte pramisit adsu-
bigendos qui auersarentur imperium: iussitque ad flumen Indum pro-
cedere, & nauigia facere, quis in vltiora transportari posset exercitus Illi, quia plura
fluminis superanda erant, sic iunxere naues, ut soluta plaustris vehi possent, rursusque
coniungi. Post, se Cratero triumphalange iussi sequi, equitatum ac leuem armaturam e-
duxit, eosque qui occurserunt, leui pratio in urbem proximam compulit. Nam superuenie-
rat Craterus. Itaque ut principio terrorem incuteret genti, nondum arma Macedo-
num expertas, præcepit ne cui parceretur, munimentis urbis quam obsidebat, incensis.
Ceterum dum obequitabat mænibus, sagitta iactus est. Cepit tamen oppidum, & omnibus
incolis eius trucidatis, etiam in tecta sauitum est.*

FINES INDIAE INGRESSO) Si verè proprieque de India loquamus, Alexander non-
dum fines Indiae ex mente aliorum scriptorum attigerat: cùm enim Curtius hoc loco agat de
regionibus cis Indum, occidentem versus sitas & India, vt supra demonstratum est, sit intra
Indum & Gangem, sicut Melopotamia inter Euphratem & Tigrim, & vetus Germania inter
Danubium & Rhenum; non potuit fines Indiae fusile ingressus Alexander, cùm India trans Indum
incipiat, vt Arrianus docet.

Curtius Indicæ gentis nomine eas etiam gentes complectitur, quæ cis Indum sedes habent,
vt sunt Astaceni, Assaceni, Nysæi, Peucelaotæ, Turæi. Idem geographus in 15. docet Indum fu-
isse limitem Indiae, sed addit post ab Alexandro etiam ea quæ cis Indum sunt, Indis accen-
sa.

p.169, l.8.
ipso prin-
cip. de re-
bus Indi-
cis.

GENTIVM SVARVM REGVLI OCCVRERER VNT) Et inter hos Omphis qui postea
Taxilis est dictus. Arrianus in 4. Inde Nicæam profectus, sacro Palladi facto ad Cophem amnum
processit, & caduceatore præmisso Taxilem Acuphim ac ceteros qui trans amnum incolebant, obuiam fibi
proredi iussit. Et Taxiles quidem reliquie præsiles obuiam venerunt, dona quæ apud Indos censemur
amplissima offerentes. Sed de Taxili noster infra c. 22. quem Diodorus trans Indum regnasse cre-
dit.

ILLVM TERTIVM IOVÆ GENITVM AD IPSOS PERVENISSE) Bacchum ex Ioue
& Semele natum, Herculem, (de qua remox infia copiosius,) Ioue & Alcmena, Alexandrum
Ioue Ammone & Olympiade. De prioribus, omnes poetarum fabule garriunt, quas apud Phur-
nutum, Palæphatum, Gyraldum, Natalem Comitem & sexcentos alios leges. De Alexandro di-
clum ante in prolusionibus: & lib. 2.

NEMO AMPLIUS OCCVRERET) Nec Assaceni, nec Astaceni, nec Nysæi legatos mi-
lerant vel occurserant.

HEPHAESTIONEM ET PERDICCAM) principes amicorum, de quibus sæpe lupra; & in-
fra sapienti, vti & de Cratero. Arrianus: Ibi exercitu diuiso Hephaestionem & Perdiccam in Peucela-
otidem regionem mittit, & quæ ibi sequuntur.

PVLVRIMA FLVMINA) cis & trans Indum currentia, quorum pleraque nomina superio-
ri capite ex Arriano expressi. & tota India plena est fluminibus.

SOLVTAE) quod in ratiis facillimum, quæ & ipsæ naues dicuntur: ægrius veræ naues sol-
vuntur & compinguntur.

IN VRBEM PROXIMAM) Arrianus in 4. plenius hanc obsidionem explicat, ipse sumptose-
cum equitatu vniuerso & Macedonum peditibus ID CCC scuta pedestria gestantibus in equos imposi-

ris, summa celeritate contendit, quod barbari eius regionis in montes confugisse uincia rentur, & in vi-
bes munitiores ad repugnandum sese receperisse. quarum virium primam in ipso uiuere sitam adortus,
oppidanos pro mœnibus instructa acie stantes, primo impetu ut potuit repressos intra portas reticet: ipse
verò telo per thoracem ictus vulnus in humero accepit. Leuius tamen id fuit, quod thorax quo minus te-
lum altius in humerum penetraret, obliterat. Ptolæmeus & Lagi F. etiā Leonnatus vulnerati. Tum Alex-
ander, qua parte commodior ad oppugnandum murus videbatur, ad urbem castrum locat, posteroque die
sub lucem (duplici enim muro cincta urbs erat) exteriorem, qui minus firmaverat, Macedones parvo ne-
gotio aliquandiu restitere. Postquam verò admodum scilicet alis propugnatores omni ex parte telis pterentur,
neque diutius sustinere possent, protinus eruptione per portas facta, in montes sese protipiunt, quos inse-
cuti Macedones, non paucos in fuga cedunt. quotquot autem viu in potestate venerunt eos etiam a-
nimis ob Alexandri vulnus ira inflammatis, omnes interficiunt. multi eorum in montes non procul ab ur-
be disfitos euaserunt.

IN TECTA SAEVITVM EST) Solo æquatam dicit Arrianus urbem.

CAPVT XIX.

ARGVME NTVM.

Nysæ à Baccho conditæ descriptio, oppugnatio, de-
ditio. Exercitus operatur Libero, & Bacchanalia
viuit.



Nde domita ignobiliente ad Nysam urbem peruenit. Forè castris
ante ipsa mœnia in siluestri loco positis, nocturnum frigus vehemen-
tius quam alias horrore corpora affectit, opportunumque remedium
ignis oblatum est: casis quippe siluis flamمام excitauerunt, que igni
aista, oppidanorum lepulchra comprehendit. Vetusta cedro facta e-
rant, conceptumque ignem latè sudere, donec omnia solo æquata sunt.
Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fre-
tus auditus est. tum & oppidani hostem, & Macedones ad urbem ipsos venisse cognos-
cunt. I amque rex eduxerat copias, & mania obsidebat, cum hostium qui disiriment tenta-
uerant, obruti telis sunt. Alys ergo deditonem, alys pugnam experiri placebat; quorum
dubitacione comperta, circumseri tantum eos, abstineri cædib. iusit: tandem & obsidionis
malis fatigati dedidere se. A Libero patre conditos se esse dicebant, & vera hoc origo e-
rat. Sit a est sub radicibus montis quem Meron incola appellabant. Inde Graci mentien-
dit traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse calatum. Rex sic montis cognito
ex incolis, cum toto exercitu premisis commeatibus vertice eius ascendit. multa hedera
vitisque toto gignitur monte; multæ perennes aqua manant. pomorum quoque varia salu-
bresque lucisunt, sua sponte fortitorum seminum fruges humo nutritae: lauri, baccæ &c.
& multæ in illis rupib. agrestis est silua. Credo equidem non diuino instinctu, sed lascivis
esse prouectos, ut passim hedera ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto ne-
more similes bacchantibus vagaretur. V oīibus ergò tot millium præsidē nemoris cius deū
adorantium iugamontis collesque resonabant, cum orta licentia à paucis (ut ferè fit) in
omnes se repente vulgasset: quippe velut in media pace per herbas aggredianturque frondem
prostrauerant corpora. Et rex fortuitam licentiam non auersatus, large ad epulas omnibus
præbitis, per dies decem Libero patri operatum habuit exercitum. Quis neget eximiā
quoque gloriam sapientia fortunæ, quam virtutis esse beneficium? quippe ne epulantes qui-
dem & sōpitos mero aggredi ausus est hostis, haud lecus bacchantiū vulantiūque fremuit
perterritus, quam si præstantium clamor esset auditus. Eadē felicitas ab Oceano reuerten-
tes temulentos commessantesque protexit.

IGNOBILIGENTE) De regia sede huius gentis Mazagis seu Massagis, infra cap. 20. plenius
tractabitur:

AB

AD NYSAM VRBEM PER VENIT) huic cognomines vrbes apud Stephanum decem lego; primam omnium in Helicone, alteram in Thracia, tertiam in Caria, iv. in Arabia, v. in Aegypto, vi. in Naxo, vii. apud Indos, viii. in Caucaso monte, ix. in Libya, x. in Eubcea, vbi uno eodemque die vitem aiunt florere & vuam excoquere. Multa super eadem Nyssia Eustathius ad Dionysium Periegeten.

Nysa non solum cis Gangem, sed etiam cis Indum ad Cophenem fluuium sita fuit. Arrianum lib. 8. lege, vt Glareano non fuerit dubitandum. Nyssam appellatam Bacchus omnium scriptorum auctoritate condidit (uno reclamante Goropio, qui Noachi opus affirmat (quem tamen & ipse Bacchum interpretatur) aliamque nominis originationem excogitat, vt mox ostendam) dictam à Nyssa seu Nyssa Bacchi nutrice, vel intula Nyssa, vel monte Nyssa, Arrianus lib. 8. dederit. Indicis, Nyssai verò Indorum gens non sunt, sed ex ijs originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indianam venerant, Gracis fortasse, qui in bellis quæ Dionysius cum Indis gestis inutiles bello facti fuerant. Fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Gracis coloniam deduxit, regionemque Nyssam à monte Nyssa vocavit, urbemque ipsam Nyssam. in qua educatus est Bacchus, quam Siculo in Arabia sitam ait, vel inter Phænicum & Nilum, vt Homerus canit. Inde Bacchum, Dionysium seu Dionysium, à Ioue, cuius filius erat, & Nyssam insulam dictam affirmat in tertio bibliothecæ; vbi tres Bacchos facit, & res illorum geltas recenset. hanc verò Nyssam in India situm oppidum esse à Dionysio seu Baccho conditum. Sed Goropij etymon videamus, qui in Indo-scythicis, *Huic*, inquit (Noachum intelligit) Nyssam originem acceptam fert, nomen fortita in eadem p. 521. lingua, à libando reuerenter ergo degustando: quo monemur vinum non esse affatim ingurgitandum, sed veluti sacrum quandam & celestem potum, modicè bibendum. Nutzen enim sine Nuttene, nihil aliud est, quācum reuerentia quadam sobrie degustare. Primum est Nutt, id est necessarium, à quo Nut, id Nutzen est utile & conueniens; Nutten igitur nil aliud est quācum sumere aliquid eo modo, vt necessitatem *vitilitatem* nos Germani. naturæ non egrediamur. Sed Graci Tau in Nutzen exciderunt, quod concursus Tau cum sigma ni superioris non ferè sit in vsu: Sed duabus literis in Zeta transiunt, vel prior eliditur, vt hic videmus. Non sine mag- nara ratione ciuitati id nominis datum, posse quam ipse inuentor modum in sumendo vino egressus, ludi- brium se filio suo fecisset. Debemus itaque libare potius quam bibere, eo quid alieno modo sumptum nullam adferat vitilitatem; imò contra noxiū sit & exitiale venenum. In sacro scana, in qua Corporis & Sang. Christi coniuuium agimus, dicimus vernacula nostra lingua Nutzen vel Nutten i. sobrie, & cum reue- rentia ad vitilitatem nostram & necessitatem sumere. Quæ vox igitur potius populo illi danda fuisset, in quo tam largo cornu, vinum Genius infundebat, vt nihil aquæ fuerit verendum, quācum vt omnes perinde atque Liber, ultra sumerent, quācum vel vitilitas, vel necessitas postularet.

Obserua Lector Goropium Belgica lingua duplici tt. pro duplici SS. dixisse Belgarum more, Nutten, pro quo Germani dicunt Nutzen seu Niesen, id est sumere cibum: perinde enim se habet Belgica lingua ad Germanicam, sicut Attica ad communem Græcam; vbi enim Græci dicunt θάλασσα, Attici dicunt θάλασσα, vulgares γλῶσσα, Attici γλῶσσα, πράσινος, & πράσινος, & sexcenta alia. Nysa dicunt Græci à communi lingua, Latini simplici litera Nysa: Vnde Nyssæ & Nyssæ re- gion. Bacchum autem Goropius, vt supra etiam docui, Noam interpretatur, vitis colendæ & vini exprimenti repertorem, quod minimè improbabile est, quando mythologi totas de Baccho fa- bulas ad vitiuationem & cultum trahunt & exponunt.

CASTRIS ANTE IPSA MAENIA POSITIS) Non eodem modo Plutarchus, Arrianus, & Sicus hanc obsidionem & oppugnationem describunt. Plutarchus narrat detrectasse Ma- cedonas oppugnationem propter fluminis, qui urbem alluit, altitudinem.

Copiosius hæc Arrianus, qui negat expectasse Nyssos oppugnationem, sed sub primum statim Alexандri accessum ad Nyssam misisse legatos ad dedecimam urbem; pulchra est legati Acu- phis oratio & colloquium cum Alexandro, quod Arrianus l. 5. repræsentat.

Cæterum, Quod Arrianus de Acuphi Alexандri aspectu territum procidisse tradit, fieri etiā inde potuit, quod Eustathius ad Homerum prodidit, ex Alexандri dimicantis armis tantum fulgorem emicuisse, vt barbari apud Indos putauerint ignem aut spectrum aliquod Alexандri corpus præcedere: Eustathij verba ad illa Homeri de Diomedis galea & scuto sunt hæc.

p. 512. & 513

Δῆμος οἱ ἔκχορύθος τε καὶ ἀστέλλοντος ἀκαματου πόρῳ

Αστέρος ὑπωρειῶν ἐναλίγκιον, οὗτος μάλιστα

Λαμπτρὸν παμφύγην τε λελύμενον ὁ κακεανοῖο.

Τοῖον οἱ πόρδαινεν ἀπὸ κρατόσεως καὶ ὥμερος.

Hæc sunt: κατὰ καὶ τε μεγάλος οἱ λελύμενοι συνέπεσε, κινδυνεύων γάρ ἐκεῖνος πάντα Ινδοὶ ἐκτίναζοτε τοῖς ὄποις καὶ τὴν ισορίαν, οἱ δὲ βάρβαροι, σέλας καὶ φάσμα πρὸ τε σώματος ἐδέξαν φέρεσσαν.

Sed Plutarchus id factum refert in oppugnatione Mallorum, cum solus defilijslet in urbe.

SEPVLCRA OPIDANORVM) Hoc præter Curtium nemo vel Latinorum, vel Græcorum qui hodie leguntur, quod equidem meminerim, annotauit.

A LIBERO PATRE) à Baccho. Bacchum autem repertorem vini Goropius Noachum fu- ille

isse non improbabilis ratione confirmat. certe Diodorus in lib. & Mythologi totam de Baccho fabulam ad vini sationem cultum & potionem referunt, quæ omnia in Noachum conueniunt.

MERON INCOLAE APPELLANT) Ex verbi notatione docet Curtius Græcos menti-
endi licentiam traxisse ut fabularentur Bacchum Iouis feminine cœlatum & natum esse. Or-
pheus.

Hymno in
Sabazium.

Κλῆθι πάτερ κρόνος οὐδεὶς Σαβάζιος εἰδεῖ μένει τὸν θεόν.
Οὐδέποτε διόνυσον ἔριθρον μενέραφιάτην.
Μήρων ἐγκατέραφας, ὅταν τετελεσμένος θεός.
Τμιόλονεις ήγάθεος.—
Audi magne pater Saturno nate Sabazi.
Qui Bacchum horriforum Dionysum ut adultus adiret
Frondosum Tmolum femori mira arte fusti.

1.9.

Dimarchus ait Ionem ex femore Baccho foetum claudicasse.

De femore & apud Euripidem in Bacchis leges.

Hos imitatus Naso cecinit in lib. 3. transfor. m.

Pontanus
hos omisit
in 3.

Imperfetus adhuc infans genetricis ab aliis
Eripitur, patrioque tener (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaque tempora complet.

c. 55.

Solinus in Meri montis specu nutritum ait Bacchum, atque inde natam fabulam Liberum feminine natum. Mela: Vrbium quas incolunt Indi sunt autem plurimæ, Nysa est clarissima & maxi-
ma: montium Meros Ioui sacer. famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in huius specu Li-
berum arbitrantur esse nutritum; unde Græci auctoribus ut femori Ioui insutum dicerent, aut materia
ingessit aut error.

1.6. c. 2. t.

Idem ferè Plinius: Nec non ē Nysam urbem plerique India adscribunt, montemque Merum Libe-
ro patris sacrum. unde origo fabula Iouis feminine (lego feminine) natum.

Plinius cor-
rectus.

Arrianus: Mons vero urbi vicinus, ad cuius radicem sita est Nysa. Meru hoc est femur vocatur ob in-
fortunium, quod illi statim ac natus est accidit.

1.8.

Infortunium Siculus explicat, Cum ergo semele precibus à Ioue extorsisset ut pari se atque Iuno-
nem honore dignaretur, tonitru & fulmine armatus ille accessit, quorum vim cum puella sufferre non
posset, exanimata abortum fecit. Infantem vero Iupiter confessim exceptum femori insuit, eumque ad
iusti incrementum tempus enixus Nyssam Arabie deportauit, ubi à Nymphis educatus, à patre simul &
co Dionysi (quod Nyssum Ioua filium sonat) nomen adeptus est.

Goropius alia omnia de etymo montis Meri cogitat, vocemque ē Cymbrica seu Scythica,
hoc est Germanica lingua deducit, Meet enim plus sonat, quod mons ille & dulcissimo succo
vitis, & omni genere frugum abundaret, exoptandi modo plures huius modi montes optabat
Iacchus seu Noacchus.

1.13. p. 473

De monte hoc & Macedonibus ibidem debescantibus, mox è Philostrato plura, Geogra-
phus è Sophocle de Nyssa & Mero Baccho sacro.

Οὐθὲν χρεῖται τὴν Βεβακχιωτένην
Βροτοῖ σικλενὴν Νύσσαν ἢ δεσμένης
Ιακχὸς αὐτῷ Μάγας ἡ δικτύεις
Ο πέρι δρυνούχηλαγράει.
Vnde conspiciens bacchatam mortalibus claram Nyssam
Quam corniger Bacchus iucundansibi nutricem colit,
Vbi ales non clangit.

Dicitur etiam Bacchus in femore insutus eductusque.

Et idem paulò infra: Ex his autem Nyssam gentem quandam nominarunt, & Nyssam urbem à
Baccho conditam, & montem Merum urbi imminentem, id est femur.

CÆLA TUM) fabricatum, creatum, natum. cœlatum dixit, quod non ut fæmina pepererit
Bacchum, sed quasi cœlarit & fabricarit.

MULTA HEDERA) de hac testatur geographus, sed vitem parum laudat ἀκαστίους, καὶ τὸν
εὐτοῖς κιασὸν καὶ ἀμυελὸν, οὐδὲ ταῦτα τελεσίκαρπον, ἀπορρεῖ γραφόβοτος πρὸ περάστασι διὰ τοὺς ὕψες
τοὺς ἀρδηρούς. argumento hederæ ibi nascentis & virtutis: quanquam fructum ad maturitatem hac non per-
ducit, nam racemus priusquam maturescat, defluit, propter imbrum abundantiam.

Mira de cultu huius montis & templo Bacchi narrat Philostratus, qui montem ipsum Ny-
ssam appellat: Eo flumine superato in continentem venerunt regia ditioni subiectam: ubi Nyssam in
altum protenditur, ad summum verticem plantis consitus, veluti in Lydia est Tmolus. Licet autem cuique
in ipsum faciliter ascendere, cum sit propter culturam undeque perius. Ascendentibus autem occur-
rit Bacchi templum, quod plantatis lauris ipsummet Bacchum sibi instruxisse perhibent, tanquam soli in
gyrum complexum, quantum mediocri templo satius est. Eius autem contingendi causa rite atque edera,
circum-

circumque lauros complexa, quasi parietum structuram efficerent. In medio autem statuam suam erexit, iam tum coniuncti fore, ut tempore coalescentes arbores locum ipsum conjectura essent: quod iam tū ita perfectum erat, ut neque pluvia ingredi, neque intus spirare venti possent. Falces autem, cophinos & torcularia, & cetera vindemia instrumenta, partim aurea, partim argentea, in templo suspensa Dionysio, ut vindemianti, conspicuntur. Bacchi vero simulacrum ex albo lapide fabricatum adolescentis Indi effigiem praeferunt. Quotiescumque autem bacchatur, & Nysam concutit, à subiectis urbibus, quæ una saliunt, audiri fertur.

Et infra, ubi de duobus Bacchis disputationem finit, subiicit: cum è contrario Thebanus orgia sacra, celebranda illumi docuerit, dixerit quæ se Ioue genitum, in primis femore usque ad partus maturitatem fuisse gestatum, inueniturque montem Nysam propinquum, quem toxam seu femur nuncupauit. Nysam verò ut illi tradunt, in honorem Bacchi vitibus conseruerunt homines, qui Thebis vitium semina ed transtulerunt. Arrianus nusquam in India hederam nisi in Mero nasci affirmat, quem luculen. ter cum Curtius describit: Post hac, inquit, Alexandrum cupido cepit visenda illius urbis, in qua Nysam p. 102. monimenta quadam Dionysij esse gloriabantur: adeundi etiam monitis Meri cum equitatu amicorum & peditum agmine, ut montem hedera lauroque refertum, lucosque opacos, omni ferarum genere abundantes videret. Macedonibus hedera conspectum iucundum fuisse, quam nimirum à multo tempore non vidissent (neque enim Indorum regio hederam fert, ne ibi quidem ubi vites sunt) coronasque ex eas effisse. & capita redimitos Dionysio hymnos cantasse, varijs eum appellationibus inuocantes: Alexandrum Dionysio sacrificium fecisse, & cum amicis epulatum esse.

CREDO EQVIDEM NON DIVINO INSTINCTV) Arrianus ex aliorum quoque tentientia Macedones diuino Bacchinius coruptos debacchari cœpisse, auctor est in manibus.

Sed longè diuērla ab his narrat Philostratus, qui negat Alexandrum Nysam ascendisse, quod c. 4. l. 2. vereretur, ne vitium aspectu Macedones rerum domesticarum desiderio tangerentur, aut eos P. 65. vini cupiditas caperet, iam diu aquæ bibendæ aslues factos. Hæc Philostratus testatur se ex vero scribere, quamvis sciret se parum grata alijs dicturum fuisse, sed apud se studium veri præpotuisse. Iustinus tamen cum pluribus sentit, quem lib. 12. p. 122. videbis.

NE EPVL. QVIDEM AGGR. AVS. EST HOSTIS) Quia non hostis amplius, sed ingratiā deditio acceptus.

AB OCEANO REVERT.) Hanc bacchantis & triumphantis exercitus ab Oceano redeun- tisgraphicè describit infra Curtius l. 9. c. vlt.

QVIS NEGET EXIM.) hunc locum Acidalius mallet ita legi: gloriam sapientia fortuna beneficium, quam virtutis esse meritum. Non rejicit tamen vulgatam, quam & nos retinendam putauimus, quod nil temere in auctore sit mutandum, nisi manifestum, appareat mendum.

CAPVT XX.

ARGVMEN TVM.

Varias urbes & regiones expugnat: Inter has Mazagias & Cleophen reginam. Rex vulneratus sentit se hominem esse.

Aene ad regionem que Dædala vocatur, peruentum est. Deseruerant incole sedes, & in arios siluestresque montes confugerant. Ergo Acadera transit, æquæ vastæ & distracta incolentium fuga. Itaque rationem belli necessitas mutauit, diuisis enim copijs, pluribus simul locis arma ostendit: oppressisque & qui non expectauerant hostem, omni clade perdomiti sunt. Ptolemaeus plurimas urbes, Alexander maximas cepit; rursus quas distribuerat copias iunxit superato deinde Choaspe amne, Canon in obsidione urbis opulentia (Beiram incola vocant) reliquit: Ipse ad Mazogas venit nuper Assacano (cuius regnum fuerat) demortuo. regioni urbique præerat mater eius* Cleophes triginta octomillia peditum tuebantur urbem, non sibi solum, sed etiam opere munitam. Nam quæ spectat Orientem, cingitur amne torrenti, qui præruptis utrimque ripis aditum ad urbem impedit. Ab occidente & à Meridie velut de industria rupes praælata natura est;

* Cleophes

est; Infra quas cauerna & voragini longa vetustate in altum cauatae iacent; quaque definunt fossa ingentis operis obiecta est. XXX stadia murus urbem complectitur, cuius inferiora saxo, superiora crudo latere sunt structa. Lateri vinculum lapides sunt, quos interposuere, ut duriori materia fragilis incumberet, simulque terra humore diluta, ne etiam uniuersa consideret, interpositae erant trabes valide, quibus imicta tabulata muros & tegebant, & peruios fecerant. Hac munimenta contemplantem Alexandrum, consilique incertum (quia nec cauernas nisi aggere poterat implere, nec tormenta aliter misris admonere) quidam è muro sagitta percussit. forte in suram incidit telum, cuius spicula euulso admouere equum iustit, quo vectus, ne obligato quidem vulnera haud segnus destinata exsequebatur. Ceterum cum crus saucium penderet, & cruento frigescens vulnus aggrauaret dolorem, dixisse fertur, se quidem Iouis filium dici, sed corporis aegri vitia sentire. Non tamen ante se recepit in cæstra, quamcumq[ue] a perspexit, & qua fieri vellet edixit. Ergo sicut imperatum erat, alijs extra urbem telta moliebantur, ingentemque vim materiae faciendo aggeri detrahebant: alijs arborum magnarum stipites cumulis, ac moles saxonum in cauernas deuiciebant. Iamque agger aquauerat summa fastigium terræ. itaque turres erigebantur, quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem absoluta sunt. Ad ea visenda rex nondum obducta vulneri cicatrice processit, laudatisque militibus, admoueri machinas iustit, è quibus ingens vis telorum in propugnatores effusa est. præcipue rudes talium operum terrebant mobiles turres, tanta que moles nulla ope que cerneretur, adiutas, deorum numine agi credebant. Pila quoque muralia, & excussas tormentis prægraues hastas, negabant conuenire mortalibus: itaque desperata urbis tutela, concessere in arem. Inde quianihil obfessis præter deditionem placebat, legati ad regem descenderunt veniam petituri: qua impetrata, regina cum magno nobilium feminarum grege aureis pateris vina libantium processit. ipsa gemibus regis parvo f.lio admoto, non veniam modo, sed etiam pristina fortuna impetravit decus: quippe appellata regina est, & credidere amplius formæ quam miserationi datum: puer quoque certè postea ex ea vi cunque genito, Alexandro nomen fuit.

QVÆ DAEDALA VOCATVR) Dædala Dædalorum ut Glareanus arbitratur, numero multitudinis gens Dædalorum & regio nostro Curtio Indic. Iustinus Dædalos montes appellat in XII. Ptolemaeus lib. VII. Dædala facit ciuitatem Caspirorum intra Gangem. Stephanus multas huius nominis ciuitates enumerat: Δαδαλα, inquit, πόλις οὐχι τοιούτη, Στράτων id. έστι καύδρος τῆς λυκίας τὰ Δαδαλα, οὐ δὲ πόλις απὸ Δαδαλου τῆς Ινδίας ή Ινδίας, ή Κερτης ή Λαγ. Dædala ciuitas est Rhodi, aut castellum seu regio, uti σχέσω in XIV. tradit. est & mons Lycia Dadala dicitur. ciuitas autem à Dadalo Icari patre in Lycia nomen accepit. est & alia ciuitas in India, & alia in Creta Dadala appellata. Hæc Stephanus περὶ πόλεων. Hic ergo ciuitas aut regio est Indiæ cis Indum Curtio: Ptolemaeus paullo latius regionem intra Gangem accipit, cui præter Arriani sentiam etiam populos cis Indum adiungit. Dædala autem sub aduentum Alexandri incolæ metu armorum deseruere, & in montes tanquam asilum se recepere.

ACADERA) Modius, Acadira, edit. omnes priores Acadera, etiam MS. Constantiensis; sed æquæ obscura sunt Acadira & Acadera, nulli scriptorum præter Curtium laudata.

Quid sit, inquit Glareanus, Acadera transit, non satis scio: suspicor sane non esse nomen proprium, sed adiectuum corruptum: quasi dicat; ergo desolata atque vusta & destituta incolentium fugâ transit. Modius, Neutrum, inquit, Glareanus probat, sed legit nescio qua confidentia desolata transit atque vusta. quod homini alias muliebriter timido, vnde in mentem venire potuerit, nisi forte musarum ira eo dementia processit, excogitare plane non possum.

AEQVE VASTA) Acidalium secuti vasta pro vsta lcripsimus, nulla enim vstitutionis mentio antea facta, sed deserta ab incolis omnia.

Sed de voce Acadira seu Acadera nobis quæstio est, sitne κατόπιν αντιθέτων? proprium esse non dubitamus. præcedunt enim & sequuntur alia æquæ propria; & ostendit vox aque ac si diceret: Acadera æquæ ac Dædala deserta & vasta transijt. Sita sunt Acadera inter Mazages & Dædala regiones adhuc cis Indum sitas.

RATIONEM BELLI, NECESSITAS MVTAVIT) Quia hostes non uno loco, & virbe, & regione sparsi erant, opus fuit, dividere exercitum ad sparlos vndique persequendos.

PTOLEMAEVS PLVRIMAS VRBES ALEXAND. MAX. CEPIT) quinquies milie urbes India numerat. Sed hæc omnia de Alexandro & Ptolemaeo Arrianus in extremo quarto exponit, vbi multa & præclara Ptolemai & Alexandri facinora prædicat. & inter oppida expugnata vel occupata recenset Andaca Euapla seu Euaspolim, Maslagha Baziram, Oram, Orobatim, Dirtam, Aornum

Aornum petram; è quib[us] infrā nonnullas etiam Curtius memorat, vt Mazagias, quae easdem cū Maslagis credimus, sicut & Aornum.

BEIRAM) Arriani Baziram, Noram, * Echolima & alia. Et hoc est quod sequenti capite Curtius ponit multa ignobilia opida deserta ab incolis veniente in regis potestatem, quod ijsdem propter verbis Arrianus scripsit: *Multa præterea ignobilia opida ad Indum sita subegit.* Diodorus etiam; complures alias vrbes expugnauit: & opponere se ausos intererunt.

CHOASPE AMNE) Laudatus hic amnis & exalijs descriptus est l. 5. c. 7. vbi d[icitur] delicate eius aqua ē Periegete, Strabone, & alijs dictum: vt non sit opus h[ic] pluribus. Aelianum tamen videbis lib. 12. c. 40. de commatu Xerxis.

BEIRAM INCOLAE VOCANT) editiones vetustiores Beziram habent: Arrianus Baziram appellat, ex quo discas verius Baziram vel Beziram, quām Beiram dici: Eandem autem vrbe esse ex eo constat, quod Arrianus eundem Cœnum ad eam oppugnandam missum & relictum, cum Curtio tradat. Alia est regio Bazaria in Sogdianis de qua suprā c. 2. Sed quis euentus oblessæ Baziræ seu Beiræ fuerit, Curtius in medio relinquit. Arrianus ergo sit Curtij interpres. Exinde, p. 97 inquit, *Cœnum Baziram mittit, ratus opidanos, Assacenorum expugnatione audit a deditio[n]em facturos.* Attalum verò & Acetam ac Demetrium equitatus praefectum ad Oram oppidum mittit, vt q[ui] vrbem muro in orbem ducto intercludant, tantisper dum ipse aduenerit, iubet. Oppidani in Acetam excursionem faciunt, quos Macedones facile repulso atq[ue] in vrbem rejectos muris clauerunt. At Cœno Bazirensum obſidio non statim ex sententia successit, siquidem opidari loci munitione freti (erat enim vrbis excelsa loco sita, & valido muro omni ex parte cincta) nullam deditio[n]em significatiō[n]em edebant. Quo cognito, Alexander confessim eō mouit, cumq[ue] accepisset nonnullos barbarorum finitorum in Oram clam se immisuros, ab Abissaro ad id missos, Cœnum apud Bazira munitam arcem extruere, praesidiq[ue] in ea relictō, quod opidanis agri usum impeditre posset, reliquum exercitum ad se ducere iubet. Bazirenſes Cœnum cum maxima copiarum parte discessisse conspicati, contemta Macedonum, qui relicti erant paucitate, in planitem excurrunt, acrisque inter eos conflictus fit: quingentis barbaris ea pugna casis, viuis supra LXX. capti: reliqui in vrbem repulsi acris deinceps ab excursione in agrum ab ijs qui in arce, ex aduerso murorum extorta, erant, arcebantur. Neque verò laboriosa Alexandro Oreborum obſidio fuit. primo enim impetu vrbem expugnauit, elephantiis, quos ibi reperit, capti. Bazirenſes Oreborum expugnatione audit a viribus suis diffisi, sub media nocte deserta vrbē in petram confugiant, quod & reliqui barbari imitati sunt. Omnes enim desertis opidis in petram se receperunt, quam Aornon vocant.

IPSE AD MAZAGAS VENIT) Maslagia Arrianus appellat, Maslaca Siculus, Matoya Strabo. maximam Assacenorum seu Assacorum seu Maslacanorum vrbem.

MATER EIUS CLEOPHES) Iustino Cleofis: Arrianus nomen regine non exprimit. Diodorus an expreſſerit non constat, pars enim huius capitatis desideratur.

TRIGINTA OCTO MILLIA) è quibus ex Indis conducti erant septem millia fortissimorum propugnatorum, vt auctor est Arrianus: reliqui opidani.

NON SIT V SOLVM) Nemo tam accuratè huius vrbis situm, munitiones, naturæ & artis propugnacula, muros, fundamēta mēnum, torrentem qui vrbem alluit, altissimas eius ripas, fosas, & alia, quæ vrbem firmorem faciunt, quām Curtius describit. Ab Oriente ait munitam amnetorrentis instar deuoluti & vrbem cingente: à contraria plaga & meridie rupibus: à septentrione altissima fossa. Alexander quatuor diebus vrbem oppugnauit, vt Arriano placet: nouem Curtio. Sed intelligo Curtium de machinis loqui & aggere, nouem diebus aggesto, quatuor inde diebus oppugnatam, ibique vulnus accepit, ex quo le hominem agnouit.

TRIGINTA QVINQUE STADIA) milliare germanicum, & passus 375.

ADMOLITA NATURA EST) hoc quidem eleganter Curtius: sed replears vrbem rupibus admouit, & admolita est, non natura rupes vrbē.

SIMVLQVE TERRA HV MORE DILVTA) Lateres, inquit, & terra humore diluta à lapidibus interiectis firmabantur, ne dissiparentur, sed veluti vinculo constringerentur. Acne iepestatibus & imbris infirmior ars & terra dilueretur, aut omnino subsideret, interpositæ validiores trabes erant, quæ superiniecta tabulata sustinebāt, à quibus fragilior muri pars defendebatur, & sub quibus vltro citroque commeari poterat. Locum ergo hunc Curtij interpunge, non vt à Modio distinctus est, sed vti denum obseruati cum explanare inciperem. Lateri vinculum lapides sunt, quos interpoluere vt duriori materiæ fragilis incumberet, simulque terra humore diluta, ne tamen vniuersa consideret, interpositæ erant trabes, & quæ sequuntur. Ita Colonensis apud Allobrogos editio, etiam hunc locum interpunctum præfert.

IN SVRAM INCIDIT) Sura pars tibiae posterior & carnosior, quam ventrem tibi Hippocrates alumni vocant.

NÉ OBLICATO QVIDEM VULNERE) Enin uitum regis animum, & vulnus & dolorem quām diu potuit dissimulantis.

CORPORIS AEGRIVITIA SENTIRE) le corpus mortale trahere, & vulneris dolores personificere. Arrianus tamen calcem pedis leuiter sagitta peritritum ait: in Græco est ἐπεύθεν τοξεύτης τοῦ τετραγωνίου καλεσθεῖς sagitta ē muroictus in talo seu malleolo pedis, non graniter. Sed

* Arrian. nō
procul A-
orno Ma-
saga Alfa-
tenorum
maxima
vrbis. p. 96.

Plutarchus ingenti dolore cruciatū ait, simulq; per iocum festiuū fuisse ex H̄ meo: οὐτερον δὲ πλαγὴ περιπεσὸν ὑπὸ τοξεύματος, περικλῆς γενόμενος τῷ το μὲν εἶπεν, ω φίλοι τὸ βέον, ἀμα, καὶ οὐκ ἵχωρ. — οἰος πέρ τε ρέει μακάρεος θεοῖσι

Postea sagitta ictus, atque ingenti pressus dolore; Hic inquit, amici, qui fluit sanguis est (humanus) non talis — dīs ut solitus manare beatis

Versus hic Homericus est in 5. Iliad. vbi Poeta Venerem canit à Diomede vulneratam,

— περ δ' αὐθεότον αἷμα θεοῖς

Ιχθὺς οἰος πέρ τε ρέει μακάρεος θεοῖσι

Idem Plutarchus in II. de Fort. Alex. adducit eundem Homeri locum, vbi de eodem vulnere Alexandri apud Aſſacanos accepto loquitur.

INGENTEM VIM MATERIAE)Materia dearbore & lignis dicitur, vnde & materiarij offices Zimmer (eūt/subinde tamen latius verbi vis accipitur, vt paullò antē duriorem materiam lapides dixit.

NVLLA OPE QVAE CERNERET VR)quia rotis impositæ turres ab ijs, qui intra turres latebant, mouebantur.

P.32. DEORVM NVMINE AGICREDEBANT)Ia Indi Mosambicanibalistis Lusitanorum territi infestum ad le numen venisse arbitrati sunt. M. ffeius rem eleganter narrat. Non dum, inquit, ap̄ paruerant gentibus ȳs noua subtilitas & operis admirandi ballista, oblongum in tubum & a qualiter retrem ex arcu fusili figurata: qua non funibus aut nervis intenta singula mittunt spicula, sed inexcogitata priscis ratione ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos, cum incremento multiplici rapiendos, certo primum nitrati ac sulphurei palueris modulo temperato, insertos dein ore parate ferreos ex arte globos, catenasq; & alia obturamenta fulminum instar flammis eluct antibus cum horrendo fragore contorquēt. Eiusmodi tormenta complura Lusitanus de more disposita & collibrata ad nauium fenestellā habebat: sed ab ȳs exercendis, ne perterritos metu incolas abalienaret ab se, consultū abstinuerat. Verū vbi si audie vim, & suos pœnē circumuentos animaduertit; indignatione commotus, extemplo disperderent, magistris edixit. Illi sine mora exequuntur imperium, ac primō videlicet fumus ater, & fumo intermicantia fulgura, & crebra tonitrua calo sereno, attonitos defixosq; rei nouitate barbaros tenuere. At vbi ante pedes prætoris ipsius, momentolaceri & exanimis quatuor simul viri conspecti sunt, enim uero tum, quasi haud dubie infenso infestog; numine, correptis vndique ac pœnē depresso turbā nauigys, lymphati amentesq; in proximam continentem ex insula se se cuncti proripiunt.

1.6. frag.

PILA MVRALIA ET PRAEGRAVES HASTAS)Pili telum, inquit Polybius, lignum habet plerunq; bicubitale, crassitudine bicubitali, spiculum vnius spithame, palmi inquam maioris, evīque attenuatum & acutum, vt mox primum post iactum necessario flectatur, sitque inhabile ad remittendum, aliqui commune fieret telum. Stevvechium lege ad primū Vegetij c. 20. De eod. copiis simē Lipſ. de milit. Rom. l. 3. dial. 4. disputauit. Sed pila Curtiana ab his diuersa; quia muralia; quod vel ex muris in oppugnantes vel ab oppugnantibus in obseclos de turribus iacerentur, formam eandem reor fuisse, cum ijs quæ manu vibrabantur in acie, sed muralia maiora. de quibus Cæſar lib. de bello Gallico VII. an tormentis excussa in hostem, quales ferratas omnes missas canit Silius in 1.

Phoceis effundit vastos ballista molares,
Atque eadem ingentis mutato pondere teli
Feiratam excutens ornum media agmina rumpit.

Non teor; Cæſar enim Gallos à Romanis ad Aleſium ē vallis & turribus pilis muralibus træctos narrat, quod Græci Cæſiris interpres dixit: ή ξελτέ τέ τρύπανος καὶ τῶν πυργῶν ξυστίς διανέ-
γόμενοι, pila muralia uno verbo ξυστίς expressit. ξυστός Suidas interpretatur δορύλιον, ἀκόντιον, καὶ τὸ τέ-
λεον δόρυ, hastulam, jaculum, hastam. Polybius pilum δορσὸν appellat, quod alij verutum, alij pilum
vertunt. Depilo murali quod mireris, altum apud omnes silentium, cum tamen & Cæſar, & Cur-
tius pila muralia dixisse videntur, vt à pilis legionarijs pila muralia distinguerent. Manu iacta ē
vallis non maiora, sed fortasse etiam minora fuere; eto meatis haud dubiè maiora, si tamen villa,
vel scorpionibus, vel ballistis, vel catapultis excusa: vt de hastis nulla est dubitatio, sed pilum hasta
propriè non est.

LEGATI AD REDEM DESCENDERUNT)Hanc totam obsidionem expugnationem Maza-
garum aliter atque aliter reserunt Græci rerum scriptores: Diodorus qui ex alta lacuna hic rursū
emeritus perlequitur historiam, Plutarchus in Alexandro, Arrianus, & ē Latinis Iustinus. Siculus
rem hic perfidè gestam ab Alexandro memorat, & inustam gloriæ ipsiusnotam etiam Plutarchus
testatur: Arrianus colorem factis inducit, & Icelus Alexadri dissimulat. Alexander ergo cum re-
gina pactus illam in gratiam recepit: sed mercenarijs militibus, quibus data fide promiserat le in-
columes dimisurum, necem attulit.

L.12. p.122. REGINA)Cleophes seu Cleofis. Hoc de Cleofidis deditione & congressu cum Alexandre
paullò exertiū tradit Iustinus, Inde montes Dædalos, regnaq; Cleofidis regina petiit, qua cum se dedidis-
set ei, concubitu redemptum regnum ab Alexandre recepit, illecebris consecuta, quo virtute non potuerat,
filiumq; ab eo genitum, Alexandrum nominavit, qui postea regnum Indorum potitus est. Cleofis regina
propter prostratam pudicitiam scortum regium ab Indis exinde appellata est.

Ge:

GENIBVS REGIS) Plinius, Hominū, inquit, genibus religio quadam inest obseruatione gentium: l. 2. c. 45.
hac supplices attingunt; ad hanc manus tendunt, hac ut aras adorant: fortassis quia inest iis vitalitas. Ser-
uius ad illum Virgilij versum:

Dixerat & genua amplexus, genibusq; voluntas
Habebat

Docet physicos genua misericordiae cōscerale. Plurima Tiraquellus ex Homero, Ouidio, Clau-
diano, Diodoro Siculo, Liuio, Apuleio adfert ad illustrandum illum Alexandri Neapolitanī l. 2.
c. 19. locū. Hominis præterea genibus quandam esse religionem & pietatem nouimus: Etenim supplican-
tes & qui piè exorare aliquid volunt, deorum hominumq; genua amplectuntur, manus apprehendunt, ad
genua procumbunt, illaq; tanquam sacra suppliciter venerantur & colunt: In his numen & sedem mis-
erationis esse arbitrati.

Tu Tiraquellum confule, hæc omnia exemplis auctorum confirmantem. & si placet, Eusta-
thium ad Homerum. Hunc ergo morē Cleofis secuta filium parvulum genibus Alexādri admo-
uit, vt cum matre supplice in fidem & clientelam reciperetur. Arrianus tamen in IV. matrem Al-
faceni cum filia, non filio captam ait, grācē, Ασανής τὴν μητέρα καὶ τὴν παῖδα nisilegas τὸν παῖδα.
sed editio τὴν exerte habet.

Ex hac historia pertextam reor fabulam de regina Candace, quæ Alexandrum priuato habitu
ad se tanquam legatum venientem agnouerit, itaque compellarit. Alexander Rex tu orbem ter-
rarum cepisti; à scemina captus es. Et miror eandem fabellam apud Suidam legi.

VTC VNQVE GENITO) siue ex Alexandro verè, siue simulatè & falso, atque ex alio suscepto.
siue per speciem coniugij, siue spe proli ex Alexandro concipiendæ, vt Thalestris fecerat; siue
quocunquæ titulo licentia regiæ.

CAPVT XXI.

ARGVMEN TV M.

Noram occupat petram Aornin describit Curtius,
quam obsidet rex, fugiunt obfessi & trucidantur:
visque ad Indum penetrat.

INC Polypercon ad urbem Noram cum exercitu missus inconditos op-
pidanos prælio vicit: intra munimenta compulsosecutus, urbem in ditio-
nem redigit. Multa ignobilia opida deserta à suis venere in regis potesta-
tem: Quorum incole armati petram Aornin nomine occupauerunt; hanc
ab Hercule frustra obfessam esse, terraque motu coactum absistere, fama
vulgauerat. In opem consiliū Alexandrum, quia undique præceps &
abruptarupes erat; senior quidam peritus locorum cum duobus filiis adiit, si preium opera
effet, aditum se monstraturum esse promittens. LXXX. talenta constituit daturum Alexander,
& altero ex iuuenibus obside retento ipsum ad exsequenda que obtulerat, dimisit. Le-
uiter armatis dux datus est Mullinus scribare regis. hos enim circuitu, qui fallerent hostem,
in summum iugum placebat euadere. Petra non, ut pleraque, modicis ac mollibus cliuis in
sublime fastigium crescit, sed in metu maximè modū erecta est: cuius imaspicio siora sunt,
altiora in artus coeunt, summa in acutum cacumen exsurgunt. Radices eius Indus amnis
subit, præaltis utring, & asperis ripis. ab altera parte voragine eluviesq; præeruptae sunt:
nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. Ad manū situa erat, quam rex ita
tadi iussit, ut nudis stipites iaceret, quippe ramis fronde vestiti impedissent ferentes. Ipse
primus truncam arborem iecit, clamorq; exercitus index alacritatis secutus est, nullo de-
trellante munus quod rex occupasset. Intra septimum diem cauernas expleuerant, cū rex
sagittarios & Agrianos iubet per ardua nisi iuuenesq; promptissimos ex sua cohorte XXX.
legit. duces his dati sunt Charus & Alexander, quem rex nominis quod sibi cū eo cōmune
effet, admonuit. Ac primo, quia tam manifestū periculum erat, ipsum regem discrimē sub-
ire non placuit. Sed ut signum tuba datum est, vir audacia promta conuersus ad corporis
cūstodes, sequi se iubet, primusque inuadit inrupem. Nec deinde quisquam Macedonum
substituit, relictisque stationibus sua sponte regem sequebantur. Multorum
misericordia fuit casus, quos ex prærupta rupe lapsos amnis præterfluens hausit.
triste spectaculum etiam non pericitantibus, cū vero alieno exitio quid ipsis timendum
foret.

foret, admonerentur, in metum misericordia versa, non extintos, sed semetipsoſ deflebant. Et iam eo peruentum erat, unde sine permicte niſi viatores redire non poſſent, ingenititia ſaxa in ſubeunteſ prouoluentibus barbaris, qui perculsi inſtabili & lubrico gradu praeſcipites recidebant. Euasent tamen Alexander & Charus, quoſ cum XXX. delectis pramiſerat rex, & iam cominus pugnare coeperant. Sed cum ſupernē rela barbari ingeſerent, ſapius ipſi feriebantur. Ergo Alexander & nominis ſui, & premiſi memor, dum acrius quam cautiſ dimicat, conſoſſus vndique obruitur. quem ut Charus iacentem conſpexit, ruere in hostem, omnium prater ultionem immemor, capiſt multoſque hafſa, quoſdam gladio interemit. Sed cum vnum tot inceſſerent manuſ, ſuper amici corpus procuibuit exanimis. haud ſecus quam par erat promiſi morum iuuenum, catervorumque militum interitu commotus rex ſignum receptui dedit. Salutifuit quod ſenſim & intrepide ſe receperunt. & barbari hostem depuliffe contenti, non inſtitere cedentibus. Ceterum Alexander cum ſtatueret deſiſere incepto, quippe nulla ſpes potiunda petra offerebatur, tamen ſpeciem oſtendit in obſidione perſeuerantis. Nam & itinera obſideri uſſit, & turres admoueri, & fatigatis alios ſuccedere. Cuius pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ad duas noctes cum oſtentatione non fiducia modò, ſed etiam victoria, epulati ſunt, tympana ſuo more pulſantes. tertia vero nocte tympanorum quidem ſtrepitū deſierat audiri. Ceterum ex tota petra facies refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior eſſet ipſis fuga obſcura nocte per inuia ſaxa curſuris. Rex Balacro, qui ſpecularetur pramiffo, cognofcit petram fuga Indorum eſſe deſertam. tum dato ſigno ut vniuersi conclamarent, in compoſite fugientibus metum incuſit. Multique (tanquam ad eſſet hoſtis) per lubrica ſaxa, perque inuia ſotes praeſcipiti occiderunt. plures aliquia membrorum parte multati ab integris deſerti ſunt. rex locorum magis quam hoſtium victor, tamen magna victoria ſacrificijs & cultu deum ſatis fecit. aræ in petra locata ſunt Mineruæ Victoriaque. Ducibus itineris, quoſ ſubire iuſcerat leuiter armatos, etiſ promiſiſi minora praſliterant, pretermiſum cum fide redditum eſt. petra regionis q̄ ei adiuncta ſoſocofio tutela permiſſa. Inde proceſſit Echolima: & cum anguſtias itineris obſideri xx. millibus armatorum ab Eryce quodam comperiffet. grauius agmen exercitus Cano ducentum modicis itineribus tradiſit. ipſe prægressus, cum funditore ac ſagittario deturbatis qui obſederant saltum, ſequentiibus ſe copys viam fecit. Inde ſue odio ducis, ſue gratiam victoris inituri, Erycem fugientem adorti interemerunt. caput q̄ eius atque arma ad Alexandrum detulerunt. ille facto impunitatem dedit, honorem denegauit exemplo.

HINC POLYPERCON (de Polyperconte multa ſuprà.

In 4. p. 97. AD VRBEM NORAM) Arrianus Oram appellat: atque ita ſuffragante Ptolemæo appellaſſanda videtur. Nora etiam eft Sardiniae ciuitas, eft & Caſtellum Phrygiæ: apud Curtium noſtrum hic Ora, cum Arriano & Ptolemæo, non Nora lcribendum eft. Arrianus prium eo miſſos ait Attalum, Alcetam & Demetrium, ut urbem duco muro includerent, quoad ipſe cum reliquo exercitu accederet.

VRBEM IN DITIONEM REDECIT) Arrianus non à Polyperconte, ſed ab ipſo Alejandro, & quidem primo impetu captam narrat.

QVORVM INCOLAE ARMATI PETRAM AORNIN OCCUPAVERVNT) Liceat nobis per Modium aliiquid hoc loco hiſcere, certis ab ipſo, non omnia lecta, imò nec cognita, nec viſa: ac prium de ipſo etymo vocis, cur petra dicatur Græcis ἀρπυς ſiue ἀρψος. Nam vtroq; modo ſcribitur, vti ad Periegetem Eustathius docet. Ορψ Græcis eft auis, ex qua voce fit ἀρψis ſiue ἀρψος, locus carens auibus, à particula α, priuatiua, quam illi ſεργτικη appellat, Latini locum illum Auernum etiam ab auibus dicunt. Petra ergo ἀρψος eft auerna, qua non tranſmittunt aues, aut illico pe-reunt. Eiusmodi plures varijs in regionibus traduntur.

Lycophron apud Eustathium circa Adiabenam huiusmodi pestilentem locum eſſe teſtatur, os nempe fontis cuiuſdam auernum & aornum auibus inuium, quod inde peſtifer ſpiritus exhalet, qui ſtatiu exanimet, quicquid spirans deprehenderit.

Toūvekā juv (inquit Dionyſius) ἔχ φῶτες ἐπικλέοστιν Aορψi, quapropter illum Aornin appellant, lo-quitur de hac ipſa Curtiana petra.

De huiusmodi locis auernis eleganter Lucretius canit in VI. qui & caſluas addit. Versus ſub-iicio:

Nunc age, Auerna tibi quæ ſint loca cunque, lacuſque
Expediam, quali natura pradita conſtent.
Principiō, quod auerna vocantur nomen id ab re

EXPLANATIONES.

Impositum est, quia sunt aibis contraria cunctis,
 E regione ea quod loca cum aduenere volantes
 Remigū oblitā pennarum vela remittunt,
 Pracipitesq; cadunt, molli cernice profuso
 In terram, si forte ita fert natura locorum,
 Aut in aquam, si forte lacus substratus auerno est
 Qualis apud Cumas est ocris viperā montū,
 Pompej calidis vbfumant fontibus aucti.
 Est & Athenae in mēnibus, arcis in ipso
 Vertice, Palladis ad templum Tritonidos alme,
 Quo nunquam pennis appellunt corpora rauca
 Cornices, non quom fumanū altaria donis:
 Vsque adeò fugitant non iras Palladis acreis
 Peruigili causa, Graīū vt cecinere poētæ:
 Sed natura loci hoc opus efficit ipsa sua vi.

Et princeps poetarum in VI.

Spelunca alta fuit vastoq; immanis biatu,
 Scrupea, tut a lacu nigro, nemorūq; tenebris,
 Quam super haud nullapoterant impune volantes
 Tendere iter pennis: talis se se halitus atris
 Faucib; effundens supera ad conuexa ferebat
 Vnde locum Graīū dixerant nomine Auernum.

Huius Cumani lacus etiam Aristoteles *τριβαυγατίον* & *παραμάρτων* mentionem fecit, quem & ipse ἄρχον ab aibis appellat, quamquam ibi nullam nominis rationem reddit. sed in eodem libro haud procul ab Eridano de alio loco tradit, cuius aqua calens aues superuolantes deiiciat & enect, additque nullum animale ex illo bibere. Atque hæc de etymo & causa etymi ἄρχον, similibusque locis & auernis. Nunc pergam hiscere, & petram ipsam ascendamus, Herculem * terræ motu coactum absistere ab Aorni expugnations docet Curtius. Addit Strabo ter ab Hercules nec quicquam fuisse tentata, Philostratus * docet quindecim stadia latam fuisse, nec procul à Nysa abesse. plura Arrianus, Iustinus, Orosius, Diodorus, Eustathius, Philostratus, Strabo.

AB HECVLE FRVSTRATA TENTATAM) Cūm Arrianus lib. 4. extremo idem quod alij de Hercule frustrā Aornon tentante scripsiſſet, aliud tamen in Indicis prodidit, vbi affirmat tantum Macedonicam fuisse iactantiam. Ceterū, inquit, quod Aornō petram, quam Alexander vicepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonica quādam iactantia mihi videtur. & quæ ibid. sequitur.

VNDIQUE PRAECEPS & ABRVPTA RVPES ERAT) hoc plerique omnes testantur, & infra magis ab ipso Curtio explicatur, vbi metæ comparatur.

SENIOR QVIDAM PERITVS LOCORVM) hoc quoque & Siculus & Arrianus testantur: sed explicatisime Diodorus: Loci difficultatem speculatus Alexander, vbi se vi expugnare illum non posse P. 55. intellexit, senior quidam cum duobus filiis eum adiit, qui cum extrema paupertate conflictans diu in locis illis vitam tolerauerat, domiciliumque in specu quodam, vbi tres lectuli erant, petrae incisi, habebat. Hic dum senex cum filiis commoratur, locorum peritiam sibi comparauerat. Is itaque cum ad regem progressus, de conditione sua illum edocuisse: per inuias & abruptas loci angustias se ducem fore, & ut barbari rupem incidentibus superior euadat effecturum, pollicetur. hoc igitur ductore, cui ingens opera & precium promiserat, Alexander vsus, prīmū aditum qui vniuers in faxi ducebat verticem, occupauit: & quia nusquam exitus alibi patebat barbaros obſidione conclusit, vt auxiliū nihil supereret.

LXXX. TALENTA) Diodorus ingens precium fuisse ait, sed numerum nō exprimit: octoginta autem talenta apud nos efficiunt philippæos (vno viginti * victoriatis estimato) quadrages. Bazij vulgo octies mille.

MVLLINVS SCRIBA REGIS) aliter Arrianus qui Ptolemaeū Lagi F. cum ductore mis- 4800. sum affirmat.

PETRAE NON VT PLERAEQVAE) descriptio ipsa Aorni sequitur: cuius altitudinem nō exprimit. Siculus ambitum studiorum fuisse centum, altitudinem sedecim tradit. centum stadia efficiunt milliaria germanica tria, eoque amplius. sedecim dimidium. Arrianus duplo maiore, ambitum petrae complectitur, ducentorum studiorum fuisse affirmat. altitudinem qua humillima est, non nisi undecim. Rursum Diodorus ab Curtio dissentit in fastigio petrae, quod Curtius in acutum cacumen aſlurgere dicit. Diodorus, *Superficies*, inquit, *plana*, & ex omni parte rotunda erat. Arrianus autem verticem tam plantim facit, vt & filiam, & agrum haberet; qui araretur, & ab admodum mille coleretur.

RADICES EIVS INDVS SVBIT) Idem Diodorus, Radices ad meridiem Indus fluviorū per Indianam maximus alluebat: partes alias praeterea voragini & inuiae rupes cinxerant. Idē quoq; Strabo: Cuius rādices Indus nō procul à fontib; his alluit, Nec verū est quod Glareanus ait à Siculo tradi, hec in Bactris acta;

acta, disertè enim in India Aornum sitam, & post Nyſam expugnatā legisset Glateanus capitulo Indicis lib. 17. animaduertislet, & quæ desiderantur, & illud singillatim, εμβολὴ τὸν Ἰνδικὸν & quæ sequuntur de Nyſa, de Maſlacis, de Aorno & Taxili. Nec fuit quod negligenter notaret & rideret auctores, & inter hos Curtium hoc loco, qui dixerit Aorni radices ab Indo allui, deinde sextis decimis demum caſtris Alexandrum expugnatā petra ad Indum peruenifle. Curtius enim signauit locum Indi, quo traiecit illum iam grandem & altum & latum. petra autem Aornus non procul à fontibus Indi sita erat, vt docet Strabo. Recessit enim Alexander rursus ab Indo profectus ab Embolima, & angustias cis Indum adhuc ab Eryce cum viginti millibus oblesas, quem hostem noluit à tergo relinquere Alexander, necis Indum occupata & pacata Eryx turbarer & recupereret. Atque inde demum sextis decimis caſtris sue xvi. die ad Indum, vbi illum Hephaſtio ponte iam facto expectabat, Alexander peruenit.

AD M A N V M S I L V A E R A T) Incipit descriptio acerrimæ & septem dialis oppugnationis, contrà quam Geographus & ex illo Eustathius tradidere. Sed Curtius suffragatores habet Diodorum & Arrianum, qui hunc etiam Curtij locum illustrabunt.

P R I M V S T R V N C. A R B. I E C I T) hoc solenne habuit Alexander vt in omnibus arduis rebus suis ducibus & militibus exemplo præiret, non ignarus totum componier orbem regis ad exemplum. Multa iam supra talium factorum Alexандri similia facta legisti, in acie, in superandis itinerum difficultatibus, in expugnandis oppidis, primus etiam hic in rupem evadit.

I N T R A S E P T I M V M D I E M C A V E R N. E X P L E V E R A N T.) Diodorus: primò aditum, qui vnicus in ſaxi ducebat verticem, occupauit. Et quia nusquam exitus alibi petebat, Barbaros obſidione concludit, vt auxiliū nihil ſupereret: hinc infinita aggerentium opera effecit, vt vallis & radix petræ explerentur; & de propinquo cum hoſte rem gerens, oppugnationem acerrimam iuſtituit. De valle tamen & radice montis materiali expletis nihil Arrianus, qui narrat Alexandrum per ardua enixum ad Ptolemæi caſtra evalusse, atque inde aggerem ad oppugnandam obmolitum.

C A R V S E T ALEXANDER) cum Plutarchus vix uno alteroꝝ verbo huius petræ (cuius tam neque nomen exprimit) mentionem faciat, Alexandrum tam enī hunc fortissimum iuuenem celebrat, quamuis Carum quoque omittat. Alteram, inquit, perinde abſcissam (petram) cum Macedonum iuuentute abortus, quandam Alexandrum nomine appellauit, & Te verò, inquit, forte esse vel nominis cauſa decet. Quum bic iuuenis fortiter pugnans cecidisset, nō aud mediocriter percussus est. Sicutius & Arrianus utrumque prætereunt. Similia facta leges apud Cæſarem, Virgilium & alios.

M V L T O R V M M I S E R A B I L I S F V I T (C A S V S) His ferè paria ſuprà l. 5. c. 10. legisti, ſimiliora libro priore cap. 26.

D E S I S T E R E C O E P T O) quomodo ergo primo impetu capta? Diodorum audiamus; quot diebus & noctibus, nunquam intermisso prælio petram oppugnarit. Quæ, inquit, pugna nempe, aſſiduis nec interruptis per ſep̄tem dies totidemq; noctes cōſtrictibus durauit. Arrianus omnia prolixius, quem videbis.

B A L A C R O) Hunc ducem & prætorem Alexandri Curtius ſuprà l. 4. c. 17. laudauit.

P E T R A M F V G A I N D O R V M E S S E D E S E R T A M) mirum dictu: nulla horologia tam diſſentiunt in malè compoſita ciuitate, quam biographi de rebus Alexandri, adeò nemo vnuſ narrat quod alter. Curtius, vt vides, ait petram ab Indis vltro fugientibus defertam: Arrianus miſum ait caduceatorem ab Indis ad Alexandrum, qui de pace & deditioñe ageret, interim tamen ſum gam meditatos, ac demum laxatis de induſtria custodijs viarum & adiutis, profugifile. Barbari, inquit, ob incredibilem Macedonum, qui collē illū ſup̄rant, audaciam attoniti, aggeremq; iam ad collē perduſtū confipati, à defenſione deſiunt, miſſoq; ad Alexandrum caduceatore ſpondent ſeſe ſi paſſiſci cum ijs vellet, petræ deditioñe facturos. conſilium verò ipſorum eraſt, vt totum illum diem pationibus faciendū tranſigentes, noctu ſeſe quiske in domos ſuas reciperenſt. Quo cognito Alexander, tempus ſatis ampliū ijs ad diſcedendum conceſſit, onni præſidio per circuitum amoto. ipſeq; ibi tantisper dum diſcedere inciperent, manſit. Post haec aſſumpti ex custodibus corporis & argyraſpidibus DCC. primus indeſerit ab hoſtibus petram conſcendit. Macedones quoque, aliis alia ſeſe mutuo ſubrahentes, eodem aſſenderunt, exinde in recedentes barbaros ſigno dato conuerſi, multos in fuga interfecerunt. Illorum ple- rique trepidè fugientes per præcipitia delapsi perierunt. Alexander potius petra quam ne Hercules quidem ipſe ſuperare potuerat, ſacrificio in ea facto, præſidium imposuit, eiq; ſiſicopum præfecit. Strabo & Eustathius petram, vt dixi, aiunt primo impetu captam, quod omnes alij inficiantur: Diodorus cum Curtio facit, vel hic potius cum illo, plerunque enim Curtius ſequitur Diodorum.

M I N E R V A E V I C T O R I A E Q V E) patrijs numinibus. Ita lib. 3. Ioui, Herculi, Mineruæ aras in Pinari ripa conſtituit. Ita quarto, Ioui, Mineruæ & Vicitoræ c. 29. ante pugnam ad Gaugamelę fecit. Nec alia tropæ Macedones quam aras ponebant. de qua re ſupra.

S O S O C O S T O) Arriano eſt ſiſicopuſ.

I N D E P R O C E S S I T E C B O L I M A) Arrianus ante Aorni obſidionem Embolima (ſic ipſe appellat vrbe) yenifle Alexandrum ſcripit. vrbiſ ſuia nomen exprefſit etiam Ptolemaeus.